



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)



C.

TITULUS I. CÆLUM EMPYRIUM.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Jacob servavit pro Rachel septem annis. Gen. 29. 20. Nos septenario hujus vitæ pro præmio vitæ æternæ. S. Bonaventura in Pf. 131.

Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores antea tradamus ad nuptias. Gen. 29. 26. Pulchra erat Rachel, & Jacob dilectissima; Lia lippa: per quam Doctores vitam præsentem, per Rachelem vitam beatam significant. Robertus Holkot lect. 131. in Sap. c. 10. Cœlestis patriæ juniorem illam Rachelem, id est, beatitudinem, pulchram, & decoram, dare antelaborem præsentis vitæ, mos non est: & ideo oportet prius accipere Liam lippam, ut postea habeamus Rachelem decoram. Sylveira in Jo. 16.

Facies & mensam &c. Ex. 25. 23. Sanctum est Ecclesia militans tendens ad Sanctum Sanctorum, id est, ad cælum; in qua alii se dedunt elemosinis, & operibus charitatis: hoc significat hæc mensa panum. Alii se dedunt doctrinæ, & vitæ sanctæ; hoc significat candelabrum. Alii orationi, laudique Dei; hoc significat altare thymiamatis. Coronam habet mensa: ut significet, misericordes, non tantum in cælo, sed etiam in terra, benedici. Corn. hic.

Duo leones stabant. 3. Reg. 10. 19. Leo erat insigne tribus Juda, David, & Salomonis, ob robur, & regnum. Gen. 49. 9. Ita & Christi Apoc. 5. 5. Voluit Deus dare in Salomone specimen & tenem idæam felicitatis, & gloriæ æternæ, quam suis Electis ab æterno præparavit in cælo. Corn. hic.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Pf. 14. 1. Quæ hic est Ecclesia, est tanquam tabernaculum in incolatu; quæ autem supra est Ecclesia, est civitas tuta, & munita. Tabernaculum est hæc vita, mons autem est cælum. S. Chryl. hic.

Quis ascendet ad montem Domini? Pf. 23. 3. Vocatur mons Domini domus cœlestis, quæ est verè sublimis, & sancta. Rob. Bellarm. hic.

Domine, apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Pf. 35. 10. Sæpe Sacra Scriptura lumen, & flumen, combinat. Apoc. 22. 1. Lumen gloriæ beatorum describitur per fluvium paradisi. Hoc est ergo paradoxum Mardochei somnium, ex aquis sol; id est, ex tribulatione oritur gaudium. Fingunt poëtæ solem, cum occumbit, ex labore diurno anhelum, se aquis immergere, noctu se ablueri, & refrigerari; & manè vegetum prodire, & renasci. &c. Corn. hic.

Quid est tibi mare, quid fugisti? Pf. 113. 5. Quis mihi aliquando det perfectè discere regionem dissimilitudinis? quis mihi dare possit, introire in terram promissionis; ut & æquè videre possim fugam maris, conversionem Jordanis? Pulchrum spectaculum, satisque jucundum! videre aquam maris fugientem, videre aquam Jordanis revertentem; amaram recedere, dulcem refluere, amaritudinem deficere, dulcedinem redundare. Rich. à S. Viç. tr. de exterm. mali &c. c. 1.

Da partes septem, nec non & octo. Eccles. 11. 2. S. Greg. 1. mor. 35. c. 7. anagogicè sic explicat: per septenarium numerum hoc, quod septem diebus agit, tempus præsens expressit; per octonarium verò vitam æternam designavit. Acsi aperte diceretur: sic dispensa temporalia, ut appetere non obliviscaris æterna. Hinc est, quod Ezech. 40. 26. 31. gradibus templum ascenditur; ut ex ipsa ejus ascensione dicatur, quatenus per septem, & octo, & temporalis sollicitè dispensetur actio, & providè mansio æterna requiratur. Corn. hic. Octonarius numerus non tantum attingit, sed superat quietis numerum, id est Sabbathum. Beda in Luc. 2. Octavum numerum resurrectionis gloriæ convenire penè omnibus claret. Adde numerum esse novi testamenti: nam septenarius veteris erat ob Sabbathum; in Novo Octavus. Hinc Hier. in Ezech. 40. post 7. octonarius ponitur numerus; ut de Synagoga ad Ecclesiam, de veteri instrumento ad novum, de terrenis ad cœlestia, transeamus. Adde, esse numerum æternitatis, ut conjicit Aug. in Pf. 6. quoniam, inquit, omnia tempora 7. dierum repetitione volvuntur, octavus fortè ille dictus est, qui varietatem istam non habebit. Et in Pf. 111. potest, inquit, pro Octava intelligi, pro æterno sæculo.

Osculetur me osculo. Cant. 1. 1. Supremum osculum Deus tribuit beatis in gloria, cuius gratia cætera conceduntur in terra. Id. hic Exh. 16.

Meliora sunt ubera tua vino. Cant. 1. 1. Ratio cur non comparet ubera botris, vel lac vino; sed ubera vino: quia in ubere, & botro, solum est lac, & vinum in spe; extrâ verò est in re, & possessione: quia melior est spes divinæ providentiæ, & lætæ ejus; quam possessio quarumcunque rerum terrenarum. Lud. de Ponte hic. Exh. 8. §. 3.

Judica mihi, ubi cubes in meridie? Cant. 1. 6. Meritò beatorum gloria vocatur merities, quoniam ultimus terminus est, & finis nostri ascensus, & profectus. Id. Exh. 9. Quantum meridiana lux splendore superat umbras, tantum æterna felicitas temporalem. Thr. 4. 20. *in umbra tua vivemus.* Merities beatitudo cælestis. Idem.

Introduxit me in cellam vinariam. Cant. 2. 4. S. Greg. quid per cellam vinariam congruentius, quam ipsam amœnam æternitatis contemplationem accipimus? in hac æternitate Angeli sancti vinò sapientiæ inebriantur; cum ipsum Deum facie ad faciem videntes, omni voluptate spiritali satiantur. Hanc sancta mens, si à sponso introducatur, postpositis omnibus temporalibus intrat; in qua ex illis angelicis deliciis, quantum sibi conceditur, gustat. Porrò vinum, quod in cella Dei bibitur, est charitas, & amor, inquit Guilielmus Paris. hoc vinò nihil castius, sapidius, calidius. Corn. hic.

Donec introducam illum. Cant. 3. 4. Id. est, ut S. Ambr. de Hæc. c. 5. in cælestem Jerusalem, quam S. Paulus matrem nostram vocat. Lud. de Ponte hic. Exh. 4. §. 3.

Comedi farvum cum melle meo. Cant. 5. 1. Hoc ad visionem Divinitatis spectat. Comeditur autem per visionem, per quam Deus possidetur, & intimè animæ conjungitur, in quo gustus reliquos sensus excedit. Vitis enim, auditus, & olfactus, non ipsum objectum sibi accipiunt, & possident; sed vel speciem ejus, seu imaginem, vel aliquam qualitatem; at gustus ipsum cibum, & potum sumit, & in suam substantiam convertit. Pl. 33. 9. *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.* Bibere autem vinum inebrians, ad beatificum amorem refertur; bibere cum lacte, ad abundantiam consolationis, quæ ex illo procedit. Et hoc est inebriari ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ejus potari. de Ponte hic Exh. 4. §. 4.

Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Cant. 5. 1. In terra suos vocat ad sobriam refectionem, in caelo ad ebrietatem. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Psalm. 16. 15. De Pinna in Eccles. Ethol. 6.

Florescete sicut liliū. Eccl. 39. 19. Anagogicè noster Pineda l. 6. de reb. Salom. c. 5. hæc verba refert ad gloriam, & jubilum, beatorum in caelo. Liliū enim est symbolum stolæ candidæ *Resurrectionis*, & dōis clarita-

tis. Unde angeli post resurrectionem Christi, ut eam suâ specie adumbraret, apparuerunt in vestibus liliatis, id est, candidis, & splendidis. Hinc tempore Paschali canit Ecclesia: *Sancti tui Domine floreant sicut liliū &c.* Corn. hic.

Respice Sion civitatem solemnitatis nostræ, oculi tui. Is. 33. 20. Sion est hieroglyphicum cælestis patriæ. Id. hic.

Assument pennas sicut aquilæ. Is. 40. 31. Beati sunt aquilæ acutissimi visus in visione Dei; fulmine non tanguntur, non timent damnationem; quæ omnibus hic est terrori. Corn. hic.

Ibi erit mensis ex mense, Sabbathum ex Sabbatho. Is. 66. 23. Id. est, continua quædam, & mirabilis, successio neomeniarum, Sabbathorum, festivitatum. de Ponte in c. 1. Cant. Exh. 9.

EX NOVO.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Matth. 13. 43. In sole autem quatuor dotes glorificati corporis intelliguntur: in claritate luciditas; item, quia exiens ab oriente, statim apparet in occidente, & in hoc agilitas; in hoc, quod transit per vitrum, subtilitas; in hoc, quod radius ejus non læditur, impassibilitas. Hugo Card. hic.

Conventione factâ ex denario diurno. Matth. 20. 2. Præmium illud diurnum denarium appellavit: quia denarius numerum omnem in se continet; ut hoc nomine bona omnia in æterno illo præmio inclusa esse intelligeremus. Diez festo SS. Philip. &c. c. 2. Cur beatitudo cælestis denario comparatur? Respond. adeò auri cupiditas hominum animos ad se rapit; ut denarii lenociniò summa beatitudo fuerit significanda, quò ardentius ad illam homines moverentur. Sylv. hic. q. 6.

Homo quidam, Luc. 14. 16. JESUS est; fecit cœnam magnam æternæ beatitudinis, & *misi servos suos*, angelicum ministerium, ad invitandum homines ad cælestis convivium. Cajet. hic. Magna cœna est propter magnum apparatus, propter magnum locum, propter magnos convivas, propter magnum numerum convivarum, propter magna fercula, propter magnam durationem. Apparator est ipse O. M. D. Esther 1. 3. magnum convivium exhibuit Rex ille magnus Assverus, qui 127. provinciis imperabat. Rex verò regum, qui cœli, terræque Dominus infinite potens; ut gloriam, potentiam, liberalitatem, & benevolentiam suam erga homines ostendat; qualenam convivium exhibuit? Punctum est terra, si cum cœlo confertur; punctum convivia omnia regum ad convivium regis cælestis. Convivæ, omnes nobiles filii Dei; Angeli, & homines. *Vidi turbam magnam &c.* Apoc. 7. 9. Fercula quid majus? quid dulcius, concipi potest Dei visione? beatificòque amore, corporis gloriâ, convictu jucundissimo cum JESU, & Maria? Duratio est æterna. Assverus fecit grande convivium multò tempore 180. dierum. Eph. 1. 4. Quid hoc rem.

tempusculum cum æternitate comparatum? Bar-
radius D. 2. Pent. t. 3. l. 3. c. 15. Tertull. Greg.
Euthym. per cœnam magnam intelligit æternam;
ut rectè vocatur cœna, quia dabitur vespere in
fine vitæ post labores. Sylv. in Luc. 14. Cœ-
na magna ex magno factore, quia magnus Do-
minus. Magna ex appositione magnâ, æterno-
rum scilicet ineffabilium bonorum, ut nullus
eorum apprehenderet pondus, numerum, &
mensuram. Magna ex domo magnâ. *O quam
magna est domus Dei?* Baruch. 3. 24. Mag-
na ex dulcedine: *quam magna multitudo
dulcedinis tuæ Domine!* Pf. 30. 20. Cassian.
l. 6. c. 10. hic.

Vos ascendite ad diem festum hunc. Jo.
7. S. Cyrill. ego verò, cui umbræ cordi non
sunt, non ascendo ad diem festum hunc: quia
expecto veræ solemnitatis festum.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ.
Apoc. 2. 7. Lignum hoc vitæ, est fruitio, &
beatitudo, indeque consequens immortalitas.
Corn. hic. Omnia festa nostra potius sunt æter-
næ felicitatis quædam præambula, quam vera festa
dicenda. Thom. Kemp. conc. 7.

Dabo illi stellam matutinam. Ap. 2. 28.
Stella matutina est lumen gloriæ, & clara visio
Dei, quam anima victrix per Christi gratiam adi-
piscitur post mortem. Dicitur *matutina*: quia
post noctem hujus vitæ illecescit. Item pro-
pter inchoationem beatitudinis, quæ complebitur
in resurrectione corporum. Itâ Rich. à S. Vict.
Corn. hic.

Amitti solis albis. Apoc. 7. 9. Vestis
alba, sive splendida, notat candorem, & splendo-
rem cœlestis gloriæ, ad quam anhelamus, quam-
que ambimus, velut ejus candidati. Hinc
Christi gloriosa vestis apparuit candida sicut
nix. Quocirca S. Chrysostomus moriturus
communes vestes deposuit, usque ad calceos,
& candidas induit, tanquam candidatus æ-
ternæ vitæ. Itâ Baron. tom. 5. p. 255. Corn.
in Eccl. c. 9.

Ex Patribus, & aliis.

Omnis cultura, quam vita virtutis cultrix
fascipit, ad futurum Sæculum respicit; & cujus
principium octava dicitur, succedens sensibili
hujus temporis; quod septenariò numerò absolvi-
tur. Monet igitur inscriptio Pf. 6. & 11. *pro
octava*, ne oculos ad præsentem temporis statum
coniciamus, sed ut octavam respiciamus. S. Greg.
Nyss. tr. 2. de inscript. Psalmor. c. 5.

Ver futurum Sæculum est, quò omnia re-
vifcunt. Theophyl. in Jo.

Bonus Dominus, amator suorum, Christus,
regni sui similitudines iterat, variat comparatio-
nes; quas non de occulto semit, non captat de
cœlestibus; sed profert de quotidiano usu, de
communi conversatione proponit; ut ad omne
genus hominum perveniat, quod est omnibus
profuturum. S. Chrysol. serm. 99

Creatoris opera quælibet visibilia ad hoc
sunt ordinata, sic disposita; ut in præsentis vitæ
usibus ministrarent, & futurorum bonorum
umbram gererent. Rich. à S. Vict. de arca
myst.

Illius immensi gaudii futuri celebrem festiva-
tem recoluit nunc Ecclesia umbraticè per Paschalis
festi solemnitatem. S. Honorius in die 1.
Paschæ.

§. II.

*Cœli, cœlestia, eorumque amatores,
per Dexteram designan-
tur.*

Ex Veteri.

Salvum me fac dexterâ tuâ. Psal. 59. 7. S.
Aug. hic: non salutem temporalem quero;
de hac fiat voluntas tua. Sed *salvum me fac
dexterâ tuâ*; transactâ nocte tribulationum, ad
dexteram inveniar inter oves.

*Dominus custodit te, Dominus protectio
tua, super manum dexteram tuam.* Psalm.
120. 5. S. August. miratur, cur propheta fo-
lum dicat, super dexteram, non autem fini-
stram? solvit sic: sinistra nostra dicitur, quid-
quid temporaliter habemus; dextera nostra dicitur,
quidquid nobis æternum, & incommutabi-
le, Dominus pollicetur. Mendoza in 1. Reg.
4. annot. 13. Quidquid fit propter vitam æ-
ternam, dextera operatur; sinistrum verò est,
quidquid propter gaudia transitoria, aut optatur,
aut agitur. Et in oblivionem venit dextera fini-
stræ, cum virtutis amor, & consuetudo, supera-
verit. S. Prosper in Pf. 136.

*Læva ejus sub capite meo, & dextera il-
lius amplexabitur me.* Cant. 2. 6. S. Bernard.
f. 51. in Cant: quia per dextram, & sinistram,
adversa solent, atque prospera, designari; videtur
mibi hoc locò intelligi posse, lævam quidem
verbi, comminationem supplicii; dexteram
verò regni promissionem Apud Sylv. in Apoc.
1. q. 65. Læva sub capite esse dicitur, cum
præfens vita à mente, quæ cogitationum caput est,
despecta calcatur. Dexteræ verò amplexibus
stringitur, qui solius æternæ vitæ desiderii
undique delectatur. B. Petr. Damiani ep. 9.
In læva Christi temporalia ejus bona, in dextera
æternæ vitæ beatitudo, significatur. V. Beda in
Cant.

Ex Novo & Patribus.

*Nesciat sinistrâ tuâ, quid facias dextera
tua.* Matth. 6. 3. Sinistra nostra dicitur,
quidquid temporaliter habemus; dextera nostra
dicitur, quidquid nobis æternum, & incommu-
tabile Dominus pollicetur. S. Aug. in Pf. 120.
Audi hoc confirmatum in Cant. sinistra ejus sub
capite meo, & dextera ejus complectetur me.
Supponens sinistram ad consolationem, im-
ponens dexteram ad profecionem. Quid er-
go? Si dextera amplectitur, sinistra sub ca-
pite est? quid est, *nesciat sinistra, &c.*
Id est: quando bonum opus facis, propter vi-
tam æternam fac. Si propter solas res hu-
manas, & solam vitam, ista facis, sinistra
sola operatur; si autem propter vitam æter-
nam operaris; dextera sola operatur. Id.
ibid.

Homo

Homo manum habens aridam. Matth. 12. 10. Arida manus operationem sterilem, aut nullam, insinuat; dextera operationem pro supernis, & infallibiles actiones. Sanat hunc Dominus Sabbatho, manum aridam in bonitate naturali restituens; ut pro Sabbatho vitæ supernæ opera recta, & competentia, operetur. Sim. de Cass. l. 7. c. 22.

Dic, ut sedeat unus ad dexteram ejus. Matth. 20. 21. S. Chrysof. in Catena: *Nescitis quid petatis.* q. d. ego vos vocavi de parte sinistra ad dexteram, & vos vestro consilio ruitis ad sinistram; ideo forsitan res per mulierem agebatur: contulit enim se diabolus ad consueta arma mulierum: ut, sicut Adam per mulierem spoliavit, ita & istos separaret per matrem.

Statuet oves quidem in dextris. Matth. 25. 33. per dexteram Spiritualia &c. A dextris beatos collocat: quia supernarum rerum amor ad tantam gloriam vos evehit; damnandos vero à sinistris: quia nimia cupido, quæ flagrant erga temporalia, eos in gehennam detruhit. (Hugo Card. hic: à dextris sunt, qui quærunt æterna; à sinistris, qui quærunt præsentia Pinna in Eccl. Ethol. 145.)

Viderunt juvenem sedentem à dextris. Marci 16. 7. Merito angeli sancti in forma juvenili apparent; quia inde sunt, & illam vitam annuntiant, ubi nullus senescit; sed sempiterna juvenus consistit, in mensura ætatis plenitudinis Christi. Rectè quoque sedet in dextris, quia prospera venerat nuntiare, & consolationem æternam cunctis Fidelibus exhibere. Dion. Carthul. in Marcum. A dextris: quia celestis doni gaudium prædicabat: gaudium enim, & felicitas, per dexteram designatur. Et ideo angeli annuntiantes Christi resurrectionem ad dexteram sedent. Marci 16. 7. Apparuit autem à dextris altaris incensi: quia divinæ insignie misericordiæ deferebat. Dominus enim *à dextris est tibi, ne commovear.* Pl. 15. 8. S. Ambr. A dextris: ut significaretur, quod de celestibus civibus erat. S. Bonav. Prov. 3. 16. *longitudo dierum in dextera ejus.* Sylv. in Luc. 1. q. 14.

Stans à dextris altaris. Luc. 1. 11. A dextris apparuit, quoniam omnia erant in meliora mutanda; & à dextris ponendi erant omnes credentes ea, quæ ipse annuntiaturus advenerat. Simon de Cassial. 3. c. 1.

Mittite in dexteram navigii. Jo 21. 6. Filii dexterae hi sunt, qui omnia, quæ faciunt, aut quærunt, ad amorem supernorum referunt; ut nihil velint agere, habere, vel quærere; quæ non patriæ supernæ convenient. Superna patria in designatione sua dexteram tenet; sinistra verò patriam terrenam, & infimam, præfert; quod insinuatione Judicii textremi, factis apertè cognoscitur, cum Electi ad dexteram, reprobi ad sinistram, ordinantur Id. 1. 14. Navigium est anima peregrina in mari hujus sæculi procelloso; cui ad sinistram à Domino constituta sunt corporalia, & temporalia bona; ad dexteram verò spiritualia, & æterna. *Lava ejus sub capite meo.* Cant. 2. 6. *in sinistra illius divit. a. & gloria.* Prov. 3. 16. Rete humanum desiderium est, quò liberè piscari possumus in temporalibus, & æternis. Consuluit igitur nobis Dominus piscari in spirita-

alibus, & æternis. S. Bern. Sen. tom. 2. f. 61. Dextera, & sinistra, significant vitam æternam, & temporalem; sive statum gratiæ & culpæ. Ibi mittunt rete, & piscantur ad sinistram; qui quidquid faciunt ad habendum temporalia. S. Vinc. Ferrer. fer. 4. Pascha.

Habebat in dextera sua stellas septem. Apoc. 1. 16. Ideo hic Christus dexteram stellis fulgentem ostendit, sinistram occultat: quia maxime gloriatur de misericordia, & hanc omnium oculis declarat; rigorem autem justitiæ abscondit. Sylv. in Apoc. 1. q. 65.

Dextera Patris est beatitudo perpetua, quæ Sanctis datur; sicut sinistra ejus rectissime dicitur miseria perpetua, quæ impiis datur. S. Aug. de Agone Christiano l. 12. c. 26.

Diaconibus supra sinistram humerum stola imponitur: quia, quidquid laboris in hac vita sufferimus, tanquam in sinistra portamus; donec à sinistra transeamus ad dexteram, in qua requiem habeamus. Innoc. Pontif. 3. l. 1. c. 5.

Debemus à Deo petere benedictionem dexterae, & non sinistrae; id est, æterna quærere, & non temporalia: nam benedictionem sinistrae dat Deus quandoque iratus. S. Bonav. in Psalm. 128. 8.

Qui carnis adhuc fragilitate circumdatus, ad cœlestem vitam ascendisse cognoscitur, rectè filius dexterae nuncupatur. B. Petr. Dam. ep. 16.

§. III.

Cœlum vocatur Requies, Sabbathum festum.

Ex Veteri, & Novo.

Factum est vespere, & manè, dies unus. Gen. 1. 5. Quidquid humanum, limitatum est, & angustum; quidquid cœlestis, magnificum, & amplum; *Factum est vespere, & manè dies secundus.* Gen. 1. 8. Septimam autem diem, quæ Dominico, sacroque orio, dicabatur, vesper non obnubilat. Et cur dies septimus à ceterorum conditione excluditur? reliquis vespera & principium atulit, & nuntiavit finem; septimam verò diem, nec urget vespera, nec interturbat caligo. Quæ ergo ratione noctem non sustinet septimus dies? Reliqui dies mundialibus operibus dicati, irrequieta volutione, & moriuntur, & vivunt; Septimus tamen dies, qui felicissimum vitæ cœlestis signabat statum, noctis detrimenta non sensit, sed immortaliter jubare emicuit. Naxera in Jos. 2. §. 5. Dies septimus etiam nos ipsi erimus, quando ejus fuerimus benedictione pleni, atque refecti. Ibi vacantes videbimus, quoniam ipse est Deus, quod nobis ipsi esse volumus, quando ab illo cecidimus, audientes à seductore: *eritis sicut dii*; & recedentes à vero Deo, quò faciente dii essemus, ejus participatione, non desertione. Quid enim finè illò fecimus, nisi quòd in ira ejus defecimus? A quo refecti, & gratiâ majore perfecti, vacabimus in æternum; videntes, quia ipse est Deus, quò pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. Nam & ipsa bona opera nostra, quando ipsius potius intelliguntur esse, quam nostra; tunc

tunc nobis ad hoc sabbathum adipiscendum imputantur: quia, si nobis ea tribuerimus, servilia erunt, cum de Sabbatho dicatur: *omne opus servile in eo non facietis*. S. Aug. de Civit. c. 30.

Quod scriptum est in Gen. 2. 2. *quia requievit Deus in die Sabbathi ab operibus suis*, non videmus, vel tunc factum esse in die septima, vel etiam nunc fieri. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*. Jo. 5. 17. Erit ergo verum Sabbathum, in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis, futurum Sæculum; tunc, cum aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus; & erit omnia, & in omnibus, Deus. Orig. in Numer. c. 28.

In idipsum dormiam, & requiescam. Pf. 4. 9. finem vitæ vult intelligi; *requiescam*, futuram beatitudinem. Cassiod. hic.

En lectulum Salomonis 60. fortes ambiunt &c. Cant. 3. 7. Lectulus Salomonis gloria est supernæ beatitudinis, in qua ipse Rex pacis cum sanctis suis perpetuo quiescit. V. Beda hic. Fortissimi ex Israel, id est, ex his, qui Deum mente contemplantur, & quærent; & quorum ferventiora fuerint desideria spiritualia, hunc lectulum ambiunt; vehementibus enim desideriis accensi, undique circumeunt, & aditum quærunt, ut quietem hanc degustent. Rich. à S. Vict. *En lectulum!* non magnum stratum; sed vel minimus lectulus Dei ingentes creaturam animos fatiat. Bæza l. 1. c. 7. §. 18.

Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Jl. 32. 18. Dignum notatu est, quòd in sacris literis, quotiescunque fit mentio de statu Sanctorum, in termino, qui consistit in visione, & fruitione Dei, explicatur per terminos significantes quietem: ut hic Jl. & Math. 19. 28. *Sedebitis & vos &c.* & Paulus 1. Cor. 15. 20. vocat Sanctos nomine dormicionis, quæ significat quietem. Quando autem loquitur de statu Sanctorum in via, qui consistit in progressu virtutum, & meritorum, explicat per nomina significantia motum: sic *currite* 1. Cor. 9. 24. Pf. 83. 6. *ascensiones in corde suo disposuit*. Diez. Beatitudo.

Respice Sion civitatem solemnitatis nostræ. Jl. 33. 20. Celebrant enim, qui sunt in ista civitate, continuum festum; qui nihil aliud faciunt, nisi quiescere, videre, amare, laudare; quæ conveniunt festo. S. Thom. Dom. 19. Pent.

Et cum sedisset. Math. 5. 1. Ad æternam quietem nos expectare præmonstravit, cum sedisset in monte, Sim. de Cass. l. 10.

Transfiguratus est ante eos. Math. 17. 2. Invitabit Jesus in illa transfiguratione terretios ad cælestia, mortales ad immortalia, homines ad divina, agonizantes ad quietem, peregrinos ad patriam, ad refugium miseris. Id. l. 4.

Docebat illos Sabbathis. Luc. 4. 31. Sabbathis docebat pro ultimo Sabbatho, & ad quietem in virtute invitabat mortales; cujus doctrinam non apprehendunt, nisi corde quieti. Id. l. 9.

Et sedebat super thronos. Luc. 22. 30. Beatitudo consummata comparatur thronis, & sedibus Apoc. 3. 21. quæ sunt ad quietem deputata: quia est ultimus terminus, & quies Beatorum.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

cessavit enim jam via, peregrinatio, ascensus. At beatitudo hujus vitæ comparatur scala, ad ascendendum. Lud. de Ponte in Cant. 1. Exh. 17. §. 3.

Sicut septimus dies, qui per omnem celebratur hebdomadam; vel certe septimus quietis annus, qui per omne septennium celebratur, hujus temporis significant requiem, quæ Sancti solum Deum diligunt, & in ea à cunctis Mundi perturbationibus requiescunt; ita per Jubileum, quinquagesimum videlicet annum, illa ultima requies designatur; quæ videlicet Electi omnes securâ semper, & interminabili, requie perfruuntur. B. Petrus Dam. l. 5. ep. 24.

Homo fit Sabbathum Dei, & Deus Sabbathum hominis; cum & ipse in Deo, & Deus requiescit in eo. Id. l. 2. ep. 5.

Pietatis, ac religionis, finis, est æterna in Deo requies. Clem. Alex. l. 1. pedag. c. 13.

Vocatur Æstas.

Videte scilicet &c. Luc. 21. 29. Bene regnum Dei æstati comparatur; quia tunc mororis nostri nebulae transeunt, cum vitæ dies æterni solis claritate fulgeant. S. Greg. l. 4. hom. 1.

Regnum Dei, post hyemem, & tempestatem, quali æstas adventurum justis; tamen tunc peccatoribus futura fit hyems, & tempestas: nam illi præsens Sæculum pro ætate habent, futurum autem pro hyeme Theophyl. in Luc. 21.

Vocatur Corona.

Dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. 10. Cur non addit æterna? cum revera ita sit? sed hoc subintelligitur: quia, cum hæc corona detur à Deo, certum est, quòd sit æterna; talia enim sunt dona Dei. Sylv. hic.

Quilibet Beatus Rex erit totius regni cælestis; sicut Ap. 1. 5. scriptum est, *primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ*. S. Bern. Sent. 1. f. 11. Artic. 3.

Vocatur Dies.

In illo die vos cognoscetis. Jo. 14. 20. Dies merito vocatur ille, in quo & Jesus, & Pater, sese nobis revelabunt. In die solum, & non potius in annis illis; imò per infinita sæcula, cognoscemus; sed ea inftar brevissimi diei reputabuntur. *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ*. Pf. 80. 4. Diem solemnitatis humanæ vocat tempus illud, quò novam lucem homines intrabunt in voce tubæ, in voce archangeli. Sed cur æternitas dies, dicitur? facit id revelatio majestatis divinæ, cujus in gaudia homo intrans, momentum reputat æternitatem ipsam. Buccina tu nobis, bone Jesu, in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis nostræ. Verè insignis dies, ubi divina majestas se manifestat: nihil insignius, sed nihil succinctius. Diem dixi? hora est; hora verò insignis, & solemnitas. Gilbert. lib. 18. in Cant. S. Laurentius Just. in fasc. amor. c. 6. Sola dies illa desiderabilis, sola amabilis; in qua Divinitatis immensitas purò contemplatur intuitu. Ista nempe dies illa sublimis est, de qua Dominus ait:

in illa die cognoscetis &c. Baeza t. 3. l. 14. c. 17. §. 24.

§. IV.

Caelum caret omni malo.

Malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo, cum edificantur. 3. Reg. 6. 7. Hic fortis tundimur, ut illuc sine reprehensione veniamus; hic malleus, hic securis, hic omnia tunctionum resonant ferramenta: in domo autem Dei nulli ictus audiuntur; quia in aeterna patria omnis jam percussionum strepitus concitescet: nequaquam ibi malleus percutit; quia nulla animadversio affigit. S. Greg. morall. 34. c. 10.

Eripuisti animam meam de morte &c. Pl. 55. 13. haec tria in futuro Saeculo prostantur; quando jam nec anima peccando morietur, nec oculi mala sua deslebunt, nec pedes labentur. Cassiod. hic.

Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Pl. 114. 7. Expone, o propheta, hanc tuam requiem: qui eripuit animam meam de morte &c. placebo Domino in regione vivorum; hoc est, licet beatitudo nullum mihi bonum importaret; praclare mecum factum existimarem, dum me a miseris hujus Saeculi liberaret. Non accedet ad te malum; & flagellum &c. Pl. 90. 10. absterget Deus omnem lacrymam. Apoc. 21. 4. Pinna in Ecl. Ethol. 6.

Duodecim fructus gloriae immortalis. Primus fructus sanitas absque infirmitate; II. juvenus sine senectute; III. Satietas sine fastidio; libertas sine servitute; pulchritudo absque deformitate; immortalitas; abundantia sine indigentia; pax sine perturbatione; securitas absque timore; cognitio absque ignorantia; gaudium sine tristitia. S. Bonav. diat. salut. c. 50.

In festo Paschae rogavit S. Gertrudis Dominum, ut se instrueret, quali devotione eum laudare posset per Alleluja, quod toties in festo illo repetitur. Respondit Dominus: convenientissimum poteris me per Alleluja collaudare in unione laudis supercaelestium, qui per idem jugiter me laudant in caelis. Et adjecit Dominus: nota ergo, quod in illa dictione Alleluja omnes vocales inventiuntur praeter O, quae dolorem significat; & pro illa duplicatur prima vocalis, scilicet A. Insinuat. div. Gertrud. l. 4. c. 27.

§. V.

Caelum abundat omni bono.

Ex Veteri.

Ostendam omne bonum tibi. Ex. 33. 19. Ita locutus est Deus Moysi confirmaturus ejus animum, & induraturus contra omnes, quae illi impendebant, calamitates. Incertò auctore.

Torrente voluptatis tuae pozabis eos. Pl. 35. 9. Cur non dixit de torrente? nisi quia

aviditatem bibentium voluit exprimere; quasi torrentem ipsum vellent ebibere, si possent. S. Ambr. hic.

Mellior est dies una in atriiis tuis super millia. Pl. 83. 11. Unicum beatitudinis momentum non jam dicit intra intimos sanctuarii recessus, sed ad limina tantum: in atriiis, plus liquidissima voluptatis affert, quam quidquid omnes simul homines à mundi initio ad finem usque gustant. Segneri. D. 2. Quadr. 510.

Habitavi cum habitantibus Cedar. Pl. 119. 5. Cedar nigredinem, tenebrasque significat. Unde Cant. 1. opponuntur tabernacula Cedar pellibus Salomonis; id est, tentoria nigra, tabernaculis pretiosis, & splendidis. Verè autem civitates, & palatia regum hujus Mundi, nihil sunt, nisi tabernacula rusticornum, comparata ad mansiones caelestis Jerusalem, Bellam. hic.

Introduxit me Rex in cellaria sua. Cant. 1. 3. Nomen illud Rex non satis aptum instituto videtur: cum enim in hoc dramate Amor divinus, & fidelis anima, pastoritias induant personas, similitudines, & exempla, à rure, pascevis, cur hic ad regiam aulam divertunt? Agitur hic de laetitia, & spiritualibus gaudiis. Horum abundantiam ut palam faciat, non intra angustias tenuis pastorum vite se continet. Induit sapè Deus personam agricolæ, vinicolæ &c. sed in præbendis deliciis Regem agit magnificum. Observat id Orig. hom. 1. ex 4. in Cant. Pinna in Ecl. Etho. 7.

Manus illius plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Quia quicumque illius opera pio corde imitantur, felicitatis aeternae muneribus in retributione ditantur. S. Greg. in Cant.

In illa die erit Dominus exercituum corona gloriae. Jl. 28. 5. Vicissim Christus verius, quam Paulus, Beatis dicit, Philipp. 4. 1. **gaudium meum, & corona mea.** Doultremat. l. 1. c. 5. sect. 6.

A Saeculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te. Jl. 64. 4. Hic locus accipitur de futura Fidelium gloria. Corn. hic.

Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Habac. 2. 3. Nota verborum quasi contradictionem. In primis supponit, quod Dominus remunerator moram facit; dein asserit, quod moram non facit, dum ait, non tardabit. Quomodo non tardabit, siquidem moram facit? moram quidem facit longam, & molestam, dum non venit; at ubi jam aderit, remunerationem afferens; tot affundet gaudia, quæ prorsus memoriam deleant præteritæ moræ; adeo ut minime videatur moratus, sed velocissime advenisse. Rupert. hic: cum venerit, non tanquam tardus aderit, sed totum præteritum tempus videbitur fuisse nimiae brevitate. Baeza. t. 3. l. 13. c. 3. §. 10.

Ex Novo.

Intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. 21. Tam magnum est gaudium caelestis patriæ de

de Deo, ut non possit concludi in homine; & ideo homo *intrat in gaudium* illud incomprehensibile, & non intrat gaudium illud in hominem, velut comprehensum ab homine. Sylv. hic. q. 11. ex Cajetano. Id est, patriam celestem, & divitias gloriæ Creatoris; ut immergaris, & absorberis in Deum. Dion. Carthuf. hic Ad cœlum, ad cœlum, Fideles devoti! ad cœlum! ad cœlum! quid nobis cum hac lacrymarum valle, ubi meræ miseræ! hic nemo suâ sorte contentus vivit. Formosa Rachel, sed sterilis; Lia fecunda, sed lippa; Naaman locuples, sed leprosus &c. Ecce per patentes sponte paradisi januas Angelorum chorus obviâ procedit, qui festivâ musicorum organorum symphoniam, & canoro vocum concentu, insonabunt: *mirum in gaudium &c.* ut primâ hac officiosâ salutationis formulâ futuræ beatitudinis magnitudinem designent; quæ ulquequaque infinita est, & omni ex parte immensa; atque adeo, ut observat Anselmus, cum gaudium instar oceani vastissimum in nos intrare nequeat, nos gaudio immergamur. Segneri. D. 2. Quadr. f. 10.

Porrò unum est necessarium. Luc. 10. 42. Hoc scilicet est Regnum Dei, quò habitò nihil deest. S. Bonav. hic.

Præcinge te, & faciet illos discumbere. Luc. 12. 37. Ineffabilis Beatorum gloria hic comprehenditur. Quanta hæc gloria! verum omnium Creatorem, ac Dominum, accingi, & accinctum eis ministrare. Diez Conc. 1. in Comm. Conf.

Intingat extremum digiti sui in a-
quam. Luc. 16. 24. An tantam putabat inesse vim in digito Lazari, seu in sancta ejus anima, ut posset linguam ejus recreare? O cœlestia refrigeria! ex mente S. Augustini, tantæ estis virtutis, ut pelagi hujus vel guttula æterna sedet damnatorum incendia. Escob. t. 6. par. Chr. sect. 2. §. 4. Tanta est dulcedo futuræ gloriæ, ut si una gutta in Infernum deflueret, totam damnatorum amaritudinem dulcoraret. S. Aug.

Petite, ut gaudium vestrum sit plenum. Jo. 16. 24. Illud gaudium plenum est, quod perfectum, & integrum est; quod nunquam finitur, & æternum est. S. Euseb. Emisf. D. 5. post Pascha. In quo autem gaudium plenum esse poterit, nisi ut veniamus, & appareamus ante faciem Dei? Igitur cum dicit, *petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum*; illa tantummodo petenda esse innuit, quæ proficiant ad visionem Dei, in quo solo plenitudo gaudii est. S. Rupert. in Jo. c. 14. lib. 11.

Quia statis aspicientes in cœlum? Act. 1. 11. Cur nec Petrus, nec Discipuli, solum aspiciunt, & nihil loquuntur? Petrus in Thabor dixit: *bonum est nos hic esse.* Matth. 17. 4. Respond. in Thabor fuit umbra, & similitudo gloriæ; in Ascensione portæ cœli aperiuntur, & omnes Angeli obviâ eunt. A magnificentia veræ gloriæ mens ita stupescit, ut nec verbum possit proferre. Sylv. hic. q. 23.

Unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. 2. Petr. 3. 8. Speculum exemplorum dist. 9. c. 65. narrat: Monachum quendam in choro canentem versum dictum, mirantem, quomodo id

Polyantib. Sacr. Tom. I.

verum esset? meditandum egressum in nemus, ibi audisse aviculam suavissimè canentem; quæ cum demulsi, & deminuit per 300. annos sine cibo, potu, somno. Avolavit illa deinde, ac ipse rediens ad se, reversus ad monasterium, & chorum, quasi Tertiam ejusdem diei cantaturus, (putabat enim adhuc eundem diem, quò è choro exierat, perdurare) vidit alios monachos, alium chorum, omniaque alia. Abbas sciscitatus nomen monachi, reperit in chronicis monasterii, eum ante 300. annos vixisse, & choro exisse, nec amplius comparuisse. Sumpsit deinde Monachus S. Synaxin, & illicò exspiravit. P. Franciscus Costerus historiam hanc diligenter investigavit, comperitque revera accidisse in Monasterio Affligenti Ord. S. Benedicti, quod in Belgio situm est inter Bruxellas, & Alostum, ut ipse mihi in Belgio affirmavit Corn. hic.

Vincenti dabo manna absconditum. Apoc. 2. 17. Utique cœlestem paradysum: quia, sicut manna omne delectamentum in se habebat, & cujusvis palato accommodabat suum saporum; ita cœlestis beatitudo omnia gaudia, & voluptates, in se habet; & quidquid dulce, pulchrum, excellens, & bonum, mens humana potest aut appetere, aut fingere; planè in cœlo gustabit, & possidebit! Fernandus in Gen. 2. sect. 4.

Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Apoc. 21. 4. Lacrymam dicit, non lacrymas. An lacryma erat, & non potius lacrymarum flumina, de quibus Pl. 6. 7. *lavabo per singulas noctes lectum meum &c.* Ubi remuneratio accedit, ut absterget; tanta ibi gaudia, ut instar unius lacrymulæ appareant lacrymarum flumina. Bæza t. 3. l. 13. c. 3. §. 10.

Ex Patribus, & aliis.

Si tanta nobis facis in carcere, quid ages in palatio? Si tanta solatia in hac die lacrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? S. Augustin. Soliloq. c. 21.

Neque enim magnus es tu, & parva merces tua; sed ut magnus es tu, ita magna merces tua; quoniam non aliud es tu, & aliud merces tua; sed tu ipse magnus nimis, tu ipse merces magna nimis. S. Aug. ib. c. 36.

Esti gehenna non esset, adhuc omnium essent miserrimi; quibus cum liceat unâ cum Dei Filio regnare, & glorificari; tantis seipos bonis defraudant S. Chryl. in Jo. hom. 79. Nonne, si minutatim incidis, si innumeras mortes mori, si innumeras animas, & totidem quotidie corpora traditurum iri oporteret; nonne omnia pro tanta gloria subeunda essent? Id. ib.

Sicut in cœlo omnia apponuntur bona, sic in Inferno omnia mala; ibi convivantes sunt omnes reges, hic convivantes sunt omnes carnifices; ibi ministrat Christus, hic diabolus; ibi sanctis datur in cibum omne bonum, hic peccatoribus miseris serpentes dantur ad devorandum. S. Bonav.

Cogita, quidquid vis; quidquid potes, exopta: excedit cogitatum omnem, desiderium omne exsuperat illa felicitas, æternitas illa, beatitudo illa. S. Bern. serm. de verbis Petri. Ecce nos relinquitur omnia. B b 2 Quan-

Quanta sint illa, quae à Deo preparata sunt homini, etiam livor prodit inimici, S. Casar. Arel. sect. 28.

Ducitur anima in refectorio (caelo) ubi sine fame reficiatur, sine sit inebrietur. In dormitorio, ut ibi sine torpore dormiat; in oratorio, ut ibi sine taediooret; in claustris, ut ibi sine fastidio sedeat. Pectus Jesu ibi est refectorium, sinus Jesu ibi est dormitorium; vultus Jesu ibi est oratorium. Latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum Jesu, ibi est Claustrum Confortium Jesu, & omnium Beatorum, ibi est Capitulum. Petr. Cellen. l. de panib. c. 7.

Non aliquid potest in caelo esse privatum, quod non fiat commune; ubi tanta est unitas, sincera dilectio, perfecta pax, invidentia nulla. S. Laur. Just. l. de cont. Mundi c. 13.

Nullum genus poenarum Martyrum esset justum pretium, nec pro una sola hora essendi in paradiso: tanta est excellentia hujus gloriae. S. Vinc. Ferr. f. 4. post ramos palm.

Corpora gloriosa ita pulchra sunt, tantamque undequaque gloriam spirant; ut rei tam supernaturalis, & ita eminenter pulchra, aspectus hominem velut extra se rapiat, & velut dementem reddat. Est in caelo non aliud oculorum oblectamentum foret, quam summa gloriosorum corporum pulchritudo; nimis quam magna gloria esset, praesertim ipsam Humanitatem Salvatoris N. J. C. videre, ex vita S. Theresiae.

§. VI.

Caelestia gaudia ex praesentibus aestima.

Ceciderunt in faciem suam. Matth. 17. 6. Corruunt discipuli tantum gloriae pondus non ferendo; ut contempleris, quam immensum gloriae pondus preparatum, amantibus Deum. S. Xaverius stilla dulcedinis potatur, & exclamat: satis est Domine! satis est! Escob. t. Chr. mir. obl. 5.

Transfiguratus est coram ipsis. Marci 9. 2. O quanta felicitas! visioni Deitatis, inter choros angelorum, adesse perpetuo, si tantum transfigurata Christi Humanitas, duorumque societates Sanctorum, ad punctum visa delectat. V. Beda hiecl. 3. c. 8.

Si tam innumera, & varia dona tua, quae nunc amicis pariter tribuis & inimicis; quam magna, & innumerabilia, quam dulcia, & delectabilia, quae, solis tuis es largiturus amicis! Si tanta delectabilia continet carcer; quanta, quae so, continet patria! S. Augustinus l. soliloq. c. 21.

Si temporalia sunt ejusmodi, qualia sempiterna? si visibilia tam bona, qualia, quae non videntur? S. Basil. l. 6. hexam.

Si sic delectat auditum hominum melodia, si sic concentus avium, si sic harmonia instrumentorum omnium musicorum; quantum delectat in seipso audire summum bonum, ineffabile, quod causa est, & principium, omnium sonorum: semper etenim major est virtus in radice, quam sit in arbore; & major abundantia in fonte, quam sit in rivulo descendente. S. Bonav. l. 1. de tempore.

Dominus est adeo dulcis; ut, qui eum non gustaverit, quam sit dulcis, degustanti credere non poterit. Unde Bernardus: semel te gustavi, bone Jesu! & utinam millies mori possem, & iterum te degustare. Si sic est in via, ubi vix stillat super animam una gutta; quid, putas, est in patria? quando ad modum fluvii redundat in animam. Id. ib.

S. Fulgentius Ruspensis Ep. in vita c. 3. I. Jan. dum spectaret Romanae curiae nobilitatem, decus, ordinemque; salubri sermone ad fratres aiebat: quam speciosa potest esse Jerusalem caelestis, si sic fulget Roma terrestri! Et, si in hoc Saeculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem (loquitur de triumpho Theodorici) qualis honor, & gloria, & pax, praestabitur Sanctis, contemplantibus veritatem.

§. VII.

Caelestium gaudiorum perennitas, novitas.

IN prima creatione sex priores dies vespere, & mane terminantur; sed dies septima, quae quietem aeternam exprimit, nullo vespere clauditur Gen. 2. 2. S. Aug. l. 4. de Gen. ad lit. c. 18. requies creaturae habet initium, sed non finem; ideo septimus dies coepit à mane, sed nullo vespere terminatur. Sylveira. in Luc. 12. quaest. 14.

Qui confidunt in Domino sicut mons Sion. Pl. 124. 1. Cum sciamus, Jerusalem à diversis gentibus funditus fuisse subvertam, ejusque cives frequenter ductos esse captivos; quomodo hic habitatores ejus dicit nullatenus commovendos? sed hic Jerusalem caelestem patriam debemus advertere, quae significat visionem pacis; de qua nullus potest ullò modo commoveri, qui meruerit in ejus soliditate consistit. Cassiodorus hic.

Rami illius longevi. Eccl. 1. 25. Inter arbores omnium longissimam habere vitam, ita ut etiam rescissae cariem non sentiant, putat Plinius l. 16. c. 40. cypressum, & cedrum: at ex his Dei domus construitur, in qua aeternum vivemus. *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Cant. 1. 16.

Judaea in aeternum habitabitur. Joel. 3. 20. De terrena Judaea hoc intelligi non potest: nam haec in fine pariter suum habebit finem. Ergo necesse est haec accipere de Judaea, & Jerusalem caelesti. Caelum igitur empyrium dicitur Judaea, id est, confessio, & laus Dei. Corn hic.

Christus Jo. 4. cum Samaritana collocutus, mentionem aeternitatis, aeternaeque vitae, ultra quam vigesies injecit. Drex. Phaet. Confid. 2. §. 3.

In hereditatem immarcescibilem. 1. Petri. 1. 4. Quia nec ipsis beatorum hominum mentibus ex longo usu caelestis illa conversatio valet aliquando vilescere, quomodo praesentis Saeculi luxus, & deliciae, solent nonnunquam diutinam consuetudine, & usu, in fastidium verti. V. Beda hic.

Et

Et cantabant quasi canticum novum. Apoc. 14. 3. Res mira! cantum, quem cœlestes illi spiritus tot millia annorum cantant, appellat quasi canticum novum. Ratio est: quia quavis horâ sic delectantur cantantes, acsi tunc inciperent cantare. Speremus & nos in misericordia Dei: ille enim dabit nobis gustum, & suavitatem, quâ indies magis, & magis in sancto exercitio orationis, patientiæ, delectemur; si illud incipere velimus. Diez. Dom. Palm.

In domo Dei festivitas sempiterna est: non enim ibi aliquid celebratur & transit. Festum sempiternum, chorus angelorum, vultus præfens Dei, lætitia sine defectu. De illa æterna, & perpetua festivitate, sonat nescio quid sonorum, & dulce, auribus cordis; sed si non perstrepat Mundus S. Aug. in Pl. 41.

Pagus hic est rusticorum, civitas illa opulenta principum diverforium: hoc est viatorum regnum, illud perenne civium. S. Thom. Vill. conc. 2. de S. Egidio.

§. VIII.

Officia cœlica, & occupatio.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Pl. 146. 1. Omnis operatio bona mercedem sibi postulat retribuere; ut, quod laboriosè peragimus, spe propositi muneris consequemur. In laudationibus verò Domini actus ipse habet præmium suum; quando ipsa erit retributio, quæ nunc est exercitatio. Quid felicitius, quam nunc exercere, quod te speras in æterna beatitudine posse peragere. Cassiod. hic.

Quid est mihi in cœlo? nihil, nisi semper ibi in oratione, absque ullâ distractione, adherere. Jo. Clim. gr. 28.

Agite in terris, quod semper in cœlo facturi estis: neque enim ibi aliud opus est, nisi laus. S. Thom. Vill. conc. 1. de Ass. Virg.

Gloria paradisi dicitur denarius: sonus denarii significat officium, quod erit in gloria; solum erit officium Ecclesiasticorum, scilicet laudare Dominum. *Beati, qui habitant in secula seculorum laudabunt se.* Pl. 83. 5. S. Vinc. Ferr.

Maxima, & unica, Sanctis est requies in cœlo, laudem Summæ Trinitatis, quæ Deus est, indefessâ voce dicere. V. Beda hexam.

Spiritus beati, hi sunt domicelli in curia cœlestis Imperatoris; Patriarchæ Principes; Prophetæ Secretarii; Apostoli iudices, & Assessores. Martyres milites; Confessores magni thesauri Christi thesaurarii; Virgines sunt sicut sponsæ Imperatoris. S. Bern. Sen. f. 9. de octo beati.

§. IX.

Cælum ama, quere, desidera.

Et omne volatile secundum genus suum. Gen. 1. 21. Pisces, qui remanent in aqua, unde facti sunt, mali sunt, qui remanent in corruptione peccati, in qua nati sunt. Aves, quæ sursum elevantur ab aquis, sunt: qui habent cor elevatum à terrenis ad cælum, & tamen sub firmamento. Hugo Card. hic. Volucres significant eos, qui virtutum pennis ad cœlestia contemplanda se suspendunt. B. Petr. Dam. l. 2. ep. 5.

Montes exultaverunt ut arietes, &c. Pl. 113. 4. Campi sunt, qui terrena non deserunt; sobriè tamen, & justè, & piè vivunt in hoc sæculo. Montes, seu colles, sunt, qui sola, quæ sursum sunt, quærunt. Ejusmodi itaque montes, quantò ardentius cœlestia desiderant, quantò vehementius cœlestibus inhiant, quantò altius excrescunt; tantò procul dubiò cœli ardua viciniùs tangunt. Rich. à S. Viêt. hic.

Ubiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc. 17. 37. Justorum animæ aquilis comparantur; quòd alta petant, humiliâ derelinquant, longævam referantur ducere vitam. Si igitur intellexerimus aquilas, de corpore jam dubitare non possumus; maxime, si meminerimus, quod à Pilato Joseph corpus acceperit. S. Ambr. in Luc. Quid putamus, fratres, quomodo tunc repente de terris ad cœlos evolare poterimus, qui nunc exercitiò, & usu quotidianò, volitare non didicimus? nunquid non Christus, sicut aquila, provocat ad volandum filios suos, quando super eos volitabat? Deuter. 32. Guerric. Abb. f. de ascens. Sylv. in Luc. 21. Matth. 24. 28. q. 13.

Surgite, eamus hinc. Jo. 14. 31. precipiens, ut unusquisque surgat de terrenis, erigat animam humijacentem, ad superna attollat, excitet aquilam suam; & illam aquilam, ad quam dictum est: *renovabitur, ut aquilæ, juvenus tua.* Pl. 102. 5. Ad animam hoc dictum est. Anima igitur nostra, sicut aquila, alta petat, supra nubes volet, renovatis splendescat exuviis, cœlo volatus suos inferat, ubi laqueos incidere non possit. S. Ambr. l. de bono mortis c. 5.

Ut germani filii lucis intueamur lucem, & sursum aspiciamus; nè nos esse adulterinos apprehendat Dominus, quemadmodum Sol aquilas. Clem. Alex. Orat. adhort. ad Gentes.

Flamma in altum evolans. Lem: *Quies in sublimi. Vel Deorsum nunquam.* Picinelli.

*Motiva varia.**Ex Veteri, & Novo.*

In principio creavit Deus cælum, & terram. Gen. 1. 1. Cur non statim hominem produxit? Facta est regia, creetur rex; ædificata est domus, producat habitator. Quid necesse ad sextam diem creationem hominis differre? Philo Jud. lib. de opific. principium, & finem, volens Deus inter se coaptare, ut res necessitudine conjunctas, & amicitia; principium quidem fecit cælum, finem verò hominem. Ex principio & fine, fecit Deus circulum aureum; ut, quocumque se verteret homo, cælum videret. Amicum tibi est cælum, familiare; solum hominem agnoscit sibi necessitudine conjunctum. Nexum amicitia; nè dissolvas. sit tibi semper familiarissimum; & licet situ remotum, mente, & desiderio propinquum. Lactant. l. 2. de orig. error. c. 13. fictò corpore, spiravit ei animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis: constat enim ex anima, & corpore; id est, è cœlo, &

Bb 3 terrâ:

terrâ : quandoquidem anima, quâ vivimus, velut è cœlo oritur à Deo. Arcon. in II. cap. 1. vers. 2.

Levo manum meam - à filo subtegminis &c. Gen. 14. 22. Cur opes Abraham rejicit? *levo manum meam.* q. d. difficulter quis animam ad Deum levare, & pius esse potest; nisi contemptis divitiis. Pinna in Ecclesiasticum Ethol. 150.

Hac est generatio quærentium eum. Pf. 23. 6. Verè unum est, ac fortè præcipuum, signum Electorum Dei; suspirare ad patriam: generatio enim filiorum hujus Sæculi nihil minus, quàm Deum, quærit; nihil magis, quàm mortem, horret. Bellarm. hic.

Solummodo hoc invenit, quod fecerit Deus hominem rectum. Eccl. 7. 30. Quamobrem? quia singularem etiam adionem erat traditurus. Reliqua animalia sunt bruta; & illa spectant, ad quæ nata sunt: ad partum genita sunt pecora. Caput homini sublime est, ut genus cœlestis suspiciat. Oculi non tendunt in terram; quocirca nè vim inferas naturæ tuæ. Terrena nè spectes, sed cœlestia, ubi Christus est. Genitus es, ut Deum videas, & contempleris; non ut humi dejecta serpat vita tua; non ut pecudum voluptates confecteris, sed ut vitam cœlestem agas. S. Greg. Nyss. or. 2. in hom. procreat.

In partes vade Sæculi Sancti cum vivis, & dantis confessionem DEO. Eccl. 17. 25. Pars in Scriptura vocatur fors cuiusque, juxta illud II. 57. 6. *pars tua, hac est fors tua.* Sæculum sanctum vocat Sæculum beatorum, & beatam aternitatem, quam Sancti agunt in cœlo; de quo ait Sapiens c. 5. 5. *& inter Sanctos fors illorum est.* Nam Sæculum, quod in hac vita agimus, totum in maligno positum est. q. d. tu jam à peccato, atque vanitate, & cupiditate hujus Sæculi, ad Deum conversus, illò relicto, vade ad Sæculum Sanctum; nimirum per bona opera quotidie contende; perge, & profice ad cœlum; ut inter beatorum partes, id est, fortes una pars Sæculi sancti, id est, una fors beatæ aternitatis, & futuræ gloriæ, tibi obtingat: vive sanctæ aternitati; adeoque hic illam inchoa per Dei confessionem. Corn. hic.

Si filius Dei es, mitte te deorsum. Matth. 4. 3. O signum! mitte te deorsum? convenientius dixerit: si filius Dei es, ascende ad cœlum; cum sit hominis utique ad ima cadere, Dei fit, ad superna conscendere. S. Petr. Chrysol. f. 13.

Sanctificet ut nomen tuum. Matth. 6. 9. meritò primâ petitione hoc petimus: quia ante omnia, desideranda nobis est Dei gloria. 2. Sicut primum præceptum Decalogi est dilectio Dei super omnia; ita & in hoc Evangelii breviario hæc sit prima petitio. Ità Tertull. l. de orat. S. Aug. l. 2. de ferm. Dom. in monte, Author Imperf. Rupertus &c. Sylv. hic. q. 9.

Qui es in cœlis. Matth. 6. 9. Non quasi in cœlis Deus tantum sit; sed ut humi jacentes ad cœli suspectum ipsius excitet; utque cœlestium bonorum pulchritudine collucens ipse, cupiditatem eò nostram rapiat, atque convertat. Id. t. 6. de or. inflit.

Adveniat regnum tuum. Matth. 6. 10.

Verus sensus est, quòd hic petamus perfectissimum illud regnum Dei; cum destructò regnò diaboli, peccatò, & morte, ipse Dominus post judicii diem, cum Sanctis suis in aeterna beatitudine regnabit. Et hæc petitio pertinet etiam ad gloriam Dei! Apoc. 21. 2. *vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cœlo.* Ut homines ad cœlum veniant, describitur ipsa Jerusalem nova descendere; (*adveniat regnum tuum*) aliter enim ad illam se non movebunt. Id. ib.

Permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Matth. 8. 21. Cui Christus: *seque me &c.* Quia non dixit: permitte me ire, sed *primum* me ire: hoc enim ei primum esse non debuit, sed secundum. Non pietatis obsequium negat, sed divinam præponit humanis affectibus servitorem. S. Chrysol. f. 19.

Obviam sponso. Matth. 25. 1. Professio conatus ad eundem in cœlestem patriam significatur per ire obviam sponso JESU Christo. Cajet. hic.

Ut cessavit loqui, dixit ad Simonem: duc in altum. Luc. 5. 4. Nota, quòd Christus prius prædicat, & postea agit de piscatione; prius agit de spiritali cibo, & postea de corporali. Disce & tu prius quærere regnum Dei. Sylv. hic.

Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem. Resp. *quis me constituit iudicem, aut divisorem inter vos?* Luc. 12. 13. S. Aug. f. 196. de temp. petebat ille dimidiam in terra hæreditatem; in cœlo Dominus offerebat totam. Non venit dividere, sed unire. Sim. de Cass.

Quid quaritis? Jo. 1. 38. Bene dicimus, Magistrum illum vocantes: quia de disciplina ejus sumus, dum revera Deum quærimus; dicimusque illi: *ubi habitas?* dum supernam cogitamus patriam ubi sedet ad Patris dexteram. Hoc autem jugiter petentibus, & hoc modò dicentibus, *ubi habitas?* fiet aliquando, quod sequitur, *dixit eis JESUS: venite, & videte.* 39. Rupert. in Jo. l. 2. c. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Mater Jerusalem, civitas sancta Dei, charissima sponsa Christi! te amat cor meum; pulchritudinem tuam nimium desiderat mens mea! S. Aug. Medit. c. 25.

Non, ut animalia rationis expertia, prona esse videmus in terram, ita creatus est homo; sed erecta in cœlum corporis forma admonet eum, quæ sursum sunt, sapere. Id. de Civ. cap. 24. l. 22.

Ideo huic vitæ malè dulci miscet amaritudines tribulationum; ut alia, quæ salubriter dulcis est, requiratur. Id. in Pf. 43.

Donis suis flagella permiscet, ut nobis omne, quod nos in Sæculo delectabat, amarescat; & illud incendium surgat in animo, quod nos semper ad cœlestem desiderium inquietè excitet; atque, ut irâ dicam, delectabiliter mordeat, suaviter cruciet, hilariter contristet. S. Greg. in Ezech. hom. 16.

Tamest

Tametsi lapideus etiam quis fuerit; tamen tanta jam sunt data dona, ut iusticiam cum excitare, & à presentibus abducere, duplicique nomine ad futura complectenda erigere: cum, quod ad eò sunt magna, quæ jam exhibita; tum quod, licet tanta sint, ac talia, primitiæ tamen sunt. S. Chrysof. in ep. ad Rom. 8. f. 14.

S. Genoveva vidit coeli gaudia, & ideò sine intermissione fleuit. 3. Jan. c. 7. vitæ.

Audivi nonnullos, qui navali præliò interfugerunt, quod Joannes de Austria contra Turcas felicissime gessit: cadavera in mari natantia internosci potuisse; siquidem corpora Turcarum prona, & Christianorum supina, caelum tuentia, natasse. Idem accidit iis, qui in divinæ Bonitatis mare incidunt: alii enim ibi eriguntur in spem, alii suopre pondere evertuntur. Stengel. t. 1. Jud. div. c. 42.

§. X.

Cur, nè tibi Caelum præcipiat alius.

Ex Veteri.

Directus est spiritus Domini ab die illa in David. 1. Reg. 16. 13. Non implet munus suum Saul; in ejus locum eligitur David. Sylv. in Apoc. 3.

Episcopatum ejus accipiat alter. Pf. 108. 3. De Juda intelligunt Patres. Alter non solum individualiter, sed etiam moraliter intelligitur, q. d. qui in Judæa succedet locum, erit alter; id est, alter in vita & moribus. Paoletti. f. 3. in Purif. B. V.

Implebit ruinas. Pf. 109. 6. Dicunt Philosophi, quòd caelum potius ascenderet, quam quòd natura vacuum quidquam pateretur esse in terra. Et Deus hanc conditionem voluit servare: quia, nè esset in caelo vacuum, voluit, ut terra, id est, humana natura, ascenderet ad supplendas angelorum ruinas. Ant. de Rempel. figur. Bibl. Passio Christi.

Seraphim stabant super illud. II. 6. 2. S. Bern. f. 3. verb. II. in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem; angelicam scilicet, & humanam. Sed quæ causâ Deus angelicam sic extollit naturam, ut certare cum angelis, iisque supremis, de amore, & laudibus Dei, possit? Responderetur: ad contumeliam tuam, o Superbe, qui, creatus inter angelos, stare non meruisti. Ecce rex noster novos in terra angelos fabricaturus advenit; atque, ut tabeas amplius, non qualescunque, nec inferioris alicujus ordinis, sed Seraphim. Cum enim ipse fuerit Seraphim, atque, ex illa sublimitate, in tam dejectam vilitatem suâ arrogantia lapsus fuerit; non potest non plurimum erubescere; cum videt hominem, tam humilem creaturam, alis gratiæ, & ardentis amoris, suæque demissione, penetrare in sedem, quâ ille per suam superbiam excidit. Did. Niss. f. 2. post D. 3. Quadr. §. 5.

Egregetur virga de radice Jesse; II. 11. 1. Cur Christus virga? quia virgâ utitur pastor, ut expellat lupos, & oves trahat; scit repellere, & congregare; si relinquit unum, assumit alium. Brachium Dei perdebat Palæstinos, Chananæos; & pro illis excipiebat Hebræos. Bæza t. 3. l. 14. c. 16. §. 12.

Periculose semper spernis auxilia aliis necessaria

ad salutem; eripientur enim tibi, & dabuntur aliis. Merito Judæis nihil agentibus, sed impediētib; & occupantibus otiosè Prophetam, Jon. 1. 2. eripitur Jonas, ut tradatur Ninivitis, ejus prædicatione egentibus, ut salvi fiant. Bæza t. 2. l. 12. c. 9. §. 11.

Ex Novo.

Si persequerentur vos in civitate ista, fugite in altam. Matth. 10. 23. Sed quò id consilio? an ut Apostoli fugâ sibi consulant? negat Tertull. l. de fuga. Ideò illis fugere tunc præcepit; non propter eludendum periculum propriò nomine persecutionis, sed propter profectum annuntiationis. Velloso in Judich. c. 5. parænet. 17.

Violenti rapiunt illud. Matth. 11. 12. S. Hilar. Can. 11. in Matth. quia gloria Israelis Patribus dedita, à Prophetis nuntiata, à Christo ablata, fide Gentium occupatur, & rapitur. Sylv. in Apoc. 3.

Ite ad exiis viarum; & quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Matth. 22. 9. Aliis renuentibus venire, alios invitat. Glossa interlin: quia sermo Dei, etiam alicubi laborat, alibi requiescit. Id. ib.

Tunc abii unus de duodecim. Matth. 26. 14. S. Chrysof. hom. de Juda: quando prostituta lupanar exivit; tunc Discipulus gehennam intravit: quando illa mercedem corporis sui abdicabat; tunc ille pretium Magistri sanguinis postulabat; ideo dixit tunc. Christus ex piæ mulieris lucro solatum sibi accersit iacturæ, quam fecit, dum Judam discipulum perdidit: quando enim hic exiit, ut Infernum ingrederetur; tunc illa intravit, ut discipula esset Christi: fordido Judæ liberalis Magdalena suffecta est. Did. Niss. Dom. infra Oct. asc.

Dicite, quia Discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum &c. Matth. 28. 13. Et verò dormisisti Judæe, quando coelestem thesaurum inter latrones posuisti. Quid inde reliquum erat? nisi quòd pius latro tibi coronam salutis præriperet. Sanè, dum in præsentis vita sumus, inter latrones degimus, & latrones piissimos; qui coronas nobis præripiunt, si dormimus. Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 28.

Zachæus præcurrens ascendit in arborem. Luc. 19. 4. Cur properat? ut divitis epulonis Dominum in Lazaro repellentis amissam sedem obtineat, verè Abraham filius. Publicanus præripit à longè stans Pharisæo: descendit his justificatus ab eis, quasi è manibus eripiens salutem. Euthym. Locò angelorum cadentium, & ab æternis nuptiis exclusorum, homines substituuntur. Locò Judæorum Gentes eliguntur: aufertur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. Matth. 21. 43. Aufertur ab Heli Sacerdotium, providit sibi de Samuele; & pro Saule David; pro Juda Mathiam. S. Franciscus initio ordinis anxius, quòd pauci adhuc forent, & nonnulli descerent, audivit à Domino, quid turbaris Franciscè? quid angeris? ego, illis cadentibus, alios erigam; si unus ad vomitum redeat, ego in ejus locum alium excitabo, qui illius coronam accipiat. Deficiente unò è 40. militibus præ frigore, subrogavit Deus ipsum custodem Martyrum. Deficiente Germa-

niâ succellit India, & Japonia. Marchant. D. 2. Pent.

Vobis oportebat primum loqui verbum Dei &c. Act. 13.

Ibi latro locatur, unde Lucifer corrui. Arnoldus Carnot. Abb. sup. Luc. 23.

Multi veniebant ad eum. Jo. 10. 41. Contemplamini Jesum sic agentem, qui dum in una parte animas perdit, lucratur in alia. Ecce Judæi persequuntur, Jordanes credunt. Illi fugiunt à fide, isti veniunt, illos signa confundunt, isti signa venerantur. Sim. de Cass. l. 11. c. 42.

Tene, quod habes. Apoc. 3. 11. id est, fortiter retine. Cant. 3. 4. *tenui eum, nec dimissam.* Rich. à S. Viçt. tene, quod habes, fidem scilicet, & bona opera, & in eis persevera; nè, si non habueris perseverantiam, alius accipiat coronam tuam. Cum enim sit Deo certus suorum numerus; quando alius per culpam labitur, alius per misericordiam subinducitur, ut in locum, unde lapsi sunt dæmones, ascendant homines: & in cultum divinum, quem Judæa dereliquit, gentilitas introivit. Sylv. hic.

Ut nemo accipiat coronam tuam. ib. nihil durius homini, quam si ipse locum idum perdat, & alium in eo sedentem videat. Cur in Judicio prius ad regnum vocabuntur electi? S. Bern. f. 8 in Pl. 50 ut videlicet acrius doleant videntes quod amiserunt. Id ib.

Quocirca vobis providendum est, nè ad gratiam cunctanter accedatis, verum summam celeritatem adhibeatis, nè latro vobis antevertat; nè adulter vos praterat; nè avarus superiore conditione sit; nè publicanus, nè scortatrix, nè denique quispiam ex his, qui per vim in regnum irrumpunt, illudque rapiunt. S. Greg. Naz. or. 40.

§. XI.

Memoria cæli, consideratio.

DEt tibi Deus de rore cæli. Gen. 27. 28. Toties de rore cæli accipimus, quoties, per infusionem contemplationis intimæ, de supernis aliquid tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per corpus agimus, de pinguedine terræ ditamur. S. Gregor. hom. 6. in Ezech.

Tulitq; pectusculum elevans illud coram Domino. Lev. 8. 29. S. Bruno in alleg. Tilmanni quare coram Domino pectus elevat? nisi ut corda, & corpora nostra, semper sit levata ad cœlestia contemplanda.

Henocho placuit Deo, & translatus est in paradysum. Eccl. 41. 16. S. Greg. Naz. or. 20. Omnis ejus vita nihil aliud quam translatio fuit. Mentem enim à terra transtulerat in cœlum ad Deum. Corn. hic.

Circui civitatem. If. 23. 16. Cœlestis patriæ, cogitando Sanctorum præmia. S. Thom. hic.

Deliciæ Spiritus nostri divina cantica, ubi & fletus sine gaudio non est. Fidelis homini, & peregrino in sæculo, nulla est jucundior recordatio, quam civitatis illius cœlestis, unde peregrinatur. S. Aug. in Pl. 145.

Oculos erigamus ad cœlum, nè oblectamentis, & illecebris suis nos terra decipiat. S. Cypr. ep. 8.

Non aliâ de causâ Christus, de regno cœlorum loquens, tot parabolis utitur, quam ut non hac ratione cogat quodammodo rerum cœlestium perpetuò recordari; ac, velut in tabula, earum nobis imaginem subjicere. Vult nimirum pastorem ovium tuarum, semen agrî tui, uvas vinearum, nuptias, quas celebras; thesauros, quos aservas; gemmas, & margaritas, retia, quibus piscaris; fervorum rationes; omnia denique, quæ hic agis, & moliris; cœli tibi memoriam refricare, mylteriæque divina edocere. Bessius D. Sept.

§. XII.

Bona, quæ habentur ex memoria Cœli, ejusq; recordatione.

BEatus vir, qui non abiit &c. Pl. 1. 1. Cur à beatitudine psalmos inchoat? ut scilicet beatitudinis memoria armaret hominem contra difficultates, quæ in pietate oriri solent. Basilus hic: quando David per operis totius progressum erat tam multa admoniturus, quibus obeundis operosissimi quique labores, sudorésque innumerî, impenderent his, qui defudaturi erant in legitimo pietatis agone; hæc prævertens lucidissimis rationibus probat horum extensum felicem, ac beatum fore. Pinna in Eccl. cap. 7. E. thol. 101.

Quasi palma exaltata sum. Eccl. 24. 18. Philo l. de vita Moyf. palma arborum præstantissima, aspectu pulcherrima, fructum quoq; fert optimum; & vitalem vim habet, non in radicibus desolatam, ut cæteræ, sed in summo quasi consistam. Philipp 3. 20. *nostra conversatio in cælis est.*

Ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum levavi, & sensus meus redditus est mihi. Dan. 4. 31. Ubi Nabuchodonosor ad instar belluæ per septennium terram aspexit; peccatoris formam prætulit: at ubi oculos in cœlum levavit, sensum recepit; altissimo benedixit. Cœlum respicere, regionem lucis præ oculis habere, est, in illud æternitatis lumen intelligentiæ oculos totâ intentione figere. Sed ecce, qui oculos in cœlum levavit, sensum, quem amiserat, recepit. Sensus animalis est, quò percipit candidum, & ni grum; sensus verò suus est hominis, quò discurret inter bonum, & malum; verum, & falsum. Hunc sensum cum Nabuchodonosor perdidit, vel nunquam habuerunt; qui dicunt bonum malum, & malum bonum; ponentes amarum dulce, & dulce amarum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Rich. à S. Viçt. l. 2. c. 45.

Ex Patribus, & aliis.

Si vultis armati esse contra tentationes in Sæculo, crescat, & roboretur, desiderium Jerusalem æternæ in cordibus vestris. S. Aug. in Pl. 136. in fine.

DEO ita disponente accidit, ut ego, & ipsa (mater mea) soli staremus incumbentes ad tenebram

unde prospectus in hortum. Colloquebamur ergo soli valde dulciter; & prateritorum obliti, querebamus inter nos: qualis futura esset vita æterna Sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. - Dicebamus talia, etsi non isto modo, & his verbis: tamen Domine tu scis, quod illò die, quò talia loqueremur, & Mundus iste nobis inter verba vilefceret cum omnibus delectationibus suis. Id. l. 1. Conf.

Tacet cælum; sed ipsius aspectus vocem turbã clariorem emittit, per oculos, non per aures, nos docens. Cùm enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam, per tantum temporis permanere; tanquam vocem audiens, & ad aspectum discens; adoras eum, qui tam pulchrum, & admirabile, corpus creavit. S. Chryf. ad pop. Antioch. hom. 9.

Site cœli cœperit amor; videbis, & cœnum, & lœrum, esse hæc omnia; ridebisque, quæ nunc admiraris. Id. in ep. S. Pauli f. 30.

Volatilia, dum altum ærem secant, non facile capiuntur. Itã tu, donec ad superiora aspexeris, nec laqueò, nec ullis aliis facile capieris infidiis. Id. hom. 15. ad pop.

Oportet, sicut Scriptura testatur, laborantem agricolam aliquando de fructibus cœlestis patriæ prælibare; & hoc, nè deficiat in labore. S. Bonav. 4. solemn. de Magor. adorat.

Volenti facile est, cœlestem vitæ traductionem vel in terra habere; si, quemadmodum Evangelium præscribit, cœlestia sapiamus, cœlestibus afficiamur; & in thesauris cœlestibus virtutis divitiis deponamus. S. Greg. Nyss. de profess. Christiana. Inter labores animi sursum aspectum attolle; contemplantisque gaudia illa, nullos labores recusabis. S. Ephrem. de recta viv. rati. c. 24.

Si ovum, liquore suo vacuum, impleatur rore, & sigillum clementer acclive parieti applicetur; ovum ad sigilli pedem positum, per illud rependo, ascendet. Si quis æternam beatitudinem sapiens consideret, cor ejus ovum cœlesti rore plenum sursum tendet. Drex de Cœlo. l. 1. c. 2. § 2.

S. Franciscus agebat: tanta est gloria, quam expecto; ut omnis me poena delectet, omnis morbus, humiliatio omnis, persecutio omnis, mortificatio omnis. Henric. Jonghen nupt. agni pro Sacris profess. Exhort. 24.

§. XIII.

Cælum spernitur, negligitur.

Ex Veteri, & Novo.

DAmibi de coctione &c. Gen. 25. 30. In hoc contractu significatur; quòd reprobi, propter lenticulam, id est, temporalia, vendunt æternam hereditatem. Dederuntq; pressosa quæq; pro cibo. Thr. 1. 11. Hugo Card. hic.

Urgebant Egyptii populum de terra exire velociter. Ex. 12. 33. de captivitate, durissimo labore, adeò inviti exeunt; ut urgeri, & compelli, debeant ire in terram fluentem lacte, & melle. Sylv. Addit. Evang. Jo. 2. c. 5.

Inclinavit cælos, & descendit. Ps. 17. 10. Non ait, ascendere, seu avolare, te fecit in cælum; sed ipsum cælum ad te deflexit, & inclinavit; ut tu

Polyanib. Sacr. Tom. I.

scilicet facile obtinere possis. Longius à te cælum distabat; ergo, nè via te lassaret cælum petendo, ipsum ad te inclinavit. Pinna in Eccl. c. 6. Ethol. 76.

Appropinquavit regnum cælorum. Matth. 3. 2. Novus dicendi modus: homo debet quærere, & se appropinquare ad regnum cælorum. At è contrã Joannes ait: nisi cælum se inclinet, & ad nos veniat; nunquam homo se movebit, ut illud conscendat. Sylv. in Jo. 4.

Adveniat regnum tuum. Matth. 6. 10. Nonne facilius erat dicere, adveniamus in regnum tuum? nunquid exorandum est, ut ipsum cælum inclinetur, ut nos in se recipiat? Itã piger est homo, ut, nisi cælum ad ipsum descendat, minime ille ad Deum velit ascendere! S. Laur. Just. torpori nostro consentaneam posuit petitionem: nec enim volumus regnum à nobis quærendum, sed quòd ipsum nos quærat. Eliam fuit opus curru vehere ad paradysum. Vide Corn. à Lap. de ferculo Salom. Sylv. in Matth. 3. c. 2. q. 4. *Vidi Feras descend.* ut homines ad cælum veniant, describitur ipsa Jerusalem nova descendere; aliter enim ad illam se non movebunt. Sylv. Matth. 6. q. 9.

Accipientes murmurabant. Matth. 20. 11. Diem tantum in vineæ cultura ponunt, noctu qui-escunt, præmium statim accipiunt; & nihilominus murmurant. Jacob laborem suum, æstum, gelu, reputat præmium; operarii laborem unius diei tormentum. Potest quærari, ait S. Greg. apud S. Thomam, quomodo murmurare dicti sunt, qui ad regnum vocantur? Ipsa quæstio, est responsio: murmurant, quia vocantur ad regnum: quia vel unius diei laborem nolunt perferre pro regno; cùm annos plures pro vanitate laboriosè posuerint. Naxera in Jos. 18. § 9.

Jesus introiit domum simonis. Luc. 4. 38. S. Chrysol. f. 18. Ad domum Petri venit Christus, ut domus Petri veniret ad Christum. Nam tales sumus: ut veniamus ad Christum, necesse est, ut ipse Filius Dei ad nos veniat, & quærat. S. Paschas. l. 3. in Matth. mira omnipotentis Dei dispensatio! qui etiam non quærentes se quærit; & non valentes ad se venire, ad eos clementer venit: quia si non ille prior ad nos venisset, nunquam ad eum redire potuissemus. Sylv. in Matth. 8. Luc. 4. q. 3.

Et descendens cum illis stetit in loco campestri. Luc. 6. 17. Adeò desides sunt homines, ad quærendum Christum; ut ipsi necesse sit, ad eos descendere, quò in cælum conscendant, & salutem obtineant. Sylveira cap. 6. in Luc. 6. q. 1.

Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum. Luc. 12. 36. Cur non dicit, ut sint similes hominibus quærentibus, vel emittantibus; sed *expectantibus dominum suum*? Cur servi eum non requirunt; cùm hoc eorum conditioni maximè conveniat? Adeò desides sunt homines, ut ad Deum nolint venire, nisi ipse ad eos descendat. Sylv. in Luc. 12. c. 22. q. 10.

Compelle intrare. Luc. 14. 23. S. Chryf. hom. 70. in Matth. Quid dementius invenitur, quàm cùm ad nuptias invitatis, resiliere? Tanta est hominis dementia, & fragilitas, ut ex se non velit

Cc

velit ad festivissima gaudia ire, nisi vehementer tractus. Sylv. in Luc. 14. c. 24.

Pater, peccavi in caelum. Luc. 15. 18. An caelum Numen est, in quod peccatur, cum filius patrem dereliquit? oblivio caeli occasio fuit flagitii; cum caelestibus terrena praeposuit; nunc caeli memoria salutis fuit exordium. Titus Bostr. in catena Graecor PP. Reversus dixit: *Pater! peccavi in caelum, & coram te!* derelinquendo enim caelestia, peccavi in ea; praeferebat ipsi voluptatem contemptibilem, & praeligens caelesti patriae meae regionem famis. Quemadmodum enim in aurum peccare dicitur, qui illi plumbum praefert; ita in caelum peccat, qui ei terrena praeponebat. Arcones in Is. 1. v. 1. Dilc. 2.

Clamavit dicens: si quis scire, veniat ad me. Jo. 7. 37. S. Amb. in Ps. 118. Voce magna clamabat: quia vocat homines ad regna caelorum.

Ex Patribus, & aliis.

Quae caecitas animi! quae dementia est? a mare pressuras & penas, & lacrymas Mundi, & non festinare potius ad gaudium, quod nunquam possit auferri? Hoc autem fit, fratres dilectissimi, quia fides deest; quia nemo credit vera esse, quae promittit Deus S. Cyr. lib. de mortalitate.

O altitum consilium maligni spiritus, & principis Mundi hujus! quomodo cunctos ad momentanea, & corruptibilia haec pertrahit; in oblivionem interim aeternorum honorum homines inducens. S. Ephrem de his, quae praesens icta continet.

Tyrannus, ac hostis noster, semper studet, ne ad caelum oculos elevare possimus; sed, in terram continuo inclinari, lateres in ea ex luto facimus. S. Greg. Niss. l. de vita Moysi.

Mirabile est, quod impetu grandis fluvius currat, quoquoque intret in mare; perumpit omnia retinacula, nec ulli artificio a suo cursu impediri potest. Majorem habet animi inclinationem ad beatitudinem; & tamen quaecunque nuga detinet eam in cursu suo ad Deum, abyssum dulcedinis. Excusatio sponsae Cant. 5. 3. *exspoliavi me tunicam meam &c.* Cum te invitat Deus, cui tantum debes, ut eum diligas, excusationes fuites affers. Ut autem daemone ostium aperias; te mille periculis, & difficultatibus exponis, rei familiaris jacturam, periculo honoris, valetudinis &c. Ecce quam puerilia nos tenent. Diez. conc. 2. 1. die Pent.

Infans, tenebroso natus carcere, ludit, jocatur, laetatur; quia, quid sit lux, ignorat. Mater autem, cui lucis suavitas nota fuit, lamentatur tristis: sic, quia parum scimus de spiritualibus, & aeternis; ut parvuli in servitute, & obscuritate, enutriti, sensibilia amplectimur, exilium patriam aestimamus. Filii Israel in servitute Aegypti nati, & educati, *nihil fecerunt terram desiderabilem.* Ps. 105. 24. quare saepius in Aegyptum redire voluerunt. In peccatis oblectamur, vanis gaudemus: quia bona aeterna non gustamus. Sancti, qui animo in caelis erant, suspirabant, & flebant.

Did. Stella c. 56.

§. XIV.

Caelum facile comparari potest, parvo venale.

Ex Veteri, & Novo.

IN quolibet gradu ascensus Salomonis erant duo leones hinc, & inde. 2. Paral. 9. 18. Sed hileones, quia picti erant, & sine vita, significant, quod solum timidos, & vecordes impediunt. Jo. Broymard summa Praedic. ascens. Chr.

Ducunt in bonis dies suos &c. Job. 21. 13. Ego contrarium dico: ducunt in laboribus, sudoribus, & anxietatibus, dies suos; & in puncto ad gehennalia loca merguntur. Ecce caecatas hominum mentes, qui labores, quietes; amaritudines, dulcedines; punctiones, unctiones, appellant. Ad peragendum malum, quam bonum, amaribus deludatur; & toleratum ex tempore malum preparat ad aeternum.

Quae perversitas! ad labores a laboribus pergere? Tristitia vestra, qui propter me affligimini, non omnium vertetur in gaudium. Sim. de Call. l. 6. c. 33.

Atollite portas principes vestras. Ps. 23. 7. S. Chryl. hom. 4. in Matth. Cur non ait aperite portas, sed *atollite* omnino, scilicet ex cardinibus? quia videntes angeli; quod caeli jam nunquam essent claudendi; non erant necessariae portae caeli postea nunquam claudenda.

Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno. Ps. 90. 5. Cur veritatem magis propugnationem contra illos timores facit, quam fortitudinem? Rich. a S. Vict. ait, timores nocturnos esse imaginationes, quas metus in nobis excitat, cum noctu iter facimus. Saepo, inquit, cum rubus, vel rupes aliqua, cernitur, ferarum impetus imminere videtur; unde fit, ut intuentium membra horror invadat. & illic trepidant timore, ubi non est timor. Did. Niss. f. 3. post D. 4. Quad. §. 4.

Ut inique agerent, laboraverunt. Jer. 9. 5. Excusationem mererentur impii, si Deus valde ardua, & laboriosa, ab illis exigeret; sed dicant, num Deus tantum, ab illis requirit, ut salventur; quantum illi sustinent, ut damnentur? o caecitas! o insania! si fac virgum nobis suppetit ad iniquitatem, cur non etiam ad virtutem, & sanctitatem? Segneri f. 31. die Merc. Dom. Pass. vide ibi fufum discursum.

Tollite vobis unum verbum, & convertemini ad Dominum. Ol. 14. 3. Rupertus: quare verba, & non potius munera? Videlicet, ut sciat, quia non est difficultas apud Deum; non exigit, a vobis illa, quae non possitis consequi pro redemptione animarum vestrarum. Unum *cheu!* satis est; cum David unum *peccavi!* Did. Niss. ser. 3. post D. 4. Quad. §. 4.

Relictis retibus securi sunt. Matth. 4. 22. Regnum Dei tantum valet, quantum habes; valuit Zachaeo dimidium substantiae; valuit Petro, & Andreae, dimissis retibus, & navi; valuit viduae duobus minutis; valuit alteri calice aquae frigidae. S. Greg. hom. 4. in Evang.

Beati

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Matth. 5. 3. quid plus dici potest, regnum caelorum, & facili negotio obtinere potes. Sed quando? mox: quoniam ipsorum est. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Quid vilius terrâ? & ad illam assequendam quid factu opus? oportet esse mitem. Si quis in te jacit convitia, refer illi gratias; si quis tibi impingat alapam, ejus manui bene precare, ac alteram ei genam porrige. Quanta hic difficultas! & nota, in futuro præmium, possidebunt. Sic plura tolerantur, & graviora, pro terrenis; quàm facilia pro æternis, & caelestibus. Paoletti D. 19.

Cum serò factum esset. Matth. 20. 8. Vespere vocantur operarii, & datur illis merces. O aulici, milites, mercatores! quantum recipetis præmium, si decimam partem laborum, difficultatum, molestiarum, quibus vos fatigastis in seruitio principis, militia, mercaturâ; subiissetis pro Deo. Theologus superbe, atolle parum per oculos, & vide, quis cœlum intret? totidiotæ, qui nullum legerunt librum; tot faminae, quæ solam calluerunt orationem Dominicam, & salutationem angelicam; in suo fonte Theologiam apprehensuri ascendunt: dum cum suo subtili ingenio, sublimi scientiâ, æternum damnaris. Vide, ô princeps, quem Deus ad regnum suum assumat? Ille vilis, qui tibi seruit in culina; ille servus, quem verberasti; Lazarus, quem spreuisti; inter angelos velut sol resplendet; dum tu cum tua nobilitate, opibus, titulis, lautis conviviis, æternæ famæ voracibus flammis traderis. Aloys. Juglar conc. 5.

Vidit gloriam Dei. Act. 7. 55. Cur S. Stephanus ante certamen absolutum, & mortem gustatam, gaudet supremo felicitatis præmio? cum aliis, post mille labores, & ærumnas, datur videre gloriam Dei? Euseb. Emis. hom. de S. Stephano: Vide, quantum agat in pectoribus fervorem suorum divinæ charitatis ardor; quod sperabatur desideris, oculis demonstrabatur: necdum explet famulus ministerium suum, & jam Dominus aperit regnum suum. Sylv. hic q. 31.

Ex Patribus, & aliis.

Regnum caelorum venale proposuit, & pretium ejus, calicem aquæ frigida esse voluit. S. Aug. hom. 13. l. 5. homiliar.

Venite benedicti Patris mei, percipite. Quid percipite? Regnum. Pro qua &c. esurris, & dedisti mihi manducare. Quid tam vile? quid tam terrenum? quàm frangere panem esurienti? Tanti valet regnum caelorum. Frange esurienti panem tuum &c. Si non habes facultatem frangendi panem &c. da calicem aquæ frigida; mitte duo minuta in gazophylacium. Tantum emit vicia duobus minutis, quantum emit Petrus relinquens retia, quantum emit Zachæus dando dimidium patrimonium. Regnum Dei tantum valet, quantum habueris. Id. in Pf. 49.

Viduae suffecerunt duo nummi minuti ad faciendam misericordiam; suffecerunt duo nummi ad emendum regnum Dei. Id. in Psal. 147.

Polyanib. Sacr. Tom. I.

Breve quidem tempus hoc est, & labor minimus: & tamen oscitamus, & totâ mente torpemus. Terrestre certamen est tibi propositum, cujus corona in caelo reddetur. - Paucis diebus curris; & æterna præmia consequeris. S. Chrofo. hom. 77. in Matth.

Habes nummum, compara cœlum; habes vestimentum, indue nudum vestimentò; das hospitium, accipies mansionem in caelo. Vidè, si est comparatio: das res corruptibiles, das temporales, accipis æternas; das te dimissuras res, accipis in æternum possidendas. Id. hom. 11. in Matth. 6.

Mercatura, negotiatioque, cœlum est; atque ipsi pigritamus. Da panem, & accipe paradysum: parva da, & magna suscipe; da mortalia, & immortalia recipe. Id. hom. 9. de poenit.

Regnum caelorum, clamat Deus, se habere venale. Si quis quaerit, quò pretio? responderit illi: non indiget terrenò pretio, qui vult dare regnum in caelo. Nec aliquis potest Deo dare, quod non habeat, cujus est totum, quidquid est. Nec tamen dat Deus tantam rem sine omni pretio: quia non dat illam non amanti. Da ergo amorem, & accipe regnum; ama, & habe. S. Anselm. ep. 2. ad Hugonem inclusum.

Amore pauperis Deus suum regnum vendit; & ut emere illud omnis homo possit, fragmentum panis ponit in pretium. - Deus regnum suum fragmentò panis vendit; quis excusare poterit non ementem? quem tanta vilitas venditionis excusat? S. Chrysol. l. 41.

Hæc illa egregia est negotiatio, hic ille felix contractus: exiguis laboribus, ac certaminibus, æterna, & immortalia, parare. B. Theodor Studita l. 70.

Multimoda sanè relicta est ratio consequendæ vitæ æternæ, propter illius Passionem: benignus enim cum sit Dominus, non unam, neque alteram tantum, sed multas æternæ vitæ januas aperuit: ut omnes, quantum in ipso est, absque impedimento illâ potiri possent. S. Cyrill. Jerof. Catech. 18.

Parere possunt æternam vitam pauci dies, qui tamen dies, etiamsi illæciam, atque incontaminatam, vitæ beatitudinem possiderent; tamen, quia pauci essent, parvo æstimandi erant: nihil enim est, magnum re, quod parvum tempore. S. Eucher. ep. parænet. ad Valerian.

Quid jucundius? quid facilius quàm bene vivere? quid rursus magis inamcenum, ac laboriosum? quàm, Deo derelictò vitis servire? Plane ita est: minore negotio cœlum nobis comparare possumus, quàm Infernum. Blosius parad. an. c. 33.

Thomas Morus dicitare solebat: quàm plurimi in hac vita eò labore Infernum mercantur, cujus vel dimidiò cœlum lucrati fuissent. Item ad mulierculam nimio studio, & lenociniò, comptam dixit: nisi Deus tibi pro hoc tanto labore tuo Infernum reddat, magnam tibi profecto injuriam faciet. Fernandus in Gen.

2. sect. 8.

§. XV.

Cœlum labore comparandum.

Figura, & Symbola.

Ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Gen. 32. 28. quam luctam exponit Ol. 12. 4. *flevit & rogavit eum, in Bethel invenit eum.* Cur hoc tempore, & occasione potius, quam aliâ luctatur Jacob? cur non tum, dum exiit à domo patris? vel dum in deserto pascit oves fœderis sui Laban? Modò ingrediebatur terram promissionis, ut ascenderet Bethel. Significat, quòd, ad ingrediendam veram terram promissionis, necesse fit, prius luctamine, lacrymis, & oratione, excreeri. Sylv. in Jo. 16.

Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, scilicet Israel. Gen. 32. 28. Hugo Card. post luctam mutatur nomen, de Jacob fit Israel: quia, ut dicit authoritas: non erit Israelita, qui prius non fuerit Jacobita. S. Bern. serm. de Nat. Virg. luctare cum angelo, nè succumbas: quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. S. Hilar. in c. 7. Matth. regnum cœlorum sola verborum officia non obtinent; neque, qui dixerit Domine, hæres illius erit. S. Greg. Niss. or. 3. de beatitudinibus: fructuum, qui sperantur, flos afflictio est. Propter fructum igitur etiam florem decerpamus. Did. Niss. polit. p. 2. l. 6. c. 8.

Non vocaberis ulrà Jacob. Gen. 35. 10. Credit Abulensis, eum ex fortitudine, & victoriis, duo illa nomina sortitum *Jacob, & Israel, luctator* scilicet, ac *videns Deum*: nam, velut alter Hercules, luctatus est cum plurimis laboribus, cum fratris inimicis, cum ingratitude Laban. Rursum cum timore fratris, cum angelo totâ nocte, cum seditionibus liberorum apud Sichimitas, cum nece Joseph illatâ, ut putabat &c. Verus Jacob, sed & Israel Deum videns; nam septies Deum, sive angelum vidit. S. Thom., Lyr., Abul., inquit: Jacob hic vocatur Israel: quia Deus hic exivit Jacobum; ut, qui hucusque vitam activam egerat, contra hostes, & vitia dimicando; nunc contemplativam agat. S. Aug. q. 114. *Jacob*, id est, *supplantator*, significat certamina, & labores, præsentis vite; *Israel* verò, id est, *videns Deum*, præmium futuræ beatitudinis. Corn. hic. *Exultabis Jacob, & lætabitur Israel.* Pf. 13. 7. Per Jacob status viæ; per Israel status patriæ: in via enim oportet luctari; in patria videtur Deus. Non erit Israel, qui prius non fuerit Jacob. Hugo Card. hic.

Mandavit Deus Moysi, Ex. 26. 7. ut vela, & cortinas tabernaculi, *lineas, & hyacinthinas, & purpureas faceret.* Purpura, quæ rubicunda est, & sanguinea, denotat, in Ecclesia ad sanguinis usque effusionem nobis laborandum esse; limum verò, quòd toties manus subit, toties tunditur, & laboratur, antequam ad perfectionem, & formam, legitimam perveniat, mortificationem designat; hyacinthus autem, qui cæruleus color est, æternæ beatitudinis præmium. Bessæus. D. Septuag.

Operuit nubes, & apparuit gloria Domini. Num. 16. 43. Factum est hoc, cum ortâ seditione, & tumultu crescente, Moyses, & Aaron, fugerunt ad ta-

bernaculum fœderis. Orig. hic hom. 11. quamvis magni sint vitæ meritò Moyses, & Aaron, quamvis animi virtutibus pollent; apparere tamen eis Dei gloria non potuisset, nisi in persecutionibus, in tribulationibus, in periculis, in ipsâ pene morte, constitutis. Et tu ergo nè putes tibi dormienti, & otioso, apparere posse gloriam Dei. Sylv. in Jo. 16. q. 3.

Regnum Saulis, quod nec magnum, nec diu duravit, mox ei concessum à Deo; at Davidis, quod valde magnum, & stabile futurum, per multa pericula, & labores acceptum. Sylveira in Apoc. 5.

Et inter coronulas, & plectas; leones, & boves &c. 3. Reg. 7. 29. Salomon, dum in basibus columnarum, & in coronis peristyliorum, boves, & Cherubim, efformari voluit, mysticè declaravit, instar bo-um nobis in Ecclesia laborandum esse; si Cherubim, & Sanctorum fortis, participes esse velimus. Bess. Dom. Sept.

Comedite, amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Cant. 5. 1. In terra suos vocat ad sobriam refectionem; in cœlo ad ebrietatem, & satietatem. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Pf. 16. 15. de Pinna in Eccl. Ethol. 6.

Cœnabo cum illo. Apoc. 3. 20. Cur Dominus hic promittit potius cœnam, quam prandium? Joachim. Abb. bene se in hoc loco cœnare potius, quam prandere, promittit: quia solet sponsum post prandium ab uxore discedere, & ad opus exire; post cœnam verò vix unquam; sed pariter conqueſcunt. Sylv. in Apoc. 3. q. 55.

Testimonia.

Ex Veteri.

Dominus virtutum, ipse est rex gloria. Psal. 23. 10. Prius *Dominus virtutum* in hac vita, postea in beatorum felicitate *rex gloria.* de Pinna in Eccl. Ethol. 6.

Sicut latruncium omnium habitatio est in te. Psal. 86. 7. Hier. ex Hebræo: *carabunt omnes quasi in choris, omnes fortes mei in te.* Regnum cœlorum vim patitur. Alii: *omnes oculi mei in te*: quia idem nomen apud Hebræos oculos significat, & fortem. De Ponte in Cant. 1. Exhort. 16. §. 3.

Urbes fortitudinis nostra Sion. II. 26. 1. Cœlum, est civitas fortium, in qua nemo imbellis admittitur. In vita S. Aſtionis, & Epicteti Mon., qui acerba pro Christo tormenta tolerarunt, nil aliud ingeminantes, quam *Christiani sumus*, refertur; quòd vigilantius Aſtionis mortem parentibus adhuc Infidelibus nuntiari parabolicè dicens: eum in remotam regionem migrasse, in qua felicissimè viveret. Rogavit mater, dixitque: quæ est regio illa, quòd perrexit dulcissimus meus, & unicus Aſtion? Vigilantius respondit: regio robustorum virorum: quam deinde explicans, esse cœlum, ad

ad quod per martyrium tranſierit fortis Aſtion; parentes ejus ad fidem Chriſti convertit. Abbas Athanaſius in prælo Spir. apud Joan. Moſchum c. 130. narrat: ſe in extaſi ab Angelo ductum ad cœlum; cumque pulſans illud ingredi vellet, audiſſe ab Oſtario: non huc ingredi dicitur quiſpiam in negligentia degens; ſed ſi intrare vultis, abite, certate, nihil æſtimantes vanitates ſæculi. Corn. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Regnum cœlorum vim patitur. Matth. 11, 12. Cur, qui vetat rapinæ, in negotio regni cœleſtis rapinæ, & violentiæ, meminit? S. Paulinus ep. de gazophylacio: ô abundantia bonitatis Dei! nè trepides, nè cuncteris, nè parcas. Eſto violentus Deo, rape regnum cœlorum; qui vetat aliena attingi, ſua gaudet invadi. Et, qui damnat avaritiæ rapacitatem, laudet fidei rapinam. Delectatur Deus, ſi, quæ aliquando pro terrenis fecimus, pro cœleſtibus exhibeamus; ut affectus mali in bonos vertantur. Ut gravior ſit beatitudo, rapienda dicitur à beatis ad felicitatem æternam dulciorem: *agua enim ſurſiva dulciores.* Prov. 9. 17. Qui contra hominem ſimilem ſibi luçtatur, aut in agone contendit, opus habet fortitudine corporis; ut athleta victor exiſtens juſtâ laureâ mereatur coronari. Porrò, qui cum DEO luçtari, & regno cœlorum vim inferre præſumit, aliâ & meliori fortitudine, opus habet, ſcilicet fortitudine mentis. Nam fortitudo corporis quid illic valet? ſpiritus enim eſt Deus. Et ſicut eum, quem adoratur, adorare oportet in ſpiritu, & veritate; ita, qui luçtatur, colluçtari oportet in ſpiritu, & veritate. Quid eſt legitime luçtari? ninimum fortitudine uti veræ, & ſanctæ humilitatis, in precibus, & lacrymis ſic enim ille Jacob ſuperavit, teſte aliâ Scripturâ Oſeæ 124. in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & invaluit ad angelum; *flevit, & rogavit eum.* S. Rupertus prologo Explanat. in Cant.

Vidi Sanctam Jeruſalem novam deſcendentem de cœlo. Apoc. 21. 2. Semel in Scriptura legitur, cœlum, in ſingularis favoris teſtimonium, ad Joannem deſcendiſſe. Sed quò deſcendit? *in montem magnum.* v. 10. Cur non in planitiem, ut Joanni jam laboribus fracto, & ſeniculo, nonnihil parceretur? myſterium ſubest: non datur cœlum ignavis. Deus gloriam ſuam dare ſtatuit in præmium, & mercedem; ut & nos aliquid, & quidem de noſtro, conferamus. S. Chryſoſt. hom. 60. ad pop. neque nos ſupinos vult eſſe Deus; propterea non ipſe totum operatur: neque vult eſſe ſuperbos; & ideo totum nobis non ceſſit. Dei eſt vocare, noſtrum reſpondere. Job. 14. 15. *Vocabis me, & ego r. ſoondebo tibi; operi manuum tuarum perri- ges dexteram.* Segneri S. 31. die Merc. Dom. Paſſ.

Si vis ſuſtinere laborem, attende mercedem: nam & operarius in vinea deficeret, niſi attenderet, quid accepturus eſſet. Cum autem attenderis, quid ſis accepturus, omnia tibi erunt villa, quæ pateris; nec digaa æſtimabis, pro quibus illud accipies. Miraberis, tantum dari pro tanto labore: nam utique, fratres, pro æterna requie labor æternus ſubeundus erat. Æternam felicitatem accepturus æternas paſſiones ſuſtinere deberes. S. Auguſtin. conc. 1. in Pf. 36.

Non dormientibus provenit regnum cœlorum, ſed in mandatis Dei laborantibus, atque vigilantibus. S. Leo f. 1. in ſolemnit. Epiph.

§. XVI.

Cœlum obtinetur per adverſa, & ardua.

Figure, & Symbola

Faciam ſemen tuum ſicut pulverem terræ. Gen. 13. 16. Et c. 15. 5. *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, ſic erit ſemen tuum.* Cur prima comparatio abjecto pulveri fit? ſecunda micantibus ſtellis? Hugo Card. ad ſtellas uſque evehantur, qui ita ſe abjiciunt ſicut pulvis. q. d. Quòd illi ſoli micandi dignitatem in firmamento obtinent, qui merentur; labores, & humiliationem, ſuſtinendo. Sylv. in Matth. 1. q. 10.

Erant autem inter aſcenſus eminentes petra ex utraque parte. 1. Reg. 14. 4. Laborioſam ſalutis viam via Jonathæ repræſentabat. Carthuf. per illas tortuoſitates, & difficiles, itineris, figurabatur; quàm arcta ſit via ſalutis. Mendoza in 1. Reg. 14. annot. 18. ſect. 1.

Lilia ejus lilia. Cant. 5. 13. *Lilia,* quia charitatem cœleſtis regni promittunt; *diſſilantia myrrham primam,* quia per contemptum voluptatum præſentium, ad hanc perveniendum eſſe prædicant. V. Beda hic.

In tentatione ambulat, ſcilicet ſapientia, cum eò. Eccl. 4. 18. Ex hoc verſu ſumptus fuit ille Athenarum, & Academiæ, mos, probandi eos, qui eò ſtudioſum cauſâ ventitabant. Athenis enim ſolebant novos ſcholares ſcommatibus, convitiis, ſibilis, riſibus, excipere; iisque probare eorum patientiam, & moſtiam; itaque probatos ad ſtudia admittebant, ut refert Greg. Naz. or. 20. ubi S. Baſilium Athenas venientem ita exagitatum eſſe commemorat. Corn. hic.

Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis. Matth. 13. 31. S. Iſid. Peluſ. de par. grani & Sinapis l. 1. ep. 199. plurimis de cauſis Dominus regnum cœlorum grano ſinapis comparavit: nempe ob paupertatis, quam pro indulgenti ſua demiffione ſubiit, vililitatem; ob gregis, auſpicante Evangelio, puſillitatem; ob nativam grani ſinapis acrimoniam; quâ etiam opus habet is, qui arctam graditur viam.

Ad monasterium S. Davidis petentes recipi, prius decem diebus, præ foribus monasterii, verborum opprobriis vexabantur; si patiens ad decimum diem perseverabat, recipiebatur. Bolland. I. Martij.

Testimonia.

Liber generationis Jesu Christi. Matth. 1. 1. Quare prius ponitur nomen *Jesu*, postea *Christi*? quia nomen *Jesu*, id est, Salvator, dicit merita; *Christus* verò dignitatem. De meritis ergo potius, quàm de corona, & purpurâ, Salvator noster gloriatur. II. Merita dignitatem precedere debent. Sylv. in Matth. 1. q. 10.

Responsum acceperat &c. Luc. 2. 26. Sanctus senex toleravit hujus vitæ miseras, quæ acerba sunt iustis, ut Christum in carne non in perpetuum, sed per horam videret. Quantum enim debemus, ut Dei visione æternum fruamur? Stella hic.

Hi qui amici sunt stolis albis, qui venerunt ex tribulatione magna. Apoc. 7. 13. 14. Quibus verbis ad primam questionem, *qui sunt hi?* nihil responsum est; ad alteram verò, *unde venerunt?* significanter dicitur, venisse eos *de tribulatione magna*. Ratio responsi est: non enim attendit Deus, quis ille homo? qui cœlum ingreditur, num dives, an pauper &c. modò de tribulatione magna venerit, modò patiens fuerit? Drexel. l. 1. de Cœlo c. 9. §. 3.

Difficile est, imò impossibile, ut presentibus quis fruatur bonis, & futuris; ut hic ventrem, & illic mentem impleat; ut de deliciis transeat ad delicias; ut in terra, & in cœlo, gloriosus appareat. S. Bern. de inter. domo c. 46.

Quis? nisi stultus, volens cum festinatione ire Romam, viam tenet ducentem ad Compstellam, quæ semper elongat à Roma? Cùm igitur via crucis nihil habeat, nisi asperum; & hæc sola sit via ad Regnum; restat necessario, quòd omnis via, quæ dulce bonum sequitur, non amarum, ductura sit ad Infernum. Sicut enim aqua omnis fluminis intrat, & finitur in amari; sic omnino necesse est, ut omnis humana dulcedo terminetur in amaritudinem. S. Bonav. l. 40. in Exalt. S. Crucis.

Vide plura T. Tribulatio.

§. XVII.

Alia media, & via.

Ex Veteri & Novo.

LEvamis pallium Elia, quod ceciderat ei. 4. Reg. 2. 13. Elias, ad cœlorum regna festinans, non potest ire cum pallio; sed Mundi in Mundo vestimenta relinquit. S. Hier. ep. 34. Ad Julianum consolat. ob amissas filias.

Multiplicationem ingressus illius quis

intell. xii? Eccl. 1. 7. Hugo Card. multiplex est Sapientiæ ingressus. I. in uterum B. Virginis per incarnationem; II. in Mundum per apparitionem; III. in Infernum, ob captivorum redemptionem; IV. in cœlum per ascensionem; V. in mentem hominis per gratiæ infusionem, illuminationem, inspirationem. Paulus de Palatio, & Carchuf. intelligunt varios modos, quibus divina Sapientia homines erudiens ad cœlum ducit.

In partes vade sæculi sancti. Eccl. 17. 25. Raban. Hugo. imitare, fortire, partem eorum, qui in saculo sancto habitant; imitare eorum mores.

Beati pauperes spiritu &c. Matth. 5. 3. Gradus quosdam firmissimos ex lapidibus pretiosis sternit quodammodo Dominus Salvator; per quos animæ sanctæ, & fideles, reperire possunt, & ascendere ad summum illud bonum, id est, regnum cœlorum. S. Chromatius Ep. conc. de 8. beat.

Ex Patribus.

Regnum cœlorum, ô homo! aliud non quærit pretium, nisi teipsum; tantum valet, quantum es. Te da; & habebis illud. S. Aug. Man. c. 16.

Nemo potest idoneus fieri futuræ vitæ qui se ad illam modò non exercuerit. Idem in Pf. 148.

Fieri non potest, non potest, inquam, fieri, ut, qui hic in socordia, securitateque, vixerit; qui in deliciis omnibus assidue dies consumpserit; qui temerè, neglecteque, transegerit aetatem; illic honorem consequatur. S. Chrysol. conc. 3. de Laz.

Quid? jam tollenda es in cœlum, & nunc te demum mergeres in cœcum? te prestolatur curia Sanctorum; & prapones societatem demonum? Guaric. sect. in solemn. SS. OO.

Quanti, ô homines, profiteremini vos esse empturos, si salus aeterna venderetur? Nè vos laborasse pigeat. Licet vobis, si velitis, pretiosissimam salutem emere proprio thesauro, charitate, & fide vitæ. Hoc pretium Deus libenter accipit. Clem. Alex. adh. ad Græcos.

In regnum Dei vocati sumus, dignè regnò Ambulemus. Id. l. 3. pædag. c. 11.

Beatus, qui oculis semper defixus est in contemplatione futurorum bonorum, quoniam ea consequetur. S. Ephrem de beatitud. & miseris.

Quatuor sunt genera hominum regnum cœlorum possidentium: alii violenter rapiunt, alii mercantur, alii furantur, alii ad illud compelluntur. Rapiunt, qui dereliquerunt omnia, & sequuntur Christum. Mercantur, qui faciunt sibi amicos de mammona &c. quia dant in presenti pauperibus temporalia, ut in futuro recipiant ab eis aeterna. Sunt alii, qui nonnulla bona occultè faciunt, pro quibus merentur regnum cœlorum; sed tamen furari illud dicuntur. Com.

Compelluntur pauperes necessarii, compelluntur multi variis necessitatibus, & oppressionibus, afflicti. S. Bern. lib. sentent.

In paradiso nullus inveniet domum ad qui ascendam, nisi in hoc Mundo sibi edificet. Quidam in partibus Mosellæ, qui plures vivens ædificaverat domos, in agone conquestus: plures ædificavi domos; utinam parvam unam cellulam ædificasset in caelis! S. Vinc. Ferr. l. 1. fer. 2. post Oculi.

§. XVIII.

Citò vult Christus nos cœlum consequi.

Exi citò in plateas, & vicos civitatis &c. Luc. 14. 21. citò inquit, ob maximum de-

siderium, quod ei inest, ut divitiarum suarum thesauris perfruarer. Diez. Diligentia in oper. Virt.

Domine memento mei &c. Luc. 23. 42. respond. *hodie.* Euseb. Emisl. hom. de bono latrone: hodie, inquit. q. d. Quid me ô fidelis meus, & unicus tanti triumphis testis, quid me tantoperè exorandum putas? *hodie mecum eris.*

Ecce venio citò, & merces mea mecum est. Apoc. 22. 12. Quare citò venis Domine Jesu? certè ut citò remuneret bonos. *Hodie mecum eris in paradiso.* S. Bonav. l. 3. Dom Septuag.

TITULUS II. CALUMNIA.

Arius fortium superatus est. 1. Reg. 2. 4. Propriè arcum vocat linguam mordacem Phenenna; quæ scommata in Aunam, quasi sagittas, jaculabatur. Corn. hic.

Percusserunt maxillam meam. Job. 16. 11. Ille dicitur aliquem in faciem percutere, quando ei improprium in facie dicit. S. Thom. hic.

Quisquis calumniis eliditur, vilipenditur; dum vilipenditur, pro vili venditur: quid enim est vilipendere, nisi pro vili vendere? sed fatuus est mercator calumniator, qui carum pro vili pendit, cum Deo charum hominem vilipendit. S. Bonav. in Pl. 118.

Vide plura T. Tribulatio.

§. I.

Calumnia affligunt, perturbant etiam Sanctos.

Ex Veteri.

Samson, Judic. 16. 21. 25. non iniquè tulit catenas, carcerem, cœcitatem; at ubi illud sibi sensit, tunc enimvero credidit se captivum; & vitam pertæsus, perire maluit, quam erubescere. S. Ambr. ep. 70. ad Vigilium: circumagebatur ludibriis, quod duritius, & ultra ipsam captivitatis speciem, tolerabatur: nam mori, naturæ functio; ludibrio esse probro ducitur Oliva l. 4. Strom. §. Fidelis Deus &c.

Cum audisset, ascende calve, maledixit eis in nomine Domini. 4. Reg. 2. 23. 24. Qui thesauros Syri Naaman rejecit, 4. Reg. 5. 16. sustinere non potuit puerorum clamores. Quam duritius est rubore regi, quam storeâ! Oliva l. 4. Strom. §. fidelis Deus &c.

Tunc Tobias ingemuit. c. 3. 1. Vide hic, quam verum sit illud Eccl. 7. 8. *calumnia conturbat sapientem.* En tibi! cœcitas non tur-

bavit Tobiam, sed conturbavit calumnia uxoris: magis enim offensâ Dei, quam injuria propria eum cruciabat. Corn. hic. Quam durum contumeliam pati, patet Tobia 3. 7. 10. quæ septem virorum necem patienter sicis oculis ferens, ancillæ contumeliâ turbata ascendit in superius cubiculum domus suæ; ibi tres dies egit lacrymis, jejuniis, orationi dedita. Sylv. in Apoc. 2.

Ladetur, quasi vinea in primo flore botrus ejus, & quasi oliva projiciens florem suum. Job. 15. 33. Flores vius, vel olivæ, facillè laduntur gelu, aut nimio æstû; ita virtus tenera inter calumnias improborum. De Ponte in Cant. 2. §. 2.

Cum Job in omni calamitate perstaret animosus, dæmon amicos in ejus patientiam armat, & duris illorum verbis pro armis usus, ejus patientiam evertere aggreditur Job. 18. 21. *hæc sunt,* inquit, *tabernacula iniqui & iste locus ejus, qui ignorat Deum;* quibus ictus Job: *usquequò,* inquit, *affligis animam meam, & averteris me sermonibus?* c. 19. 2. Orig. in Cat. Græca: qui corporis cruciamenta toleravit, non passus est verba. Jobus, qui hæc dicit, est athletarum fortissimus, in cujus libro nihil ita eminet, ut ejus fortitudo, ac patientia; labores tamen sentit, quos ex eorum duro sermone, qui ad eum visendi causâ venerant, hauriebat. Chananæ fides laudatur, Matth. 15. 26. quia duris verbis Christi nihil offensâ. Naxera in Jol. 7. §. 38. mitiora ferri, quam linguæ vulnera. S. Greg. l. 2. in Ezech. hom. 19. de Job. Disponente Dominò; consumpti sunt greges, interfecti custodes, everta domus, extincti filii, percussa caro à planta pedis usque ad verticem. Remansit uxor incolumis, quæ verborum jaculis vulnera auget.

Calumnia conturbat sapientem Eccl. 7. 8. vis exempla? Moyse fuit irrogata calumnia à Core Dathan, & Abiron; quod ambiret principatum sibi, & Pontificatum Aaroni fratri

f. atri suo; quæ cum pupugit, & turbavit, juxta illud Pf. 105. 32. *vexatus est Moyses propter eos, qui exacerbaverunt spiritum ejus.* Unde Moyses questus est magno animi dolore Num. 16. 15. *nè respicias sacrificia eorum; in scis, quod nè asellam quidem unquam acceperam ab eis, nec afflixerim quemquam illorum.* Sic Jeremias prophetans, Jerusalem tradendam Chaldæis, à Judæis calumnias, juges audiebat, quod esset pseudopropheta, amicus Chaldæorum, proditor patriæ. Unde assidue gemit, & luget, ut videre est c. 20. 8. 9. &c. Hinc David orat Pf. 118. 134. *reame me à calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.* Ità S. Basilii calumniam sibi de hæresi impactam valde sensit; sic enim scribit ep. 82. ad hæc literas animatus, ut par erat, & ad tam inopinam, ac subitam, immutationem animò perclusus, nec respondere quidem poteram: palpitabat enim, mihi cor, lingua me destituebat; & planè patiebar, quod animo solet parum fortè accidere. Ratio à priori est: quòd homo ex eo, quòd sit rationalis, ingenuæ, & nobilis, naturæ, summè appetat honorem, & famam. Corn. hic.

Venite, & cogitemus contra Jeremiam cogitationes, venite, & percutiamus eum lingua. Jer. 18. 18. Inter arma omnia, quæ solè ministrare furor, nullum nocentius telum inveniunt, nisi linguam.

Theodoret. hic: istud verò, *percutiamus eum lingua*, ponitur pro: *texamus in eum calumniam.* Hæc sentit propheta, supplicat Deo, ut velit esse Index v. 19. Arcon. in Jf. 2. Expof. 2. Dif. 1.

Ex Novo.

Dæmonium habes. Jo. 7. 20. Acerbiora sunt linguæ, quàm manuum vulnera. Theophylactus: contumeliosè, & audacter dicunt, dæmonium habes, eò quòd putabant animam ejus contumeliis cruciari. Noluerunt manus illi inferre; arbitrati magis se illum afflictuos linguâ. S. Chryf. hom. 88 in Matth. in patibulo pendentem omnes amarum impetunt verbis; quæ rebus ipsis mihi graviora videntur. *Venite cogitemus &c.* Et quæ ex scelerata illa consultatione exiit sententia? *percutiamus eum lingua*, inquit: nihil enim putabant esse intolerabilius. Did. Niff. f. 3. post D. 3. Quadr.

Ibant apostoli gaudentes - contumeliam pati. Act. 5. 41. Imò & flagris concisi estis, & alapis percussi, & cruorem ubique stillastis? ita est. Verùm hæc sidera sunt, quæ in sole injuriarum non emicant. Exprobrarunt, iriserunt, conspuerunt; in his gloriamur, & exultamus. Oliva lib. 4. Strom. hic.

Quis nos separabit à charitate Christi? &c. Rom. 8. 35. Paulus certamen indicit principi tenebrarum, ut cum omni suo

exercitu secum descendat in arenam. Sed inter hostes læcessitos unum præterit, scilicet maledictum, opprobrium, convitium. Orig. l. 1. contra Cellum: certè Paulus innumera percensens, quæ à dilectione Christi separare alios soleant, verba non ponit in hoc numero. Arcones in H. 2. Expof. 2. Dif. 1.

§. II.

Motiva Calumnias patienter ferendi.

Ex Veteri.

V Adam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus? Ex. 3. 2. Magna est visio, si videas hominem, invidiæ, calumniæ, tribulationum, igne circumdatum, & velut ardentem; non tamen comburi, non ullum impatientiæ, aut vindictæ, promere verbum. Stengel. t. 3. div. jud. c. 10.

Si dormiatis inter med. os cleror. Psa. 67. 14. Hebr. *inter medios tripodas, & ollas*, ex quarum contactu denigrati aliquantum fueritis; scitote tamen, quòd tunc potiùs estis formosi, sicut columbæ, quæ argentatas, & candidas habent pennas, quibus ad cœlestia volat; & dorsum, quò ipsas tribulationes pertulistis, erit fulgenti charitatis aurò splendidum. de Ponte in Cant. 1. Exh. 22. §. 1.

Sicut lilium inter spinas. Cant. 2. 2. Candidior, molliorque, nitescit, aculeis etiam domesticorum afflicta veritatem tui decoris gratiùs ostende. Venerab. Beda l. 2. in Cant.

Si patremfamilias Bilezebub vocaverunt. Matth. 10. 25. Quis curet calumniatorum verba: nam ab eorum ore nihil non spurcum, novit exire. Cur ergo à stabulo conspurcari offenderis? Seneca l. 4. ep. 92. quanta dementia est, vereri, nè infameris ab infamibus. Quòd stabulum mittat à se stercus, nemo agrè fert; nec in sterquilinum quis iratus est, quòd fetorem emittat. Bæza t. 3. Luc. 15. §. 5.

Exempla

Ex Veteri & Novo.

Respondens Anna. 1. Reg. 1. 15. Notat S. Chryostomus reverentiam, humilitatem, & modestiam, Annæ; quæ convitium ebrietatis, quod in scemina est grave, & pudendum, sibi ab Heli objectum, patienter tulit, & simplici negatione refellit, ac Heli dominum vocat; idèoque ab eo benedici, & voti, filiiq; compos fieri meruit. Corn. hic.

Dimittite eum, ut maledicat. 2. Reg. 16. 11. Nos verò cum verbum ullum in nos dictum

Etum audimus, canes imitatur: hi enim, si quis in eos lapidem jecerit, jacente dimisso, lapidem remordemus. S. Doroth. Abb. Doctr. 7.

Non enim, sicut vos astimatis, hi ebrii sunt. Act. 2. 15. Cur Petrus non utitur sua potestate, nec blasphemiam punit? Oecomenius: ratione illis viam munebat (cum sit hora diei tertia) ad conversionem, & poenitentiam. Didicit id à Christo: nam cum Pharisei multa contra eum blasphemò ore jactassent, ille non castigatione, sed mansuetò, & efficaci verbò, confundebat; ratione, non potestate, utens. Sylveira hic. quaest. 18.

Sententia Patrum.

Qualis quisque apud se lateat, contumelia illata probat: nam sicut superbi honoribus, sic plerumque humiles suà despectione, gratulantur. S. Gregorius lib. 1. Dial. cap. 5.

Duobus modis fracta possidere animum ira deservit. Primus quippe est, ut mens sollicita, antequam agere quod libet, incipiat, omnes sibi, quas pati potest, contumelias proponat: quatenus Redemptoris sui probra cogitans, ad diversa se praearet. Quae nimirum venientia tantò fortius excipit, quantò se cautius ex praescientia armavit: qui enim improvidus ab adverteitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens invenitur. Secundus autem servandae mansuetudinis modus est: ut, cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui pie meminit, quòd fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari: & quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur. Quia erubescit sibi peccata non parcere, qui vel Deo, vel proximo, saepe se recolit peccasse. S. Greg. mor. 1. 5. c. 3.

Ego plagis conscientiae meae nullum judicio accommodatius medicamentum probris, & contumelias. S. Bern. ep. 278.

Calumniam tibi quis infert, atque hostiliter adverfatur? Causam is vigilandi tibi paravit; occasionemque praestitit, ut similis fias Deo. Si enim dilexeris eum, qui tibi infidiatur; similis eris ei, qui solem suum oriri facit tam super malos, quam bonos. S. Chrysof. serm. 10. in Rom. 6.

Contra linguae gladium patientiae praebesctum. S. Isid. lib. 2. Soliloq. c. 7.

Quotiescunque in hoc perverso saeculo contra laudabiles viros multiformes tenduntur insidiae, & diversis calumniarum generibus factiosa emerferint causae; quid homo pestilens excogitet, vel quid diabolus machinetur, non metuat justus: quia cum illo est Deus. S. Zeno Veron. de Dan. l. 9.

Ipsa te plebeja vox persuadeat; probrum, & contumeliam, lavacrum esse vitiorum animae. Solent enim saeculares, cum aliquem in faciem ignominias, & contumelias, resperferint, gloriantes ad alios dicere: lavi illum. Jo. Climac. 8. de irae vacuitate.

Si magnanimus fueris, nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimicis dices: non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit. Et cum illum in tua potestate videris, vindictam putabis, vindicare potuisse. Scito enim, honestum, & magnum genus vindictae esse, ignoscere. S. Martin. Bracarenf. Ep. de vera virtute c. 2.

S. Macarius Aegyptius Abb. interrogatus à fratre, quomodo salvus fieret? respondit: vade ad monumenta, & maledic mortuis fecit. Interrogatus à Sancto: quid tibi dixerunt? ille: nihil. Tum senex: vade cras iterum, & lauda eos. Abiit ille, & laudavit. Revertenti quid responderant? nihil. Dicit senex: vide, sic tu sis velut mortuus, si cupis salvus fieri neque injuriarum hominum, aut gloria, movearis. Ball. in vita 15. Jan.

Motiva calumnias vitandi.

S. Chrysof. hom. 15. in Acta Ap. monens viros, ne in uxores convitiis invehantur: contumelià afficit mulier? ne fias mulier: muliebri enim est contumelià afficere. Quare cum Abisai, & ejus fratres, Davidem ad maledicendum maledicenti provocarent, quid mihi, inquit, & vobis, est filia Sarvia? 2. Reg. 16. 10. A matre eos, non à patre nominavit: ut significaret, eos, dum ad maledicta impellebant, non paternam, & virilem, fortitudinem; sed maternam, & muliebrem, infirmitatem redolere. Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

Contumeliam tibi imposuit iratus? si iste silentio malum; & ne ventos imiteris, qui per reflatum id, quod appulsum est, repellunt. S. Basil. hom. 9.

de ira.



TITULUS III. CANTICA.

Sancta.

OMne psalterium sagaci mente perlustrans, nunquam invenio, quòd filii Core aliquid triste cantaverunt: semper enim in psalmis eorum laeta sunt, & jucunda, saecularibusque contemptis, coelestia, & aeterna desiderant. S. Hieron.

Deliciae spiritus nostri divina Cantica, ubi & fletus sine gaudio non est. S. Aug. in Pf. 145.

S. Dionys. Eccl. hierarch. c. 3. Canticum Canticozum vocat dulcia carmina divinorum amorum. Corn. in Cant.

S. Damascenus tr. de trifagio Jf. 6. 3. docet: ab his Seraphinis Ecclesiam didicisse chorum; id est, modum alteris canendi; & psallendi.

Bene cane. Debet homo canere I. hilariter. Pf. 146. *Deo nostro sit jucunda decoraque laudario.* II. Attente 1. Cor. 14. *psallam spiritu, psallam & mente.* III. Devote. 2. par. 29. *Obrulis populus hostias, & laudes, mente devota.* Thom. in Jf. 23.

Cantabant canticum novum. Apoc. 5. 9. Quia Cantici materia erat nova, scilicet Chri-

sti incarnatio, passio, redemptio; nova & coelestis ejus doctrina; nova beneficia, miracula, Sacramenta, lex, gratia, gloria. II. Dicitur novum, id est, singulare, exquisitum, eximium, jucundum, nova semper hilaritate mulcens animum. S. Aug. in Pf. 149. quisquis terrena diligit, verus canticum cantat; qui vult cantare canticum novum, diligit aeterna: ipsa dilectio nova est, & aeterna. Corn. hic.

Cantorum princeps, psalmorumque thesaurus esse meruit. S. Isid. de Davide c. 5. l. 1. de Eccl. officiis.

Cum Deo multis, cum hominibus paucis, loquere. Et si manum operi admoventis, os psallat, & mens oret. Psalmus in ore tuo sit assidue: quoniam Deus, cum nominatur, daemones fugat. S. Ephrem Encomio in psalmos.

Psalmus ex lapideo etiam corde lacrymas excutit. Psalmus Angelorum opus est, incensum spirituale. Ubi psalmus adest cum compunctione, ibi & DEUS una cum Angelis. At ubi diabolice cautiones sunt, ibi ira DEI, & Vae remuneratio visus. Idem ibidem.

TITULUS IV. CAPILLI.

NAzaræi sanctificatio maxime sita erat in casarie nutrienda: hæc autem mysticè est sanctorum cogitationum geminatio, quibus homo sanctus efficitur. Corn. in Num. 1.

Sanctus eris crescente casarie capitis ejus. Num. 6. 5. Illud mirabile, robur Samsonis, quò vincula facile rumpebat, in capitis crinibus statuit Deus, quia Nazaræus erat, id est, Deo consecratus; cujus externum signum erat, quòd novacula non transibat per caput ejus, nec erat rasum tempore separationis suae. Samson obsequium capillis Deo deferbat; ideo etiam in iis à Deo honorabatur. Sylv. in Matth. 1. q. 20. De Capillis plura vide inferius tit. Religiosi.

Amygdalus florebit. Eccl. 12. 5. Ad literam amygdalus floribus citissime, & densissime candescens, repræsentat senectam pilis candidis subito canescentem. Ità Hier. Cani, ait Hugo Card. sunt flores mortis, illam, quasi fructum, in propinquo esse denuntiantes: quia, sicut flores in fructum, sic cani in mortem deficiunt. Corn. hic. *Florebit amygdalus.* Glossa: *canescet caput.* Hugo Card. in Pf. 27.

Decalvabit Dominus verticem filiorum Sion. Jf. 3. 17. Per hostes Chaldaeos:

hostes enim solent captivos decalvare. Unde Sept. legunt: *ancillabis, ancillas faciet.* Ratura enim, & decalvatio, erat habitus debellatorum; indeque fervorum, & servarum, etiam apud Gentiles. Corn. hic.

Tonde capillum tuum. Jer. 7. 29. Et Job auditâ filiorum, & filiarum morte, capillos legimus totondisse; & apud veteres hæc erat omnium consuetudo lugentium, tondere cæsariem. S. Hier. hic.

Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Math. 10. 30. Non est hyperbolica hæc locutio, sed verissima, ut ait Cajet. cum verè capillorum numerus notus sit Deo: nam, ut ait Fulseb. Gallicus in Natali plurimor. MM. non ei difficile capillos numerare, cui difficile non fuit creare. Orig. hom. 1. in Num. virtutes animi, & multitudinem sensuum, qui de principali mentis, tanquam de capite Apostolorum, producebantur, capillos capitis appellavit. Capilli capitis significant omnes cogitationes, & operum intentiones, etiam minutissimas; quas DEUS distinctissime cognoscit, dirigit, & perficit; ac omnes habet numeratas in suis Electis, ut præmiò donentur.

Capilli

Capilli Absolonis ponderantur. 2. Reg. 14. 26. Apostolorum autem capilli non ponderantur, sed numerantur. S. Paulin. ep. 4. tales (peccatorum) crines crimina sunt; peccatis suis anima premittitur. *Dinumerabo eos.* Pf. 138. 18.

Octo anima salvæ facta sunt per aquam. 1. Petri 3. 20. Cur Scriptura numerum ponit salvatorum, & non submerforum? Deus specialiter ea dicitur habere numerata, quæ custodit, liberat, & in tuto reponit. Sylv. in Matth. 10. q. 12. Discipulorum Domini etiam capilli capitis dicuntur esse numerati; hoc est, omnes actus, sermones, cogitationes, eorum servantur apud Deum, quia iustæ, quia sanctæ sunt. Orig. hom. 8. in Levit.

Nè exuvias alieni capitis, forsitan immundi, forsitan nocentis, & gehennæ destinati, sancto, & Christiano capiti supparet. Tertull. l. de cultu foem.

Clerico tondentur capilli: ad significandum, quòd inutiles cogitationes debet deponere; & in superiori parte, id est, capite debet esse aperta; ut sine impedimento, quæ sursum sunt, sapiant, & pro eis Deo deserviant. S. Bonav. in Pf. 119.

S. Theodosius Antiochenus Abb. comam ultra pedes longam gestabat, & idèò lumbis alligabat. Capilli in capite S. Simeonis Stylitæ 126. annis post mortem integri. Crines S. Quinini post 340. annos pulcherrimi. Ath. Kirch. in vita S. Eulachii 11. Jan.

In insula Bachania est moris, ut quicumque Christianitatis candidati caesariem præcendant. P. Petrus Janicus S. J. thesaur. rer. Indic.

Caput.

Caput est, ut formam generis humani con-

fideremus, quod fovet membra omnia, & dirigit, atque implet sensibus. Sensus enim sapientis in capite ejus. Inde ductus venarum, meatusque spiritus, sanguinis vires in totius partes corporis derivantur. Lustrat omnia, ornat omnia. Sublatò capite, corpus sine nomine est. S. Ambrosius in Psalm. 118. Oct. 20. initio.

Regnum in animante obtinet caput. Philo de Mundi officio.

Quid sine capite est homo? cum totus in capite sit. Cum caput videris, hominem agnoscis. Sola ære fusa principum capita, & ducti vultus de ære, vel de marmore, ab hominibus adorantur. S. Ambrosius hexam. lib. 6. cap. 9.

Cognoscamus humani corporis fabricam instar esse Mundi: siquidem ut cœlum eminet aëri, terris maria; quæ velut quedam membra sunt, Mundi; ita etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere, præstantissimùmque esse omnium; tanquam inter elementa cœlum; tanquam arcem inter reliqua urbis mœnia. S. Ambrosius l. 6. hexam. cap. 9. initio.

Corpora SS. MM. Frontasi, Severini, Severiani, Silani, abscissis capitibus, cum impij satellites temerè abjecissent, divinitus se in pedes erexerunt; acceptisque in manu capitibus per alveum fluminis, siccis pedibus in Ecclesiam B.V. ubi S. Fronto orabat, pervenerunt, & capita sua flexis genibus ante pedes ejus deponentes, corpora sua in modum crucis extenderunt, honorificè conditi. Boll. 2. Jan.

S. Lucianus post martyrium caput ad duo milliaria ipse deportat. Id. 8. Jan.

TITULUS V. CARO.

§. I.

Figure, & Symbola.

Ex Veteri.

Maledicta terra in opere tuo. Gen. 3. 17. O misera caro! dicis caro à cærendo: quia cares omni bono. Tu es illa terra Adam, quæ fuit maledicta à Deo; *spinas, & tribulos, germinabit*, id est, desideria mala, & delectationes, in te germinabuntur. Idiota l. 3. c. 1.

In sudore vultus Gen. 3. 19. consolatio- nis, ac virtutis, vescimur pane; terræ cordis, & corporis, vitiorum spinas, atque concupiscentiarum tribulos, germinante. S. Laur. Just. l. in solemn. S. Joan. Evang. *Maledicta terra*, id est Caro. Hugo Cardinal. in Prov. cap. 19.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, o fili, asinam suam. Gen. 49. 11. Asina est caro; pullus appetitus; quæ ligata esse oportet per spiritum, & rationem, ad vineam, ut non vagentur per illam, & pascantur, quæ, & quando, & ubi voluerint; sed solum, prout ratio præscripserit. de Ponte in Cant. 1. Exh. 27.

Lacrymis meis stratum meum rigabo. Pf. 6. 7. Quia vilis lectus est stratum, per ipsum Carnem accipimus. Rigat ergo lacrymis stratum suum, qui continuo luctu, & dolore, carnis maculas diluit, & cordis duritiam imbre compunctionis emollit: ut, sicut hortus recepta suavi pluvia evidenter germinat; ita caro lacrymarum fluentis rigata, bonorum operum, & justitiæ, germen emittat. S. Greg. in Psalm. poenit.

Fallax equus. Pf. 32. 17. Corpus dicitur equus animæ, qui est fallax ad salutem, id est, fallit animam quandoque, & à salute defraudat. Hugo Card. hic.

Dd 2

Pau-

Pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum, & insensatum. Eccl. 25. 4. Ingeniosè, & appositè, vir eruditus, hæc explicat de tribus sapientiæ, & sapientum, id est, Sanctorum hostibus; qui sunt daemon, caro, & Mundus; quos odisse, quibusque tentantibus jurgiter resistere jubemur. Pauper superbus, est diabolus: est enim privatus omnibus gratiæ donis, & viribus suis spoliatus à Christo; idem tamen superbissimus est. Dives mendax est Caro: quia hæc mentitur, te non posse subire labores virtutis; cum possit, si velit, v. g. cum dicit, se non posse jejunare ob defectum virium, mentitur. Habet vires, ut serviat Mundo, & magnos pro eo labores tolerat; cur non habet vires, ut serviat Deo? Senex fatuus, est Mundus senex: quia stetit pene sex millibus annorum; sed fatuus, quia contraria dicitur Deo, qui est prima veritas, & Sapientia. Corn. hic.

Caro abstinentiâ coërenda. Hæc enim est Eva, nos ad pomum prohibitum invitans; hæc est Ægyptia illa Putypharis, innocentem Joseph ad turpitudinem provocans; hæc est Jael Sifaram ficto amore seducens, & occidens; hæc est Dalila, quæ Samsonem tradidit Philisthæis; hæc est puella saltatrix, quæ Joannis caput petivit; hæc est ancilla ostiaria, ad cujus vocem Christum negamus. Did. Stella in Luc. 2.

Ex Novo.

Vestimenta sua straverunt in via &c. Marci 11. 8. Vestis animæ caro, quam subjiciamus Domino, & sternamus viam vitæ nostræ; deputantes ab arboribus ramos, hoc est, Sanctorum vias imitemur. Theophylactus in Marcum.

Datus est mihi stimulus carnis mee Angelus Sathana. 2. Cor. 12. 2. Quia Caro nostra pro Sathana stat, estque instrumentum, quò à diabolo superamur. Diez, conc. 3. in dedic. S. Mich.

Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam. Eph. 5. 29. Caro tua, tanquam conjux tua est. Tamen quid aliò locò? *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem.* Gal 5. 17. Concupiscit adversus te, tanquam conjux tua. Ama, & castiga; donec fiat in una reformatione una concordia. S. Aug. in Pl. 140.

Ex Patribus, & aliis.

Caro in terram cogit, mens sursum tendit; rapitur amore, sed tardatur pondere. Si ergo Caro vergens in terram onus est animæ, & sarcina prægravans prævolantem; quantum quisque delectatur superiore vitâ suâ, tantum deponit de terrena sarcina sua. S. Aug. tr. de util. jejun. cap. 2.

Si jumento fortè insideres, si equò uteris, qui te gestiendo possit præcipitare; nonne, ut securus iter ageres, cibaria ferocenti subtraheres? & fame domares, quem frenò non pos-

ses? Caro mea jumentum meum est; iter ago in Jerusalem; plerumque me rapit, & de via conatur excludere. Via autem mea Christus est. Ita exultantem non cohibeto jejuniò? Id. ibid. cap. 3.

Equus unicuique sanctæ animæ est corpus suum, quod videlicet novit, & ab illicitis abstinentiæ frenò restringere, & rursus charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis ergo nomine anima sancti viri exprimitur, quæ jumentum corporis benè subditum regit. S. Greg. mor. 1. 31. c. 9.

Quasi quædam vestis animæ Caro est. Sed hæc vestis habet tineam suam: quia ab ipsa carnalis tentatio oritur, ex qua laceratur. S. Greg. mor. 1. 5. c. 28.

S. Antonius Er. in tentationibus carnis iratus sibi, & pectus pugnis verberans: ego, inquit, aselle faciam, ut non calcitres; nec te hordeò alam, sed paleis; fame te conficiam, & siti, gravi onerabo pondere; per æstus indagabo, & frigora, ut cibum potius, quàm lasciviam cogites. S. Hier. in vita S. Hilarionis.

Caro hostis simul, & amica; dulce bellum, infidum bonum; plumbum deorsum vergens; fera indomita. S. Gregorius Naz. Carn. adv. Carnem.

Amicus ingratus, & dolosus, Caro est; & si foveatur, amplius lædit. Jo. Clim. gr. de memor. injuriarum.

Ubi primus generis parens, divinò posthabito mandatò, conjurati in ejus omnino interitum hostis fraudem prætulit, tunc gravis nobis equus, (Corpus) ac ad regendum difficilis, cessit. S. Isid. Pelus. l. 4. 204.

§. II.

Caro non sequenda, coërcenda.

Ex Veteri, & Patribus.

Reserventur quidem, ut vivant. Jos. 9. 20. Cognitâ fraude Gabaonitarum, non eos occidit, sed ad vilia officia mancipavit. Sic cum sensibus, & Corpore age. Metuunt sibi à Josue, id est, Ratione; bellum; pacem ab eo exposcunt, testantur se non esse spiritus inimicos; sed ut servos habeat Bessus D. 22. Pent.

Conscidisti saccum meum. Pl. 29. 12. Non omnibus Caro pro sacco est; plerisque Caro purpura: qui enim carnem suam deliciis nutriunt, sanè his non saccus, sed holosericum Corpus est. Ol. l. 9. Str. hic.

Confige timore tuò carnes meas. Pl. 118. 120. Quàm meritò deprecatur, timore Domini configi debere, nè ab eo possit noxiâ libertate dissolvi. Sic unò verbò significatum est, quemadmodum Caro tractari debeat Christiani: timore scilicet futuri Judicii; ut hic mortificatum Corpus, ibi reddatur æternum. Cassiod. hic.

Cor-

Corpore sic vitur anima, sicut faber malleo, vel incude. S. Cypr. l. de card. oper. Chr.

Quantò quis Carne plus fessus est, tantò erit animi virtute robustior, & sapientia complentibus aptior. Orig. hom. 11. in Gen.

Qui leonem blandà demulcet manu, nonnunquam illum mansuefacit; qui verò Corpus obsequiis fovet, ipsum amplius effervit. Jo. Clim. gr. 14. de gula.

Recte dicimur in Carne non esse, si carnales non dominantur affectus; & meritò ejus rei deponimus nuncupationem, cujus non sequimur voluntatem. S. Leo l. 1. de Returr. Dom.

Terra aratis scinditur, ut mundanis sit congrua frugibus; mea terra jejuniis exaratur, ut celestibus sit apta seminibus. Sicut enim redditum uberiorem capit, qui frequentius vexando exercet campum; ita majorem gratiam percipit, qui exercet Corporis sui campum, sæpius jejunando. S. Ambr. l. 26. de Quadr.

Corpus, ad modum servi, & asini, debet tractari; quia, ut serviat, & onera ferat, datum est homini. Sicut ergo dantur asino cibaria, nè in via deficiat; virga, nè lasciviat; & onus, ut serviat: sic corpori, cum sit pigrum ad omne bonum, debet dari panis ad sustentationem necessitatis, disciplina ad refrenationem voluptatis, & opus ad proventum utilitatis. S. Bonav. l. 93. Dom. 5. Pent.

S. Franciscus Corpus suum *fratrem asinum* appellabat. Val Max. l. 7. c. 3. Cum Alexander M. ducturus in Persas, consultò Apolline, responsum accepisset: felicem fore belli exitum, si eum, qui primus sibi portà egresso occurrisset, occidi juberet. Accidit, ut ante omnes sibi obvium haberet asinarium; hunc cum ad cædem rapi mandaret, asinarius causam requirit. Responso acceptò: si ita est, inquit, alium fors huic morti destinavit: nam asellus, quem ante me agebam, tibi prior occurrit. Placuit responsum, asinus occisus servatus, asinarius. Spiritus asinarius, Corpus asinus: hujus occisio, seu mortificatio, animæ salvatio est. Rom. 8. 13. *Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Ex nuptiis agni Franc. Jonghen. parte 1. Exh. 6.

§. III.

Caro comparata cum Spiritu, & anima.

Ex Veteri.

Divisit lucem à tenebris. Gen. 1. 3. Per lucem anima ostenditur, quæ carne præstantior est; per tenebras caro cum vitiis suis. V. Beda hic.

Mulier dedit mihi. Gen. 3. 12. Per mulierem decepti, & non per virum: quia non potest ratio nostra seduci, nisi præcedenti carnali delectatione. Id. ib.

Porro Arca ferebatur super aquas. Gen. 7. 18. S. Cyrill. Alex. l. 3. in Gen. diluvium aquarum de celo defluens totam illam carnem ubiq; submergebat; at Arca, justorum animabus onusta, super aquas aatabat. Ad suum quæque res

locum naturalem fertur concitato cursu; volat sublimè aer, ignis ad cælum; terra, aqua, lapides, gravia quæque, deorsum. Spiritus in altum spirat; Caro, & carnis opera, demergi in cœnum appetunt. Fernand. hic. lect. 3.

Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo. Gen. 13. 9. Hoc dicit Spiritus, sive Ratio: quia quod dextrum est carni, spiritui est sinistrum; & è converso: in quo enim delectatur Caro, spiritus contristatur. Hugo Card. hic.

Respiciensq; uxor ejus. Gen. 19. 26. hic Carnis imaginem tenet. Caro est enim, quæ semper respicit ad vitia; quæ, cum animus tendit ad salutem, illa retrorsum respicit, & voluptates quærit. Origen. hom. 5. de Loth.

Ejice ancillam, & puerum ejus. Per Abraham, Gen. 21. 10. noster Spiritus, per ancillam nostra Caro, per filium ejus carnalia opera designantur; per liberam anima, per filium ejus spiritualia opera figurantur. Sicut ergo Sara despicientem se Agar afflixit, & Imael ad mortis periculum Isaac impellentem ejici jussit: sic anima, quæ est domina, Carnem ancillam suam se continentem, jejunii, & vigiliis affligat; filium ejus persequentem filium suum, id est, carnale opus impediens spirituale, ejiciat; herilem filium, id est, bonum opus pariat, qui gaudium hereditatis capiat. S. Honorius Dom. 4. Quadr.

Adoravit pronus in terram. Gen. 33. 3. Jacob rediens è Mesopotamia adoravit fratrem suum Esau; quia Spiritus nonnunquam debet se humiliare, Catinque subjicere, edendo, bibendo, dormiendo. Cum verò Esau invitaret Jacob ad perpetuam societatem, Jacob ab illo recessit v. 14. &c. Did. Stella p. 1. cap. 63.

Injecit domina oculos in Joseph. Gen. 39. 7. Moraliter per uxorem Eunuchi impetentem Joseph, potest intelligi Caro, nitens ad se pertrahere superioris rationis consentum. S. Thom. in Gen. c. 41.

Ligans ad vineam pullum suum &c. Gen. 49. 11. Vide hic §. 1.

Decipe eum. Judic. 16. 5. Dalila interpretatur *stulta*, & significat Carnem; *Samson* significat *Spiritum*. Samson credens Dalilæ decipitur, id est, Spiritus carni consentiens seducitur. Samson per Dalilam septem crinibus nudatur; v. 19. id est, Spiritus carni consentiens septem donis Spiritus Sancti spoliatur. Hugo Card. hic.

Hostis, & inimicus noster pessimus, iste est Aman. Esth. 7. 6. Aman est Caro nostra, interpretatur enim *opprimens*, vel *coangustans*. *Mardocheus* est Spiritus; interpretatur enim *amarum contritio*; & ipse debet conteri, acque Amanum suspendere. S. Anton. Pad. f. fer. 6. in cap. jejunii. Ex Nuptiis agni Jonghen. Exh. 10.

Quem dilicit anima mea. Cant. 3. 1. Adverte, quam eleganter amorem spiritus à carnis discernat affectu, dum Dilectum exprimeret magis

Dd 3

magis ipsâ affectione, quam nomine, volens, non simpliciter quem diligo, sed *quem diligit anima mea*, spirituales designans dilectionem. S. Bern. l. 33. in Cant.

Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis. Cant. 7. 1. Quid sibi vult, quod ait: *in calcamentis* speciosos gressus Ecclesiae? Legimus, dictum esse ad Moysen Ex. 3. 5. *solve calcamentum pedum tuorum*: quod videtur admonitus, ne corporalibus vinculis teneretur adstrictus. Ergo speciosam significat in Canticis animæ pulchritudinem, quæ carne, tanquam calcamento, utitur; & in ipso impedimentum non patitur, sed incelsus decore præcellit. -- Utamur ergo corpore, tanquam calcamento, ad inferioris opera virtutis; ad ministerium, non ad præcipitium; ad obsequium, non ad delectationem; ad obedientiam, non ad dissensionem. S. Ambr. in Pl. 118. oct. 17.

Ubi eras impetus spiritus, illuc gradientur. Ezech. 1. 12. In Electis, & reprobis, diversi sunt impetus; in Electis videlicet impetus Spiritus, in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium, ad elationem, ad immunditiam, ad rapinam, ad voluptates &c. animus impellit. Impetus verò Spiritus ad charitatem, ad humilitatem, ad contentiam, ad pietatis opera, ad lacrymas, mentem pertrahit. Unde necesse est, ut magnâ semper curâ confiderare debeamus; in omne, quod agimus, quis nos impetus ducat? utrum nostra cogitatio per impetum carnis, an per impetum Spiritus impellatur. S. Greg. hom. in c. 1 Ezech.

Ex Novo.

Mittete deorsum. Matth. 4. 6. *Vult, & non vult piger.* Prov. 13. 4. Urges me tuis verbis Luc. 7. 14. *Adolestens, tibi dico, surge*, jam volo surgere, jam nolo. Clamat spiritus: *que sursum sunt*, quare, *que sursum sunt*, lape. Reclamat caro, & dicit: *mitte te deorsum*. Nadasi anno rer memor.

Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Matth. 6. 10. Coelum in nobis anima est, terra in nobis corpus est. Quid est ergo, *fiat voluntas tua*? Sicut & nos audimus præcepta tua, sic nobis consentiat terra nostra; ne, dum contendunt Caro, & Spiritus, præcepta Dei minus implere possimus. S. Aug. Sabb. in Vigil. Paschæ l. 4.

Puer meus - male torquetur. Matth. 8. 6. Quæramus, quis est iste servus? Si dominabitur anima, corpus servit; & homini nihil corpore pretiosius. S. Chrysol. l. 102.

Accessit ad illum una ancilla. Matth. 26. 69. Quanam est mulier hæc tam potens, tam domestica, tam fallax, quæ virum de Apostolatus culmine dejicere valeat? Utique Carnis natura est. Ordinatione enim divinâ, in suæ creationis exordio, ancilla ministerium sortita est; sed, peccati consuetudine inolente, viri sibi usurpavit imperium; adeo, ut reperitur difficile, qui carnem spiritui, sicut debet, subigere valeat. Hæc sub suggestionibus suis virilem enervat animum, & à veritatis tramite deviare facit, atque agnitam fidem fædis operibus negare compellit. Toties quippe

anima Christum negat, quoties carnis subfertur voluptati. S. Laur. Juit. de triumph. ag. Chr. c. 9.

Et cum eocrucifigunt duos latrones. Marci 15. 27. Latro similiter est Mundus, qui Christo crucifixo, id est, membris ejus crucem portantibus, insultare non cessat. Latro dexter Caro est, cui spiritus crucifixus, cum ea compatiendò, id est, consolando, salutem promittit, dicens: *hodie mecum eris in paradiso*, id est, citò transtibit passio tua, & pro ea æternaliter remuneraberis in caelo. Hugo Card. in Marc. hic.

Neg ex voluntate Carnis, neque ex voluntate viri. Jo. 1. 13. S. August. tr. 2. in Jo. Carnem pro femina posuit: quia de costa, cum facta esset, Adam dixit: *hæc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Gen. 2. 23. Posuit ergo Caro pro uxore, quomodo aliquando spiritus pro marito: quia ille imperare debet, ista servire. Explicat Sanctus Doctor rixas, & contentiones, quæ dantur inter conjuges, metaphorâ carnis, & spiritus; quia perpetuum sis dissidium. Gal. 5. 17. *Caro concupiscit adversus etc.* Gen. 2. 18. *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* Cajet. ex Hebr. *faciamus ei auxili-um contra ipsum.* 1. Reg. 18. 28. *dabo eam illi, ut fiat ei in scandalum.* Abul. id est, occasionem cadend. in malum. Sylv. Addic. in Jo. c. 1.

Debitorum sumus non carni. Rom. 8. 12. Spiritus sessor est, & caro jumentum; frænum est timor, calcaria amor. Hugo à S. Vict. hic.

Si secundum carnem vixeritis, morietur vobis. Rom. 8. 13. Principis morioni cum quidam vexandi causâ dixisset: *occidam te*; trepidus ille se recepit ad principem, eique periculum exposuit. Cui princeps: bono esto animo: si ille te occiderit, jussu meo mox in patibulo pendebit. Contra morio: hoc non volo; sed illud tantum, ut unâ die prius eum suspendi jubeas, quam me ipse occidat. Prava sensualitas caro est, mortem nobis intemat: *si secundum carnem etc.*

Quid remedi? apud principem voluntatem insta, ut crucifigatur: quia *si spiritus facta carnis mortificaverimus, vivemus*; & prius quidem carnem crucifige, quam ictum lethalem infligat. Ex Nuptiis Jonghen Exh. 10. Democritus ridens.

Ex Patribus, & aliis.

Carnem legimus infirmam; & hinc nobis ad dulamur impeniis. Legimus tamen & spiritum firmum: nam in uno sensu utrumque positum est. Caro terrena materia est, spiritus verò celestis. Cur ergo ad exultationem proniores, quæ in nobis infirma sunt, opponimus; quæ verò fortiora, non tuemur? Cur celestibus terrena non cedant? si spiritus Carne fortior, quia & generosior, nostrâ culpâ infirmiora festlamur. Tertull. ad uxorem lib. 1.

Iustum profectò erat, ut, si peccat homo, moreretur: quid namque iustus poterat, quam recipere talionem? Vita siquidem Deus anima est, ipsa corporis. Peccando voluntariè, volens perdidit vivere; nolens perdat & vivificare -- Noluit anima regi à Deo; non queat regere corpus. -- Invenit Conditor suam sibi rebellem creaturam; in-

veniat

veniat animam suam sibi rebellem pedissequam. Transgressor inventus, est homo divinæ legis; inveniat ipse *aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ*. Rom. 6. Porro peccatum separat inter nos & DEum; separet proinde etiam mors inter corpus nostrum, & nos. S. Bern. serm. exhortatorio ad milites templi. cap. 11.

Talis misericordia crudelitate plena est, quâ videlicet ita corpori servitur, ut anima juguletur: quæ enim charitas est, carnem diligere, & spiritum negligere? Id. Apolog. ad Guiliel. Abb.

Tempus hoc animabus, non corporibus, est assignatum; dies salutis utique, non voluptatis. Omnia tempus habent; animabus nunc operam dare necesse est. Cum judicium Carnis ex anima pendeat, Carni nihil potest utilius, quam salus animæ providi: ut videlicet in tempore sit respectus illius; & sociæ passionis, felicitatis quoque consortium mereatur. S. Bern. serm. de Verb. Petri: ecce nos reliq.

Quomodo ignis, & aqua, simul esse non possunt; sic spirituales, & carnales, deliciae in eodem se non patiuntur. S. Bern. ep. 2.

Gustatio spiritu necesse est desipere Carnem; affectanti cœlestia terrena, non capiunt; æternis inhiant fastidio sunt transitoria. Id. ep. 111

Sensus corporum, quasi equi sunt, sinè ratione currentes; anima verò in aurigæ modum retinet fræna currentium. Et quomodo equi absque rectore præcipites ruunt; ita Corpus sinè ratione, & imperio Animæ, in frum fertur interitum. Alia quoque comparatio animæ, & Corporis, à Philosophis ponitur: Corpus puerum, Animam pædagogum esse dicentibus. S. Hier. l. 2. adv. Jovin. c. 8.

Caro in terram tendit, mens sursum tendit; rapitur amore, sed tardatur pondere. Si ergo Caro in terram vergens onus est animæ, & sarcina prægravans prævolantem; quantumvisque delectatur superiori vitæ suâ, tantum deponit de terrena sarcina sua. S. August. tr. de util. jejun.

Expedi inferius subjici Superiori; ut & ille, qui sibi subjici vult, quod est inferius, se subjiciat Superiori suo. -- Agnosce ordinem, quære pacem: tu Deo, tibi Caro. Quid justius? quid pulchrius? tu majori, minor tibi. Servi tu ei, qui fecit te; ut tibi serviat, quod factum est propter te. Si autem contemnis tu servire Deo, nunquam efficies, ut tibi Caro: qui non obtemperas Domino, torqueris à servo. Id. in Ps. 143.

Et honesta saltatio, quâ tripudiat animus, & bonis corporis operibus elevatur. -- Et bonæ nuptiæ, quando Verbo anima, Spiritui Caro nubet. S. Ambr. in Luc. l. 6. initiô.

Anima in hoc Corpore, tanquam in fidibus musicis, quæ sobria est, cum summis, ut ita dicam digitis, velut nervorum sonos, ita pulsat carnis passiones, ut consonum reddat morum, atque virtutum, consentientemque concentum; ut in omnibus cogitationibus suis, in omnibus operibus, id custodiat, ut omnia consilia, & facta, sibi concinant. Id. l. de bono mortis. c. 6.

Ipsa anima locum obtinuit artificis; Carnis verò naturam instar citharæ habet, non aliter sonantis, quam ipse coegerit artifex. Non est itaque Carni, si citharæ istius absona fuerit cantio; sed magis, ante illam, animæ adscribendum. S. Chryl. l. 12. in c. 7. ep. ad Rom.

Si fructus spirituales gustabimus, præsentia certè universa vilipendemus, futurorum cupiditate quasi optimâ quâdam ebrietate capti. S. Chrysol. hom. 75. in Matth. 23.

Spiritus, & Caro, per similitudinem sitularum aguntur; quarum si una descendit, altera sursum fertur; si altera sursum, reliqua petit omnino deorsum. Et mirum, quòd corporale depresso spirituale faciat sursum ferri. Tenuitas Corporis ex jejuniò decenter assumpta tenuem sensum causavit in anima. Sim. de Cass. l. 4. in Matth. 4.

Væ nobis! quia princeps Animæ pars, Carni, quæ ancilla est, servit; & pars deterior imperat præstantiori. B. Isaias Abb. or. 29.

Varia de Carne in genere.

Pesora campi Ps. 8. 8. Congruentissimè accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes; ubi nihil arduum, nihil laboriosum ascendunt. Campus enim est etiam lata via, quæ ducit ad interitum. S. Aug. Ps. 8.

Cur Deus de carnibus edendis legem tulit? Prævidens Deus, homines in extremam demeritiam lapsos hæc omnia animalia pro diis habituros, permisit illorum esum, ut impietatem illam cohiberet. B. Theodoret. q. 55.

Exurge psalterium, & cithara. Ps. 6. 9. id est, cor meum, & caro mea, ad exultandum in Deum: cor namque Sapiens quæ sursum sunt; psalterium est sonans de superiori; caro patiens quæ deorsum sunt, cithara sonans ab inferiori. Guarric. Abb. l. 3. de Adv. Dom.

Vide tit. Corpus. Jejunium. Mortificatio.



TITULUS. VI. CASTITAS.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Vestivis, cum stola byssina. Gen. 41. 42. Byssina vestis coelitem habitus est, juxta illud Apoc. 19. 14. *Exercitus vestium byssinò albò.* Hanc stolam byssinam accepit Joseph, postquam Gen. 39. 12. in adulteræ manu pallium reliquisset: ut intelligeremus, quàm proximus celestis patriæ civibus sit, qui à libidine illæsus abijt. Incertò auct.

Præcepit Holofernes, ut ascenderent contra Bethuliam. Judith 7. 1. *Bethul* Hebræis *Virginem* sonat. Castitatem igitur significat Bethulia & Virginitatem. Præcepit tartareus Holofernes &c. id est, contra castitatem. Ex Nupr. Jonghea Exh. 12.

Quæsitis lanam, & linum &c. Prov. 31. 13. Lana carnale aliquid, linum verò spirituale, significat: quia in ordine vestimentorum interiora sunt linea lanea verò exteriora. Lana etiam de commixtione animalium nascitur; linum verò, sine carnis voluptate, de terra procreatur: ideo castitatis imaginem præferre videtur. S. Aug. s. 217. de temp.

Collum tuum, sicut turris eburnea. Cant. 7. 4. Ebur notat elephantinam (elephas enim animalium castissimus est) castitatem, & munditiam; quâ pollebunt Judæi in fine Mundi Apoc. 14. 1. *Causa cur elephas sit castus, est ejus sagacitas, & amor longævæ vitæ: castitas enim vitam prolongat, quam libido abbreviat.* Beda in illud Pf. 44. 9. *à domibus eburneis: domus eburnea est cor innocentissimum, & castissimum.* In ebo-re enim est candor; in candore designatur innocentia. Corn. hic.

Vestimentum ejus sicut nix. Matth. 28. 3. Drogo Ost. l. 1. de Sac. Dom. Pass. quid per candorem nivis, & vestimentorum speciem, nisi corporis nostri frigida, & mundissima, castitas signatur? quæ præfidentis in se angelicæ claritati similis, & testimonium præbet, & obsequium. Frigiditas navis, & candor vestis, castitatis angelicæ signum est. Ut ergo exterior vestis interiori candori respondeat, veste albâ apparet exterius. Sylveira hic.

Sint lumbi vestri præcincti. Luc. 12. 35. q. d. mortificate luxuriam, studete Castitati. Ità Aug. Greg., Basil. Hier. Cingulum Symbolum castitatis. Corn. in 1. Petri c. 1. v. 13. *Succincti lumbos.* Habet cythara suam anima nostra. Cythara est caro nostra, quando septiformem accipit spiritum in baptismatis sacramento. Testudo enim, dum vivit, luto mergitur; ubi mortua fuerit, tegmen ejus aptatur in usum canendi. Similiter caro nostra, si vivat illecebris corporalibus, in quodam cæno vivit, & voragine voluptatum. Si luxuriæ moriatur, atque incontinentiæ, tunc veram vitam resūmit; tunc edere incipit bonorum operum

dulce modulamen. Dulcis sonus est castimonie; dulcis sonus timentium Deum. S. Ambr. in Pf. 42.

Castitatem palma similem existima. Siquidem palma corde cum sit albicante, circumcirca verò scater furculis, & aculeis, quibus ejus candor muniatur. - O castitas! quæ homines Angelis similes reddis! - ô castitas, currus spiritualis, possessorem suum in sublime evehens! O castitas, quæ rosæ instar, in medio animæ, & corporis, flores! S. Ephrem. de Castitate.

Castitas virtutum omnium est lilium. Nihil pulchrum, nisi per puritatem. Cor mundum, & castum, ad instar conchæ margaritifera est; nullam, nisi quæ de cælo venit, aquæ guttam recipientis. S. Franc. Sales. parte 3. c. 12.

Radix est; inimica pesti angelica dicitur. Verè Angelica est Castitas, quæ pellit animæ pestem libidinem, & angelos nunquam non amicos habet, Drex. horol. tut. angeli. hora 5. noct. c. 5.

Mussela, mus Armenicus, mavult occidi, quàm scædari. Nieremb. hist. de animalib.

§. II.

Motiva servandi Castitatem.

Primum:

Quia est grata Christo.

Pascitur inter lilia. Cant. 2. 6. Amat florigeram patriam flos de radice Jesse, & libenter inter lilia pascit flos campi, & lilium convallium. S. Bern. f. 3. in annunt. Dom.

Veni de Libano sponsa mea. Cant. 4. 8. 9. O Libane! tua par cælo dealbatio. Ità places sponso, ut, qui Dilectam rarò, vocavit, & sæpe neglexit, ter eam advocet coronandam. Nunquam coronam ab eo promeruit, nisi cum albicavit; nunquam eam vulneravit, nisi candore suò; nec ex horto omnigenis floribus, nec ex domo cedrina; nec ex cellariis, in quibus charitate initiata est, dilectum ad se rapuit; sed tantum à Libano: *veni! veni! veni!* Præ cæteris gemmis, præ cæteris pretiosus unus castitatis candor. Qui lavant stolas suas in sanguine agni, non eas purpurasse dicuntur, sed dealbasse. Oliva l. 3. Strom. hic.

Castitas est gratissimum Christi domicilium. Jo. Clim. gr. 15.

Castitas est Christi jucundum diversorium, & terrestris clypeus cordis. Id. ib.

Secundum:

Castitas est hostia, Sacrificium.

Qui corporis, & animæ castitatem, & innocentiam, custodiunt; illi equidem par turturum, aut duos pullos columbarum, Domino offerunt. Euseb. Emisf. hom. in Purif. Virg.

Virginitas holocaustum Christi est. Universa castitas, sive in virginitate, sive in viduitate, sive in continentia, hostia Christi est. S. Hier. in Pf. 95.

Pulcherrima victima est, piam mentem, & castam carnem, habere. S. Isid. Pelus. l. 3. ep. 75.

Ter-

Tertium :

Castitas, Angelica virtus, facit Angelos.

Castitas angelos facit. Qui eam servavit; Angelus est; qui perdidit, diabolus. S. Ambr. lib. de Virginit.

Differunt quidem inter se homo pudicus, & angelus; sed felicitate, non virtute. Sed tamen, licet illius castitas felicior, hujus tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis & loco, & tempore, statum quandam immortalis gloriæ representat. S. Bern. in epistolis.

Castitas, quæ homines Angelis similes reddis &c. Vide hic § 1. ante finem.

Non ignoremus Castitatis gloriam: Angelica enim est corona, & supra homines hæc perfectio. Patemus corporibus, quæ lucere debent sicut sol. S. Cyrill. Jerof. Catech. 12.

Nullâ virtute tam propriè carnales homines à spiritualibus angelis imitatione conversationis æquantur, quam meritò, & gratiâ, castitatis. Cassian. l. 6. c. 6.

Angeli Dei non apparent promiscuè hominibus; sed iis, qui purò, casti quæ sunt animò. Titus Bostrenf. in c. 1. Luc.

Vide tit. Joan. Evangelista.

Quartum :

Castitas amica Sapientie, prophetie.**Ex Veteri, & Novo.**

Somnium regis unum est. Gen. 41. 25. Tantam lucem habere meruit Joseph, ex quo victor contra impudicam heram evasit. Qui puer olim somniorum suorum intelligentiam non acceperat, jam nunc aliena somnia intelligit, & fit verus propheta. Lud. Alvarez Illustr. hic.

Bethulia idem est, quod *Dei Virgo*. Huc missus ab Holoferne Achior, Judith 6. 7. lucis frater. Quò enim lucis splendorem mitti oportebat, nisi ad Dei Virginem? nam Virginitas multò splendore luget. Sybillis profuit ad Sapientiam Virginitas. S. Hier. l. 1. contra Jovin. quarum insigne Virginitas, & Virginitatis præmiùm Divinatio. S. Clem. Alex. l. 1. Strom. c. 2. de Virg. prud. Matth. 25. 1. prudentes animæ, & mundæ, ut virgines; cum intelligant, fitas se esse in mundana inscitia, lumen accendunt, & mentem excitant; tenebras illuminant, & ignorantiam expellunt. Velloso in Judith 6.

Vos estis sal terra; vos estis lux Mundi. Matth. 5. 13. 14. Sal exsiccat carnes ab omni pravo humore, & præservat à corruptione. Sint doctores incorrupti castitate; & tunc, ut lux; per sapientiam fulgebunt. Sylv. in Act. 23. q. 9.

Vixerat Anna cum viro suo annis septem à virginitate sua. Luc. 2. 36. Castitas animam disponit ad receptionem divinarum consolationum, & revelationum; sicut è contrà luxuria hebetat intellectum. Sic teste S. Hier. lib. 1. adv. Jovin. Ezechiel, mortuâ uxore, elevatus est à Domino, & vidit arcana cœlestia; quod ei non evenit illâ vivente. Inter 12. Apostolos, ut ait S. Ambr. super 2. c. ep. 1. Corinth. solus Joannes *Polyanth. Sacr. Tom. 1.*

fuit Virgo, & sic elevatus ad tam divina secreta. Paulus inter cæteros Apostolos, virgo, raptus in tertium cœlum, S. Thomas Aquin. Angelicus Doctor ob hanc virtutem. Sybillæ virgines, licet gentiles, donum prophetiæ habuerunt. Did. Stella in c. 2. Luc.

Aperuit illis sensum. Luc. 24. 45. Non omnibus Deus intellectum aperit; sed his, qui avulsi sunt à sterilibus scientiis, & delectationibus pravis. Sic enim Dominus per II. 28. 9. dicit: *quem docebit scientiam? ablati à lacte &c.* Sim. Cass. l. 14.

S. Paulus 2. Cor. 6. 6. agens de Dei ministris, ait, quòd *sint in castitate, in scientia*. Ubi castitas scientiæ præponitur: quia præparat, & facit aptum, ad scientiam. Sylv. in Act. 23. q. 9.

Estote itaque prudentes 1. Petri 4. 7. *Syt. estote casti*.

Meritò Christus Joanni tanta revelavit, qui præcellerat omnibus privilegiò castitatis. S. Aniel.

Consideremus dilectissimi, quanta gloriæ vir iste (Joannes) credendus est; qui per quoddam adoptionis arcanæ mysterium filius Virginis est, & pater Salvatoris. Hinc est, quòd mentem ejus omnipotens Deus ad tantum puritatis, & mysticæ revelationis, culmen evexit. Petr. Dam. l. 2. de S. Joanne.

Quintum :

Castitatis excellentia, dignitas.**Ex Veteri, & Novo.**

Joseph Filius tuus vivit. Gen. 45. 26. dicunt filii Jacobo cum magnò gaudio. Orig. hom. 15. in Gen. Si, ponamus, potuisset vinci à libidine, & peccare cum uxore domini sui; non puto, quòd hoc à patriarchis de eo nuntiatum fuisset patri ejus Jacob, quia *filius tuus Joseph vivit*, hoc enim si fecisset, sine dubiò non vivebat. Sylv. in Act. c. 9. q. 36.

Cum Holofernes Judith 7. 1. innumerò Bethuliam obediisset exercitu, & omnis Israelitarum virtus perturbata languesceret; egreditur castitas oppugnatura lasciviam; & ad interitum superbiæ humilitas sancta procedit. Ille pugnabat armis, ista jejuniis; ille ebrietate, ista oratione. Igitur quòd omnis Israelitarum populus facere non potuit, sancta vidua castitatis virtute perfecit B. Fulgentius ep. de statu viduali.

Candidiores Nazarai ejus nive Thro. 4. 7. Hugo Card. Nix comparatur castitati: quia sicut nix ex alto descendit; ita nemo est castus, nisi donò special. Nix, Lem. *Mibi candor ab alto*, Picinelli.

Nè magnitudo revelationum &c. 2. Cor. 12. 7. Castitas adeò nobilis, & generosa; ut ex nulla alia possit quis superbiis gloriari; sicut ex nullo alio vicio, quàm oppositò castitati; major humilitatis occasio confurgit. Mendoza in 1. Reg. 1.

Es peperit filium masculum. Apoc. 12. 5. Ecclesiæ populus is demum filius masculus rectè appellatur, qui carnis voluptatibus, sensuumque illecebris non frangitur. S. Andr. Casar.

Ep. hic sect. 11.

E.

Ex

Ex Patribus, & aliis.

Mirum dictu est; nutritus (nobilis Salviae maritima) in palatio, contubernalis, & condiscipulus Augustorum; quorum mensae ministrat orbis, & terrae, ac maria servant; inter rerum omnium abundantiam, in primo aetatis flore, tantae verecundiae fuit, ut virginalem pudorem vinceret, & ne levem quidem in se obsceni rumoris fabulam daret. S. Hier. ep. 9. ad Salvinam de serv. viduit.

Sicut candor materialis, vel albedo, est caput, & fundamentum, aliorum colorum, ut dicit Philosophus; sic castitas est quasi caput, & fundamentum, aliarum virtutum. S. Bonav. diet. sal. c. 23.

Majus est corpus subjugare, quam sibi regna subjicere. S. Bonav. ferm. de S. Nicolao Ep.

Castitas ubique spargit fragrantiam sui intacti corporis. -- Nihil sic hominem super propriam fragilitatem elevat, sicut virtus castitatis, quae oculis etiam vim infert. -- Jan patet clarius; quia castitas de caelis sumpsit originem, & a consortibus nobilissimis traxit progeniem; cum sit filia coelestis Jerusalem, & cognata Superiorum. Thom. Kemp. ferm. 4. ad fratres. Castitas velut quidam carbunculus in Sanctorum vita semper emicuit. Id. f. 5. ad fr.

Parce corpori tanquam templo Spiritus Sancti; ne parva voluptate vendatis magnam dignitatem. S. Cyrill. Jerof. Catech. 4.

Castitas vera est, & aeterna, formositas. S. Zeno. f. de pudic.

Sine sanguinis effusione gloriosum martyrij triumphum obtinuit: quod enim carnificis mucrone non pertulit, hoc in seipso castitatis amore complevit. S. Laur. Just. f. in festo S. Hier.

Castitas virtutum omnium est lilium. Nihil pulchrum, nisi per puritatem. S. Franc. Sales. p. 3. c. 12.

§. VI.

*Castitatis Exempla ex Sacris Scrip-
toribus.*

NOe, cum quingentorum esset annorum, genuit Sem. Gen. 5. 31. Oleast. commendat valde castitatem, & continentiam Noe, qui quingentis annis coelibem vitam duxit: & ideo forte tam gratus esse Deo meruit; ut in toto terrarum orbe solus in oculis Dei justus videretur: de nullo enim alio legimus, generationem tam diu distulisse. Quod exemplum discimus, Deo semper continentiam placuisse. Ramirez in ep. Chr. ep. 5.

Refert Zonaras Isaacium Comnenum Imp. peregrè profectum in morbum incidisse. Consultatum de remedio; & a medicis, qui corporis magis, quam animae, curam habere solent, consultum, ut consuetudine mulieris morbum levaret. At is fidei à se datae memor, cum periculo mortis reculavit. Stengel. t. 2. div. judic. c. 32.

Juxta Sinam montem in Arabia cum à barbaris Saracenis, sancti quidam monachi interficerentur, inventus quidam juvenis, qui amore castitatis occidi potius maluit, quam vestem exuere; cum nunquam à se visum nudum corpus suum diceret. Kircherus 19. Jan. S. Nilus narrat.

Edmundus Cantuar. Ep. adhuc adolescens ab impudicis foeminis ad impudicos amores saepe invitatus, admirandè semper constantià repugnavit; semel etiam virgis insidiatricem excipiens ad frugem correxit. Surius 16. Novembr. Bernardus Senensis. cum jam praesenti periculo perden- dae pudicitiae fringeretur; inter angustias, & preces, hoc unicum reperit consilium: flagro, quod ad manus tunc erat, invitamentum foeminam excepit, & in ea omnem libidinis ardorem extinxit. Id. 2. Maij. S. Thomas Aquin. raptò ex igne tititione pugnavit. Volstanus foeminae ad flagitium alleclanti colaphum inflixit. Drex. palaestr. Chr. §. 3.

*Castitatis varia alia motiva.**Ex Veteri, Novo, Patribus, &
aliis.*

Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit. 3. Reg. 7. 22. Lilia, Symb. castitatis, etsi super capitella columnarum reticulata erant: ut intelligas; ad quaecumque vel altissimam, castitatem daemone sua retia tendere. Incertò Authore.

Babylonio regi pueros adesse jubebant, in quibus nulla esset macula, decoros formà, & eruditos omni sapientià. Dan. 1. 4. Et coram principibus caeli Squalent cogitationes tuae in sterquilino? Tunc adstante angelò sordere non times? Oliva l. 5. Strom. §. Ego ero tecum Judith 6.

Qui videt mulierem ad concupiscendum eam, jam mechabatur est eam in corde suo. Matth. 5. 28. Salvian. l. 3. de gubern. Dei: hinc intelligere planè possumus, quam castos nos esse Salvator jussit; qui etiam licentiam visionis abscedit. Quam pura est pupilla oculi, tam pura est Christiani hominis vita.

Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinere vos à fornicatione. 1. Thess. 4. 3. Et ne forte dubium nobis relinqueret, vel obscurum, quidnam sanctificationem voluerit appellare? utrum justitiam, an charitatem, humilitatem, gratiam? infert, & manifestè designat: *hæc est voluntas Dei &c. ut abstinere vos à fornicatione.* Jo. Cass. de cænob. instit. c. 15.

Inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt proelia castitatis; ubi quotidiana est pugna, & rara victoria. S. Aug. f. 250. de temp.

Difficile est invenire hæreticum, qui diligat castitatem. S. Hier. l. 2. in Os. c. 9.

Noxia Castitati. vide tit. gula, vinum, otium, oculi.

§. III.

*Castitatem tuendi amuleta, & media.**Mortificatio.*

DUO ubera tua, sicut duo binnuli caprea gemelli, qui nascuntur in liliis. Cant. 4. 5. *Vadam ad montem myrrhae?* v. 6. Gilbert. f. 28. in Cant. an forte lilia hæc non sunt aliena, nec longè posita à monte myrrhae? sed magis nascuntur in illo? Ità quidem est: nusquam lætius nascuntur lilia, quam in monte myrrhae; nusquam magis illæsa ser-

servantur. In monte myrrhae, ubi carnis univ-
ersi mortificantur affectus; ubi illa castimonie, ubi
lilia gratiarum, & pure nascuntur, & perpetue
florent.

Vidi, & ecce vir unus vestitus lineis,
Eph. Dan. 10. 5. Linum, priusquam lineum
fiat, multas subit vicissitudines: e terra violentè
extrahitur, in lacum projicitur, tunditur, & com-
minuitur, excoriatur, pectitur, nentium digitis in
fila deducitur, apud textorem filis inter se trans-
versis in crucum figura intertextitur; & variis tun-
sonibus ad invicem adunantur fila, & condensan-
tur; factum jam lineum soli exponitur, consper-
gitur, torquetur, ut dealbetur. Hæc figura homi-
nis casti est, quem multas oportet subire mortifi-
cationes, flagella, cilicia, jejunia &c. ut appareat
vir vestitus lineis. Jonghen. p. 1. Exh. 22.

Lana. Lem: *albescit ab ictu.* Castitas in
mortificatione. Id.

Cervus. Lem: *Mergor ob astum.* Vel: *Ex
gelido antidotum.* Pizinelli.

Jejunium.

Jejuno bis in Sabbarbo. Luc. 18. 12. S.
Ephrem in Cat. Græca: adulterii à se crimen re-
movens jejunium jaclavit. Jejunium enim luxu-
riam destruit. Sylv. hic q. 7.

Jejunium concupiscentiæ nebulas dispergit,
libidinum ardores extinguit, castitatis verum lu-
men accendit. S. Aug. l. 230 de temp.

Est jejunium valde certum ingenium ad ex-
pugnandum castrum: sicut enim non est adeo for-
te castrum, quod non possit expugnari; si possent
victualia subtrahi; sic non est adeo rebellis spiritui,
quin, subtrahendo cibaria, non valeat à spiritu
subjugari. S. Bonavent. diet. fal. cap. 15. de
Jejunio.

Temperantia.

Non habet perpetuam castimonie puritatem,
quisquis non jugem temperantie aequalitatem te-
nere contentus est. Cassianus de coen. inst. l. 5. de
spir. galtrim.

Abstinencia assimilatur arbori, quæ dicitur ag-
nus caesus; quæ arbor est calida, & sicca. Sic ab-
stinencia, & afflictio carnis, castitatem inducit. Jo.
Geminiani l. 3. c. 3.

Fuga.

Job diabolum videns accedentem, non fugit;
sed mansit sicut leo, viribus fidens: virgine autem
visa, non stetit, neque moratus in contuenda pul-
chritudine; sed statim secessit. Censebat nimi-
rum in prælio contra demones virili, audaci,
animò opus; continentie autem præparatione

victoriam concedi, non ex virginum consuetudi-
ne, sed secessu. S. Chryl. serm. de Job.

Describitur Apoc. 12. singulare certamen in-
ter mulierem, & draconem. Vis scire, ex qua
parte steterit victoria? Lege v. 6. & *fugis
mulier.*

Sit armata.

Astitit regina à dextris suis. Pl. 44. 10.
Paschalius hic: sponsus in acie stabat; debet ergo
& ipsa armis succincta viriliter dimicare. Ne-
mo in acie positus otiosus stare potest, nè cadat.
Et hinc est, quòd Salomon Virginem castris com-
paret Cant. 6. 9. *terribilis ut castrorum acies
ordinata.* Cælius Rhodig. l. 10. c. 3. lect. an-
tiq. Phidie solertem prudentiam indicat illud
quòque, quòd Palladis simulacris draconem ap-
ponere solitus: innuens, Virgunculas pervigili
curâ indigere, ut pudor servetur illibatus. Ethni-
ci Deas sine erunt armatas. Deus posuit in fir-
mamento Virginem in Libram, & Leonem; ut
hinc temperantiâ, inde fortitudine se muniat. S.
Basil de Joseph or. 8. fugâ usus pro ar-
mis.

*Amicti stolis albis, & palme in mani-
bus.* Apoc. 7. 9. Sanè, quisquis candet, lacta-
tus est. Nusquam candorem mesuit pudor sine
pugnâ. Ubi stolæ albicant, palmæ vernant;
lanceas præfert liliùm. Oliva l. 4. Strom.
hic.

§. IV.

Varia alia amuleta.

Susanna stans suspexit ad caelum. Dan. 13.
35. *Susanna* Hebr. *lilium.* Cælum su-
spiciendo candorem illibatum servavit. Cur senes
illi tam libidinosi? *declinaverunt oculos suos,
ut non viderent caelum.* ib. v. 9.

Prima castitatis victoria est, facultatum cupi-
ditates vincere: quia lucri studium tentamentum
pudoris est. S. Ambr. ep. 31.

Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitæ
non amabis. Facto aliquid operis, ut te diabo-
lus semper inveniat occupatum. S. Hier. ep. 3.
ad Heliodor.


Ceciderunt in medio castrorum. Pl. 77. 28.
Castra à castitate dicta sunt; quòd bellis exercitus
occupatus fædo luxui non vacaret. Cassiod.
hic.

Cera solis objecta radiis. Lem. *A calore can-
dor.* Picinelli.

Castitatis donum modestia oculorum feve-
rissima tuetur. Lumen intrâ laternam. Lem.

Tutum, quia rectum. Idem.

Vide tit. Eucharistia. Oculi.



TITULUS VII.

CATECHISMUS. CATECHISTÆ.

§. I.

*Figura, & Symbola.**Catechistæ comparantur matribus.*

Meliora ubera sua vinò. Cant. 1. 1. Quamquam perfecti viri Apostolici, qui præfunt populo Christiano Doctores, ubera Christi intelligantur, per quos Christus parvulos nutrit; tamen non erit inconveniens, duo ubera Christi Baptistam, & Evangelistam, duos Joannes, intelligi propriè, qui Ecclesiæ, plenissima ubera, sunt propinati. Aponius l. 1. in Cant.

Ubera tua fragrantia. Cant. 1. 2. Sponsa ubi laudavit sponsi ubera, quæ ad lætandos parvulos deputantur, & nominis fragrantiam, infert; parvulas animas, & adolescentulas, inardescere in amorem illius. q. d. hic est primus partus, & fructus divinæ, & maternæ erga nos dilectionis, ut adolescentuli, & adolescentulæ, eum diligant. de Ponte in Cant. hic.

Quam pulchra sunt mammae tuae, soror mea, sponsa. Cant. 4. 10. Nyssenius, & Beda, docent hic admirari Deum illam animam, quæ rudiores fidei documenta docere non refugit. Corn. hic.

Quam pulchrae sunt mammae &c. Cum infirmis sunt infirmi Doctores Ecclesiæ, ut infirmos lucrifaciant; tunc mammaram officia habere dicuntur: quia lac doctrinæ levioris parvulis sensu impertunt. Et rectè pulchritudinem in sponsa laudat mammaram: quia magni apud Deum operis, ac mirandæ virtutis, est; cum is, qui ad revelanda perfectioribus altiora veritatis arcana sufficit, nequaquam infirmos primis fidei rudimentis instruere saltidet. Rectè talem animam Dominus sororem sibi, ac sponsam, esse testatur: quia nimirum sua eam dilectione, ac conjunctione, dignissimam judicat, quam sui operis imitricem fieri considerat. V. Beda l. 4. in Cant.

Mel, & lac, sub lingua tua. Cant. 4. 11. In lacte eruditio parvulorum; in melle perfectior doctrina fortiorum signatur: sub lingua, id est, in meditatione cordis. S. Isid. hic. Item V. Beda. Mel, & lac sub lingua tua. Eò quòd parvulos lacte nutrit. Justus Orgel. hic.

Ibi dabo tibi ubera mea. Cant. 7. 12. Id est, parvulorum meorum pædagogos. S. Isid. hic. Tibi, id est, parvulis tuis, quos tui locò posuisti, & mihi commendasti, ut eos nutriam, & ut mater diligam, ac curam illorum geram. de Ponte hic Exh. 19. §. 1.

Suges lac gentium, & mamillæ regum lactaberis. Il. 60. 16. Glossa Lyr. ab eis accipies nutrimentum. S. Hier. quæ divitiæ ubera sunt regum, atque Doctorum, quibus nascentium in Christo nutritur, & nutritur infantia, Nu-

tritos, & altores, vocat reges. de Arcones in Il. 3. Disc. 6.

Lac vobis porum dedi. 1. Cor. 3. 2. cognitionem dicens vobis infudi; quæ catechesis, id est, per auditum instructione data est; quæ nutrit in vitam æternam. Clem. Alexand. l. 1. pædag. c. 6.

Avicula pullis alimenta deferens. Lem. *Mollia das teneris.* Picinelli.

Aliæ figuræ, & Symbola.

Collum tuum sicut monilia. Cant. 1. 9. In collo videntur mihi laudari, qui verbò ædificationis parvulos instruant ad salutem; qui spiritualen cibum sermonis ad cætera corporis Christi membra transmittunt. Aponius l. 3. in Cant.

Fulcise me floribus. Cant. 2. 5. fulcimentum ex floribus intelligit instructionem puerorum. Per stipulationem, ex malis, profecionem bonorum; qui suâ salutari doctrinâ, exemplarique vitâ aliis prodesse possint. de Ponte hic Exh. 39 §. 2.

Dentes tui, sicut grex tonsurarum. Cant. 4. 2. Perfectiores, & ad regendam Ecclesiâ apti, designantur in dentibus. Dentes sunt Ecclesiæ: quia panem Verbi Dei parvulis ejus, ad quem mandandum ipsi non sufficiunt, parant. V. Beda hic. Sancti prædicatores, veluti dentes, cibum salutarem Scripturarum, & mandatorum, imperitoribus exponentes tanquam matres filiis parvulis præmandant; quòd fortiores indies ad cœlestia convalescant. Philo Carpath. hic.

Parvuli petierunt panem. Thr. 4. 4. Panem frangit qui legem exponit. Petr. Cell. l. de pan. c. 5.

Horologium, cuius pondera alia sursum, alia deorsum. Lem. *de scensu juvenat ascensum.* Picinelli.

§. II.

*Motiva parvulos, & rudes docendi.**Primum. Exempla.*

Sinite parvulos ad me venire. Matth. 19. 14. Turbati accedebant Discipuli ad Jesum; & propterea prohibent parvulos venire ad eum: quòd exillimarent, hoc derogare doctrinæ ejus auctoritati, si offerrentur ei parvuli. Theophylactus hic. O piissime Jesu! quis ultra post te verecundabitur esse humilis ad parvulos? quis tumescens de sua, vel magnitudine, vel scientia, parvitatem deinceps parvulorum, ignorantiam, aut imbecillitatem, audebit aspernari? quando tu, qui es Deus benedictus in sæcula, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, absconditi; usque ad castissimos parvulorum amplexus beata brachia mansuetus inclinans, atque circumligas. Jo. Gerson. tr. de parvul. ad Chr. trahendis.

Secundum. Fructus Catechismi.

Pueri me, neque divinum officium persolvere, neque cibum sumere, neque quietem capere sinebant, quoad aliquam deprecationem eos docuissent. Tum verò sentire coepi, talium esse regnum cœlorum, S. Xav. l. 1. ep. ad s. Ign.

Incre-

Incredibile est, qui fructus ex infantium baptismo, puerorumque institutione, capiatur: mirum eos tenet odium idololatriæ ipsos parentes, si quando illos senserint cultum tribuere, idolis, oburgare, atque ad me deferre, non dubitant. Ego, sicubi diis litatum esse recevi, repente advolo cum magna puerorum manu. Ibi enim verò diabolus majoribus injuriis, & contumeliis, oneratur à pueris, quam honoribus, ac cærimonis, à puerorum parentibus, cognatis, notis, cultus fuerat. Ipsi enim pueri suapte sponte deorum simulacra invadunt, pro se quisque deturbant, affligunt, comminuunt, conspuunt, conculcant, omnibusque probis onerant. Quid multa? Deus, puerorum fiducia, ac pietate, adductus, ægris compluribus, & corporum, & animorum, restituit sanitatem. Idem ep. 5. Soc. Romanæ.

A. 1784. Ulissipone catechesis in publica platea docebatur. In hac adeo profecit puer, ut, cum hominem adultum procacius jurantem audiret, in genua procubuerit, & summis precibus obsecraret, non ita juraret: neque enim tam leve, quam putaretur, esse peccatum. Erubuit reus ad has pueri preces; & qui vocaris? inquit, qui tui parentes? tacuit puer, & abiit. Non tu, ait vir ille, puer es, sed angelus Dei; emendabo me. Drex. Orb. Phaet. c. 30. §. 3.

A. 1793. Divione pædagogus schedam à suo discipulo scriptam reperit, legitque ignarus peccata scripta inter cætera & hoc perscriptum erat: pædagogum meum temerè jurantem non correxi. Ea res sic hominem movit, ut omnium jurandi consuetudinem generose in se expunxerit. Id. ibid.

Alia varia motiva.

Amant primas cathedras. Matth. 23. 6. taxantur, quòd primas cathedras honoris causa requirant: qui Dei gloriam querit, infimà cathedra delectatur; quæ infirmorum est eruditio. Esob. tr. 3. Colloq. Chr. Obl. 4.

Notandum, quòd Christus Joan. 21. 14. 15. 16. 17. primò dicit bis: *pasce agnos meos*; & ultimò dicit semel: *pasce oves meas*. Ut ostendat, quòd major cura spiritualis nutrimenti circa tenellos, ac novellos, habenda est, quam circa grandævos, & provectos. Bern. Sen. serm. de Rectorib. & Prælatib.

Est lac virtutis prima eruditio fidei, ut in Christo perfectè credatur. Et hi parvuli sunt in Christo, qui credunt in ipso, nondum ex animo temporalia contemnent; ignorantes, quid sit verè abdicatiois mysterium. Sim. de Cass. l. 14. Jo. 21.

TITULUS VIII. CELERITAS AD BONUM.

Ex Veteri.

IN principio. Gen. 1. 1. Id est, ex Hebr. *primum omnium, ante omnia*. Arguitur hic nostra in Dei obsequio tarditas. Ferandus hic sect. 1.

Non respexit Dominus ad munera illius. Gen. 4. 5. Non solum quia viliora obtulit, sed etiam quia tardius: *factum est autem post multos dies.* v. 3. Paoletti in festo Epiph.

Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, & ait: nequaquam ulsra maledicam tibi propter hominẽ. Gen. 8. 21. Non præstantiã, sed maturitate, sacrificii, ira Numinis exarmata est. Ut primum licuit, litavit. Non rot portenta stragis exploravit; non pecus delegit, quod in suum, natorumque, usum retinet; non feras amandavit in sylvas, non mapale construxit; non bibit, non spatius est, post diuturni carceris pædorem, & otium; non agros excoluit; sed sacrificavit. Tanti momentu erat sine morã ab arca ad aram accedere. Plus certè aræ senis debemus, quam aræ: nam in arca pauci, ait Petrus 1. c. 3. 20. *id est, octo anima salva facta sunt*; at per aram mortales omnes securitatem nacti: *nequaquam ulsra maledicam.* Oliva ser. 2. Dom. Pass.

Affer mihi cibos de venatione tua. Gen. 27. 25. Esau, & Jacob, cibus matris benedictionem sibi nancisci curat; sed Jacob, diligentia matris adjutus, felinus, & alacer, matutinos

cibos infert patri. Accipit lætus pater, & benedictionem Jacobo refert. Sed an non & Esau parat cibos patri? parat; sed in parando tardat. Bæza t. 2. l. 11. 8. §. 2.

Dimite me; jam enim ascendit aurora. Gen. 32. 26. Nondum incaluerat dies, & jam Deus certaminum satur discedere parat, & athletam suum in pace valere jubet. Unde hæc tam cita victoria Jacobo nascitur? nisi ex eo, quòd prævenit in maturitate solem Id. ib.

Israel cursor velocissimus fuit. 2. Reg. 2. 18. Asacles sunt, qui procurant alacres ad quævis charitatis officia; qualis fuit Cardamas, quem S. Paulinus ep. 5. ad Amandum Asaceli comparat: positus est, inquit, in tantæ ministerio charitatis, ut in libertate serviat, in senectute discurrat, & requiem vacationis emeritæ malit in peregrinationis labore consumere, quam in domelluca sede &c. Corn. hic.

Si occurreris tibi homo, non salutes eum. 4. Reg. 4. 29. Cur Eliseus vetuit quemquam salutare? S. Ambr. in c. 6. Luc. pulchra est salutatio, sed pulchrior divinorum præceptorum maturior executio, quæ per moram sæpe trahit offensam. Paoletti in festo Epiph.

Nunquid mittes fulgura, & ibunt; & revertentia dicent tibi, adsumus? Job. 38. 35. Describit Dominus promptitudinem suorum famulorum: mei servi, inquit, sunt sicut fulgura, sic parati, expediti, celeres, ut mox eant, quò à me mittuntur. Sunt fulgura, non tonitrua:

trua: illa enim momentò totò cœlo lucem effundunt; ista tardius multò agunt, & non nisi post tempus tonant, & audiuntur. Eunt; & antequam respondeant, *adsumus*, jam opus perfectum est. Fernandus in Gen. 1. f. 1.

Filii hominum usquequò gr̄ avi corde? ut quid diligitis vanitatem? Pf. 43. Quid levius vanitate? quid inanitus rebus humanis? gravat tamen cor, ut violenter rapiat cœlum, ut currat in mandatis Dei. Pudeat hominem, tam tardum esse in servitio Dei! à quo tam celeriter *prævenitur in benedictionibus dulcedinis*. Pf. 20. 4. & Pf. 58. 11. *Deus meus! misericordia eius præveniet me*. Id. ib.

In portis nostris omnia poma. Cant. 7. 13. Cur in portis? ut furi pateant? Hebr. phrasi in portis esse, est in promptu habere. Sicut Caino dictum est Gen. 4. 7. *peccatum tuum statim in foribus aderit*. Significat igitur promptitudinem ad faciendum, quæ Deo placent. Fatuus fat erat, oleum in foro esse de Ponte. hic.

In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Eccl. 31. 27.

Sex ala uni Jf. 6. 2. Ut quid tot alæ velocissimis spiritibus? duæ sufficerent. Dicam alæ cœlestis ephēbi sunt, & divinæ majestatis Legati; idèò duæ: alæ, id est, ut celeritatem avium ordinariam, habere non sufficit; sed senis opus, & velocitate extraordinariâ, ad obsequium Dei triplicatâ. Paoletti in festo Epiph.

Ex Novo.

Magister, sequar te, quocumque ieris. Matth. 8. 19. Debebas dicere, sequor te, Oliva f. 2. D. Pass.

Abiit in montana cum festinatione. Luc. 1. 39. Docet festinatum iter in montes; ardua adiri oportere ferventius; nec retardandum cursum, cum ad aliena commoda pergimus. Oliva 1. 13. Strom. hic.

Et venerunt festinantes. Luc. 2. 16. Ut Christum inveniant, festinant; &, quia festinâ-

runt, non solum pueri aspectu, sed Virginis quoque, & Joseph, modestiâ recreati sunt. Præmium hoc acceleratæ pietatis. Id. ib.

Zachæe festinans descendere. Luc. 19. 5. Ille præcucurrit; festinatio ejus meruit accelerationem gratiæ. Paoletti in festo Epiph. Quid Zachæum ad Christi epulum attraxit? festinatio: *festinans descendit; ecce do, reddo*. Quod *et ipse filius sit Abrahæ*. v. 9. Sicut Abrahæ cunctatus nunquam est; seu domo egredi juberetur, seu filius posteretur ad cadem, seu angelos exciperet; ita avitæ festinationis æmulus Zachæus, Oliva f. 2. D. Pass.

Pater! in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. 46. Cur non potius carnem commendat clavis perfossam, flagellis laniatam? aut carnem cum spiritu? Matth. 26. 41. *Spiritus quidem promptus est*. Caro tarditatem demonstrat; spiritus autem promptitudinem, & celeritatem. Paoletti in festo Epiph.

O stulti, & tardi corde! Luc. 24. 25. Abjicienda est tarditas, quæ vitium non festinat expellere, nec nititur adhibere virtutem. Vituperanda tarditas ad expediens, ubi mors non sua molimina tardat, & natura tempore, & vitâ, propter procedit ad finem; & nihil silit in rebus, quod, suis legibus à Deo positus, velocitate non pergat. Sim. de Cassia 1. 14.

Qui prior descendisset. Jo. 5. 4. Ad motum piscinæ probatiæ unus tantum curabatur, & qui prior descendisset. In hoc, quòd unus, & primus, sanatur. *Unus accipis bravium*. 1. Cor. 9. 24. Hugo Card. hic.

Velocitas fervens est, & omnia ferventiora, velociora; omnia frigidiora, tardiora. S. Aug. in Pl. 147.

Quantumcunque festinent homines in exequendo, quod faciendum nõrunt, vix fugiunt, quin rationem reddendam morarum habeant. S. Xav. 1. 5. ep. 2. S. Patri Ulis siphone.

TITULUS IX.

CHARITAS ERGA DEUM.

§. I.

Figure, & Symbola.

Ex Veteri.

Offerentes coram Domino ignem alienum. Lev. 10. 1. Erat in atrio tabernaculi; putâ in altari holocaustorum, ignis sacer è cœlo lapsus; quem Deus jufferat foveri, ut eò solò uterentur ad sacrificia, & thymiamata. Vide c. 9. 24. Erat in eodem atrio ignis profanus; & communis, quò utebantur ad coquendas carnes hostiæ pacifiæ, & hostiæ pro peccato; quibus velebantur in atrio, partim Sacerdotes

partim Laici offerentes; hoc usi Nadab, & Abiuh. Ignis alienus est quævis cupiditas, quæ igni sacro, id est, Charitati est contraria: Charitas enim est ignis de cœlo missus, & animæ à Deo inditus. Corn. hic.

Erue me à circumdantibus me. Pl. 31. 7. Sancta anima, divini amoris spiculis vulnerata, cum anhelare in Deo coeperit; cum ad supernam se patriam per desiderium extendit; ad tentationem ei videtur, quidquid in hoc sæculo amicum antea, blandumque, putabatur. S. Greg. in Pl. pœnit. hic.

Ambulabam in latitudine. Pl. 18. 45. Id est, in charitate, quæ diffusa est in cordibus nostris. S. Prosper hic.

Cum dilatasti cor meum. Pf. 118. 32. Quid est cor dilatatum? nisi cor amore fervens, charitate repletum: per charitatem ergo cor dilatatur. Hugo à S. Viçt. tr. de laud. char.

Nolite me considerare, quod fusca sum. Cant. 1. 5. Symbolicè fol accendens, & quasi denigrans animam, est charitatis æstus; quò quasi tabescit anima, cum videt Dei offensas, & animarum perditionem, juxta illud Pf. 118. 139. *tabescere me fecit Zelus meus.* Corn. hic. S. Humbertus serm. 46. ad moniales nigras: hujusmodi color attestatur calori charitatis: caloris enim est inducere nigredinem; sicut patet in domibus, in quibus sit ignis magnus, & continuè, qui denigrat domum à fumo. Et felix, quæ dicere potest: *fusca sum, quia decoloravit me sol*, scilicet amor Christi, quia pro ejus amore solo tali habitu sum vestita.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Hebr. *vexillum ejus super me Charitas.* Sept. *vexillum ejus super me sit Charitas*; id est, vexillate, ordinatè super me charitatem. *Ordinavit ergo in me charitatem*, nihil aliud est, quàm si dixisset: statuit me sub vexillo charitatis, jussit me in hoc ordine militare. Bene dicit, *ordinavit*: quia, ut ait S. Aug. l. 15. c. 25, de Civ. nihil est aliud perfectè, & veta virtus, quàm ordo amoris. Vatablus vertit: *cujus* (sponsi) *vexillum erga me est dilectio*. Solent enim duces vexillò post se trahere milites; ita sponsus sponsam amore, tanquam vexillò, ad se, suaque caltra attraxit. Corn. hic.

Emissiones sua paradisos matorum Punicorum. Cant. 4. 13. Pro malo Punico per translationem charitas intelligitur. S. B. Theodoret. hic.

Dabo tibi poculum ex vino condito. Cant. 8. 2. Deus potat animam vinò charitatis, & inebriat eam nectare sui dulcis amoris. S. Bonav. diat. sal. c. 25, de charit.

Vinum, & musica, laticat cor; & super utraque dilectio sapientia. Eccl. 40. 20. Appositè confertur, & præfertur, dilectio sapientia, vino, & musica: quia ipsa est spirituale vinum mentem inebrians, & spiritualis musica animam oblectans. Nota: dilectio sapientia, propriè est dilectio virtutis; inter virtutes autem primas tenet Charitas, juxta illud Eccl. 1. 14. *Dilectio Dei honorabilis sapientia.* Corn. hic.

Præceptum fuerat Ezechiel c. 4. 6. ut dormiret super lazus sinistrum; & postea, ut dormiret super lazus dextrum. Advertendum, utrumque lazus quid significet. Duo sunt, in quibus vel ad bonum, vel ad malum, dilatatur cor, charitas scilicet, & cupiditas. Charitas est lazus dextrum, cupiditas est lazus sinistrum. Dormit in dextro latere, cujus cor dilatatur in charitate; in sinistro verò dormit, qui fræna suæ cupiditatis in avaritiam usquequaque porrigit, Petr. Cell. c. 18.

Ex Novo.

Inventa una pretiosa margarita. Matth. 13. 46. Hæc est pretiosa margarita, Charitas, sine qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris; quam si solum habeas, sufficit tibi. S. Aug. in ep. S. Jo. tr. 5.

Esurit. Matth. 21. 18. Esurit Jesus semper in justis, volens manducare fructum Spiritus Sancti in eis: & sunt ejus esca, ut ita dicam, ficus; quas esuriens edit, id est, charitas ejus, qui eam fructificavit; qui primus fructus est Spiritus Sancti, & gaudium, & pax &c. Orig. tr. 16. hic. Unus de fructibus Spiritus Sancti charitas est. Hujus tempus est, quando non est difficile fructum reddere charitatis, & diligere diligentem; & est quidem fructus iste Spiritus Sancti; tamen in tempore suo. Orig. tr. 16. in Matth.

Si quis sitis, veniat ad me. Jo. 7. 37. *Hoc autem dixit de spiritu &c.* 39. quem? nisi spiritum charitatis, quem Mundus non potest accipere. Drogo ost. l. de creat. & red. primi hom.

Svadeo tibi, à me emere aurum. Apoc. 3. 18. id ost, charitatem, luce intimi splendoris fulgidam, fervore dilectionis ignitam, in Electis meis per fornacem tribulationis probatam. Rich. à S. Viçt. hic. l. 1. c. 11.

Habentes singuli citharas, & phialas aureas. Apoc. 5. 8. Citharis ubi lignò chordæ tenduntur, corpora mori parata: phialis verò corda latitudine charitatis patula designantur. V. Benda. hic.

Ex Patribus.

Charitas oleo comparatur: nam quomodo oleum omnibus humoribus superius esse cognoscitur; ita charitas omnibus virtutibus sublimior comprobatur. S. Aug. D. 2. post Epiph. l. 2.

Magnæ sunt divitiæ charitatis; sine quâ dives pauper est, & cum qua pauper dives est. Id. ib.

Quomodo arbor, quamlibet pulchra sit, & fructuosa, non potest vivere sine radice; sic quamlibet bona opera perseverare non poterunt sine charitate. Ipsa est enim, de qua Apostolus Eph. 3. 17. dicit: *in charitate radicati, & fundati.* Id. ib.

O quam felix, & beata est anima, quæ charitatem in se habere meretur! charitas sitienti potus est, esurienti cibus, in amaritudine positus dulcedo; in tristitia constitutus vera, & grata, consolatio; fluctuantibus portus, errantium via, peregrinantium patria. Id. ib.

Quomodo oleum à nullo humore premitur, sed diruptis omnibus exilit, & supereminet; sic & charitas non potest premi in ima; necesse est ut ad superna emineat. Id. tr. 6. in Joan. circa finem.

Frigus charitatis, silentium cordis est; flagrantia charitatis, clamor cordis est: si semper manet charitas, semper clamas. Id. in Pf. 37. *Anse te omne desiderium meum.*

Æstas charitas est. Habet & æstas pluvias suas svaves, & uberes. Quid duleius lacrymis charitatis? S. Bern. s. 58, in Cant. Fiet quippe charitas; sed ex amore, non ex mœrore, &c. ibidem.

Charitas est sicut avis generosa, quæ vivit de præda, sicut accipiter, falco, & aquila; ita namque aves nobiles vix, vel nunquam, tangunt terram, nisi quando rapiunt prædam. Sic homines charitatem habentes, bona ista transitoria non tangunt, vel terrena per affectum; nisi quaerendo solummodo simplicem virtutem. S. Bonav. diat. Sal. c. 25, de charitate.

Com.

Comparatur cani bene docto ad venationem: sicut enim canis sequens prædam non sentit spinam; sic qui charitatem habet, & sentit odorem paradisi, quasi non sentit spinam, id est, tribulationem hujus Mundi. Id. ib.

Sicut panis cum omni cibo sumitur; ita charitas cum omni opere debet esse. Idem in Pl. 40.

Tanta charitatis vis est, ut cælo latiore faciat animam. S. Chryl. hom. 44. in Acta Ap. Id. hom. 13. in ep. 2. Cor. Cor Pauli dilatavit charitas. Nihil latius corde Pauli; totum orbem complexum est. *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii, cor nostrum dilatatum est.* 2. Cor. 6. 11.

Si initium vitæ hominum panis, multo magis, initium, & consummatio animæ, panis dilectionis. Reficit panis esurientem, & charitas perficit deficientem. Panis corpus hominis confirmat, sed charitas cor vivificat. Cum pane cætera utiliter eduntur, cum charitate omnia salubriter sumuntur. Specialis hominum cibus panis; singularis virtus animarum charitas. Sinè pane vilis est mensa; sinè charitate contemptibilis est anima. Petr. Cell. l. de pan. c. 23.

Quàm pulchras, & quàm decoras, novit formas depingere dilectio! Caput sphericum, & rotundum, sed aurum in statua sua charitatis; quia intentionem puram, & perfectam, facit Columbinos aspectus subjungit per innocentiam; manus tornatiles per eleemosynam; nasum apertum, & recurvum, per discretionis temperantiam; ubera plena per abundantiam gratiæ; pedes rectos per incessum misericordiæ; corpus totum plenum oculis per circumspeditionem industria. Pingit trinum, & unum Deum in capite, pingit Jesum passum in oculis, pingit librum Evangelii in auribus, pingit flagella in dorso pingit lanceam in latere. &c. Id. l. de cons.

Charitas ventus est suavissimus, & dulciter flat in animas virtutibus aptas; & provehit, & introducit in portum justissimæ, atque sanctissimæ voluptatis: nec infirmitatem generat, sed, quod sanum est, ipsa producit. Sim. de Cass. l. 4. c. 9.

§. II.

Charitatis excellentia, & prærogativa.

Ex Veteri & Novo.

APPARUERUNT GEMINI IN UTERO. Gen. 38. 27. Irenæus, Chrylost. Cyrill. Isid. Rup. dicunt, representari Hebræum, & gentilem, populum. Liceat mihi applicare, quod dicitur de aliis geminis Jacob, & Esau Gen. 25. 24. illum fuisse figuram Electorum, hunc reproborum. Zara posterius natus Jacob, symbolum justorum, & Electorum, qui à peccatoribus & reprobis per Phares natu majorem significatis, distinguuntur coccinò, id est, ignea charitate. *Phares* interpretatur *driviso*. De Ponte in Cant. 4. Exh. 6.

Dimitte me, ut irascatur furor meus. Ex. 32. 10. Hæc (charitas) vita fidei, spei robur,

& omnium intima vis, & medulla virtutum. Nonne hæc est, quæ in Moysæ divinæ justitiæ, & potentiæ, obstans, prævaluit in fortitudine? *dimitte me &c.* Audis *dimitte*? & Deum teneri non dubites; nec aliunde, quàm amoris fortitudine. Rich. à S. Viçl.

In dextera ejus ignea lex. Deut. 33. 2. ardentissima charitas est. S. Rupert. l. 2. in Deut. cap. 9.

Assisit regina à dextris tuis. Pl. 44. 10. Merito regina virtutum Charitas esse dicitur: quia virtutis nomen amittit, qui charitati non famulatur. Rich. à S. Viçl. annot. in Pl. 44. Charitas hæc regina est, quæ à dextris Christi confidet, cum fides stet à sinistris. Gerfon f. 4.

Duxit illos in montem excelsum seorsim. Math. 17. 1. Montes figuratò sensu virtutes scriptura nominat. Omnium porò virtutum apex, ac velut arx quedam, est charitas. Et qui ad summum charitatis verticem pervenit, quodammodo à se excedens, eum, qui cerni non potest, percipit. S. Damasc. or. de transfig.

Charitas Dei diffusa est. Rom. 5. 5. Nullum est istò Dei donò excellentius. Solum est, quod dividit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. S. August. de Trinit. l. 15. c. 17.

Excellentiorem viam vobis demonstro. De te dixit, ô charitas! tu namque es via superexcellens, via supereminens, vias distortas dirigens, vias rectas ostendens, Hugo à S. Viçl. tr. de laud. charit.

Deus charitas est. 1. Jo 4. 8. Hoc privilegium sola charitas habet, ut Deus dicatur, & sit; ita ut nulli alteri hoc convenire possit: non enim dicitur, Deus humilitas est; aut Deus patientia est, sicut dicitur: *Deus charitas est.* Hugo à S. Viçl. tr. de laud. charit.

Ex Patribus, & aliis.

Adde charitatem, profunt omnia; detrahe charitatem, nihil profunt cætera. S. Aug. de V. D. l. 50.

Timor servus est, charitas libera est; & ut sic dicam, timor est servus charitatis. Id. f. 13. de V. Apost. circa finem.

Charitas te domum Domini facit, & Domum domum tibi. S. Bernard. in cœna Dom. lect. 9.

Quid in summa illa, & beata Trinitate, summam, & ineffabilem illam conservat unionem, nisi Charitas? Id. ep. 11, ad Carthuf.

Quid est ordinata charitas? si desiderium est, amor bene currat; si gaudium est, bene quiescat. Hugo à S. Viçl. tr. 2. de laud. char.

Nemo inedia, atque jejunium; nemo, qui à humi se prosterнат; nemo cæteris virtutum exercitationibus, magnum quid se consequi patet; nisi recte fratres diligit. S. Cyrill. Alex. in Joani. l. 9. c. 24.

Sic familiaris est Deo Charitas, ut ipse mansionem habere nolit, ubi Charitas non fuerit. Id. tr. 1. ib.

Charitas virtutum omnium obinet principatum. S. Isid. l. 2. c. 3.

Dilectio

Dilectio Dei morti comparatur, dicente Salomone: fortis est, ut mors, dilectio. Cant. 8.6. Ideo, quia sicut mors violenter separat animam à corpore, ita & dilectio Dei violenter segregat hominem à mundano, & carnali amore. Idem ib. c. 3.

Anima ad imaginem Dei creata esse dicitur: quia, sicut Deus charitas est, sic & ipsa habet ex proprio suo esse, cum in usu liberi arbitrii est, quandam innatam aptitudinem ad amandum; sine qua minimè esse potest. S. Bern. Sen. f. 5. Art. 1.

Nullam aliam virtutem sonat Spiritus Sanctus in corde humano sic illi connaturalem, sicut amorem, & charitatem. Cum Deus creavit animam, ad imag. & similit. creavit illam, scilicet ad imaginem charitatis: quia *Deus charitas est*. I. Jo. 4. Id. tom. 2. f. 3.

Quod in Angelis Seraphinus, in caelis Empeyrum, in astris sol, in elementis ignis, in belluis leo, in avibus aquila, in arboribus palma, in metallis aurum, in gemmis adamas, in membris cor; hoc in virtutibus est Charitas. Doultremann de am. increato in Prolegomenis.

§. III.

Charitas continet omnes virtutes, sanctitatem, perseverantiam &c.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Astitit regina - circumdata varietate. Pl. 44. 10. Quisquis unò quolibet, quamvis pretiosò, delectatur opere, charitatis ornatum non habet, quæ vestitur varietate. Rich. à S. Viçt. annot. in Pl. 44.

Charitas omnia suffert, omnia sperat.

1. Cor. 13. 7. Sicut habens nummum habet omnia terrena, cunctaque ei obediunt; ita qui habet charitatem, habet omnes virtutes, & omnia potest in spiritualibus. Broyard. Charitas.

In charitate radicari, & fundari. Eph. 3. 17. vide hic §. I. ex Patribus sub initium.

Tanta charitatis virtus est, ut ad se omnia trahat; omnesque sibi societ, vindicetque, virtutes. Orig. l. 5. in c. 6. Rom.

O charitas! ordinis regula Electorum, lex universalis universos ligans, virtus virtutum, canon canonum, lex legum, sententia regis regum; quam non solum edidit, vel condidit, jubendo, sed & eduxit, & promulgavit, personaliter docendo, & adimplevit servando. Mater, & origo, legum divinarum; Magistra, & domina, humanarum; rationabilium & æquarum, hostis iniquarum; cujus observantia per gratiam in hac vita initiatur, & continuata usque ad mortem in alia vita consummatur. S. Thom. p. 2. de dil. prox. c. 11.

Consistit principaliter spiritualis vita in charitate; quam qui non habet, nihil esse spiritualiter reputatur. Id. de perf. vit. spir. c. 1.

Charitas clavis est regni, perfectionis mater, virtutum robor, thesaurus incomparabilis, cunctorumque meritorum principium, & finis. S. Laur. Jul. de casto connub. c. 13.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Nunquam sine patientiæ exercitu charitas esse solet; & qualis sit, ostendit patientia. Idem ibid.

O præcella charitas! virtutum radix, flatera meritorum, filiorum hæreditas, cæli, clavis, fortitudo certantium, Angelorum gaudium, paradisi deliciarum, cælestis donum, omniumque delectabilium delectabile summum. Id. f. in festo S. Andreae.

Charitas est sacra Scripturæ compendium virtutum virtus. Id. de inc. div. amor. c. 8.

Diferta quem prudentia, fortisque temperantia, quin universa sanctitas, ornavit; hæc est charitas. D. Fulbertus Carnot. prosa de S. Martino.

§. IV.

Charitas Necessaria, beata, dives, utilis.

Quid voluntate liberius? quid ligatione charitatis astrictius! Deus enim, qui liberam voluntate plasnavit hominem, sibi liberam voluntate conformem, dicitur legem charitatis ad ligationem liberam voluntatis: nec fortasse libertas voluntatem gravaret, si eam charitas non juvaret. Multum voluntatem gravat libertas, quam non trahit sursum divina charitas, sed deorsum humana vanitas. S. Bonav. in Pl. 118. Nisi quod lex tua.

Charitatem vocat matrem animarum S. Ambros. in expos. ep. S. Pauli ad Rom. c. 14.

Non clarescit anima in fulgore aeternæ pulchritudinis, nisi, ut ita dicam, prius hic arserit in officina charitatis. S. Greg. moral. l. 18. cap. 15.

O charitas! quam pia, & quam opulenta! ô quam potens! nihil habet, qui te non habet. Tu Deum in hominem demutate voluisti; tu virginali carceri novem mensibus religasti; tu Adam in Christo renovasti; tu sacram crucem in salutem perditam jam Mundo providisti; tu sola rogari non nosti. Tu cæcorum oculus, tu pes claudorum, tu scutum fidelissimum viduarum; tu melior pupillarum, plusquam uterque, parens. Tibi oculos nunquam ficos esse, aut misericordia permittit, aut gaudium. S. Zenó Veron. serm. de fide, spe, & char.

Quæ major hæreditas? quæ melior hæreditas? quam divinæ vinculum charitatis? quia hæreditas aliquando perit, *charitas nunquam*, dicente Apostolo 1. Cor. 13. 8. *excidit*. Ille dicit filios, qui relinquit filii plenissimam charitatem. S. Chrysol. f. 162.

§. V.

Facilis, amœna.

Media charitate constravit propter filias Jerusalem. Cant. 3. 10. Quid per filias Jerusalem? cum non filios, sed filias dixerit, intelligimus? nisi nos debiles, qui in Ecclesia non viri, sed feminae, sumus: quia contra vitia fortiter non reluctamur, viriliter non resistimus, muliebriter subjacemus. Si

Ff

ergo

ergo per ascensum purpureum ascendere non valemus; saltē charitatem, quæ communis omnibus Electis, quasi in medio posita est, teneamus. S. Greg. hic.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Cant. 3. 9. O Domine! quam pulchrum est ferculum! sed ascensus arduus; quis ascendet per illum? sed nolite diffidere: nam mediā charitate contravit propter filias Jerusalem tenellas, & delicatas; sanguinem in charitatem, crucem in amorem, commutavit. Non exigitur hodie à te Christiane mors, non sanguis, non supplicia: ama, & regna. Quid facilius, quam amare. S. Thom. Vill. Dom. Quinq. Hæc sunt proculdubio tapeta charitatis, quæ mediā humanæ naturæ, & majestatis construuntur, propter sanctarum animarum salutem. Aponius lib. 5. in Cant. In medio charitas sternitur propter filias Jerus., quæ teneris, & infirmis propolita est ad obtinendam salutem. Quis tam tener, ut amare non possit? Hugo à S. Victore. de ferculo Salom.

Jugum meum suave est, & onus meum leve. Matth. 11. 30. Jugum hoc charitas est, & amor virtutibus exhibitus. S. Laur. Just. f. in festo SS. Sim. & Judæ.

Ex Patribus.

Omnibus quæstionibus difficilibus fortior est charitas, cui omnes servire debemus; ut Deus, qui hoc præcepit, omnes nostras difficultates in facilitatem, gaudiumque convertat. S. Aug. f. 121. de diversis.

Per dilectionem copulavit sibi Deus creaturam rationalem, ut ei semper inhærendo ipsum, quò beatificanda erat, bonum, ex ipso quodammodo per affectum fugeret; & de ipso per desiderium biberet, & in ipso semper gaudium possideret. Suge ò apicula! fuge, fuge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suavitatem. S. Aug. lib. de subst. dilect. & charitatis.

Jejunii corpus sentit injuriam, vigiliæ carnem macerant, elemosinæ labore quærentur; sanguis in Martyrio, quamvis ardeat fides, tamen sine dolore, & timore, non funditur. Sola charitas sine labore est. S. Hier. in ep. ad Gal. l. 3. c. 5. ante medium.

Conjunctas molestias cæteræ virtutes habent, ut sobrietas, modestia, vigilantia; invidiam, cupiditatem, despectum. Charitas autem cum lucro voluptatem ingentem habet, laborem nullum; velut quædam frugi apicula, bona undique collecta in amantis animam comportans. S. Chryf. in ep. 1. Cor. 13. hom. 32.

Verè dulcis, & suavis, & cibis charitatis; quæ fessos allevat, debiles roborat, mæstos lætificat. S. Bern. de grad. humilit.

Sapis supra modum cordis palato, quod charitate conditur. Rich. à S. Vict. tr. de 4. gr. viol. char.

Deus noster cibus, & potus est: cibus, quando per cognitionem sumitur; potus, quando sumitur per dilectionem. In cognitione aliquid laboris esse videtur; in qua, quasi cibus, nisi prius masticatus fuerit, non sumitur. Dilectio difficultatem non habet; & facilius intrat in animam boni dilectio, quam occulti cog-

nitio. Hugo à S. Vict. Quomodo Deus cibus, & potus.

Omnem amaritudinem fellis evome, & quòquò pacto volueris, charitatis dulcedinem fume: nihil enim frivius, nihil illà beatius est. S. Isid. lib. de conflictu virt. & vit.

Non habet locum moeror, ubi sancta charitas posuit habitaculum: augmentum charitatis, tristitiæ diminutio est. S. Laur. Just. c. 16. discipl. monast.

Semper omnipotenti Deo magis complacuit amari, quam timeri. Id. ib.

Charitas omnem amaritudinem dulcorat: unde, si modica gutta charitatis posset Inferno misceri, totum infernum dulcoraret. Hugo Card. in c. 4. Prov.

§. VI.

Charitate carere, noxium est.

VAnum est vobis ante lucem surgere. Pl. 126. 2. Lux est charitas, quæ non quarit, quæ sua sunt, S. Bern. 62. in Cant. Plenitudo legis, & cordis, est charitas. Eam rōndum adeptus periculosissime promovetur, quantislibet aliis videatur pollere virtutibus. Id. fert. 13. in Cant.

Si distribuero - charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. 1. Cor. 13. 3. Genus feminans. Lem: frustra à, promissus calò si deficit ignis. Picinelli.

Nihil bonum est, quod non per charitatem fit. S. Chrysof. hom. 19. in ep. ad Hebr. cap. 10.

Sicut insipida sunt fercula sine condimento; & vacua est mensa, in qua non ponitur panis: sic vacua sunt omnia opera nostra, insipida ante Deum, nisi sint charitate condita. S. Bonav. f. 43. fer. 6. Dom. Quinq.

Quid est homo dilectione nudatus, nisi carbonis extinctus, ignis pulchritudine spoliatus. S. Bonaventura ferm. 49.

Sic familiaris est Deo charitas; ut ipse mansionem habere nolit, ubi charitas non fuerit. Hugo à S. Vict. tr. de laud. char.

Sicut primus Mundus deletus est per aquam, quæ est frigida, & purgativa, contra ardorem, & fetorem luxuriæ, quæ illud Sæculum inficiebat; sic finalis Mundus per ignem, qui calidus est, & consumptivus, finiri debet contra torporem charitatis, & frigus malitiæ, & cupiditatis; quæ maxime regnabit in Sæculi senectute. S. Bern. Sen. tom. 2. f. 11.

Sicut Mundus debuit mundari, & purificari per aquam tempore Noe, quia gentes erant nimis calidæ per luxuriam: sic purgabitur per ignem in fine Mundi, propter frigiditatem charitatis. S. Vinc. Ferr. f. 7. in D. 3. adv.

Cibus, quantumcunque delicatus, si trusus comedatur, comedentem lædit; sic nulla virtus bonum nutrimentum dat animæ, nisi igne charitatis coquatur. Ant. de Rampellogis tit. charitas.

§. VII.

§. VII.

Miscellanea.

Oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde. Pl. 30. 13. Mortem hanc, quæ fit à corde, infert charitas; de qua loquitur sponsa Cant. 4. *vulnerata charitate ego sum.* S. Bern. ep. 42.

Charitas non inflatur 1. Cor. 13. 4. Lemma hoc est pro symbolo: vas plenum ipsum tumens. Pizin.

Sicut pars charitatis est humilitas, ita pars humilitatis est charitas. S. Ambr. 84. S. Virg. Demetriadi.

Charitatis venenum est spes adipiscendorum, aut retinendorum temporalium; nutrimentum ejus est imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas. Signum profectus ejus, imminutio timoris; signum perfectionis ejus, nullus timor: quia & radix est omnium malorum cupiditas; & consummata dilectio foras mittit timorem. S. Augustinus lib. 83. *Quæst.* q. 36.

TITULUS X. CHARITAS.

Erga Proximum.

§. I.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri.

Fecit Deus duo luminaria magna. Gen. 1. 16. Tostatus: luminare magnum vocat Lunam; cum, secundum demonstrationes Astrologicas, quolibet astrò visibili, Luna ad minimum octo vicibus minor est? Respond. Abul. luna vocatur magnum luminare, non quantum ad rem, sed quantum ad apparentiam: propinquitatis enim orbis ejus ad nos, in comparatione ad alios orbis facit magnitudinem apparentiam. Vocatur *luminare majus*, quia plus lucis terræ affundit, quam cætera stellas. Did. Niss. l. 2. c. 3. in Phoen. Græc. Bonum communicativum sui.

Lignum vite in medio paradisi &c. Gen. 2. 9. In paradiso æternus Pater scientiæ arborem tibi seposuit; & in paradiso Ecclesiæ Filius æternus charitatis arborem suam esse voluit, cui literis aureis inscripsit: *mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.* Jo. 13. 34. magno tamen discrimine: ejus usus sub pena mortis inhibitus; hujus præceptus sub amissione vitæ: *qui non diligit, manet in morte.* 1. Jo. 3. 14. quam Christus D. tantâ curâ coluit; ut non multo tempore ramos ab affinium angustis ad immensos limites immicorum propagaverit; complexa etiam eos, qui vitæ, & honori insidiantur. Oliva t. 1. conc. 27.

Suspice cælum, & numera stellas, si potes; sic erit semen tuum. Gen. 15. 5. Antea dixerat: *fasciam semen tuum sicut pulverem terræ.* Gen. 13. 16. Quia Abraham erat bonus, & malos, liberos habiturus. Terrestria non moventur, nisi ob propriam utilitatem; celestium autem corporum motus sunt ob inferiorum utilitatem; de illis Philipp. 2. *omnes, quæ sua sunt, quarunt.* Diez. D. 6. Epiph. c. 2.

Cur Electus populus vocatus est *Israël*, quod nomen Jacob accepit in lucta? Gen. 32. 28. Cur nomen non accipit ab Abraham &c. & si à Jacob, cur non dicuntur Jacobitæ? In illa lucta erat Jacob orationi intentus; ut exponit Oseas 12. 4. *flevi, & rogavi eum*, non solum pro se, sed etiam pro filiis suis, ut tradit S. Bern. l. 6. de orat. Et cum Jacob ob suam petitionem nollet dimittere angelum, *tergix nervum femoris ejus; & statim emarcuit.* Gen. 32. 25. adeo nomen hoc totus populus accepit, in venerationem illius operis; quod pater eorum, & dux factus, aliquid de suo pro filiis perdidit. Sylveira in Math. 5. *quæst.* 10.

Asinus, 1. Reg. 8. 16. qui ingenitâ mansuetudine, & hominum necessaria, & ipsos homines portare consuevit, amorem fraternæ utilitatis accommodum designat. Bos autem; cui, non solum imposita caro onera gestare, sed & arva, vertendo sulcos, seminibus præparare, moris est; eos nimirum, qui non modo fratrum infirma tolerare, verum eorundem pigrescentia corda castigando evertere, & ad suscipiendum verbi semen excolere, demonstrat. V. Beda in Reg. l. 2. c. 5.

Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Pl. 103. 30. Quæ inveteratur in hyeme propter frigus; sed in fervore ætatis, id est, charitatis renovatur. Hugo Card. in Jo. c. 13.

Calicem salutaris accipiam. Pl. 115. 13. Accipere calicem salutarem, & invocare nomen Domini, hoc est satiari charitate; & ita satiari, ut non solum non oderis fratrem, sed paratus sis mori pro fratre. S. August. in ep. S. Joann. 5.

Decoloravit me sol. Cant. 1. 5. Decolorari à sole, est ignescere charitate fraternâ; flere cum flentibus; cum infirmantibus infirmari, uti ad scandala singulorum. S. Bern. l. 28. in Cant.

Ex Novo.

Par turturum, aut duos pullos columbarum. Luc. 2. 24. Eris procul dubio columba speciosa, si fraternam servaveris charitatem; nulli malum pro malo, maledictum reddendo pro maledicto. S. Laur. Just. serm. in Purif. B. V.

Miste illos binos. Luc. 10. 1. Cur binos? Respond. Orig. Theophyl. Bonav. Dion. Carthuf. ut alter alteri esset auxilio, solatio, consilio, excitemento. Eccl. 4. 9. *melius est duos esse simul.* Sic Christus Petrum, & Joannem, mittit ad parandum Pascha. Luc. 22. 8. Sic duobus Emanuntinis apparet; sic Petrus, & Joannes, sapte sociati. Sic in monte Thabor Moyses, & Elias, loquentes cum eo; ob testimonium à Lege, & Prophetis. Sylv. hic. q. 7. Ad falsamentum tenendæ societatis, ut unus relevetur ab altero. Simon de Cass. l. 9. c. 26.

Oves meæ vocem meam audiunt. Jo. 10. 27. Pacificum animal novimus esse; neque habet discerpentes, neque laniantes, dentes; neque novit aliquem ledere ex aliqua sui parte; plus affert, quam auferat; duas habens tunicas, pellem, & lanam, alteram sibi permittit auferri sicut dictum est Luc. 3. 11. *qui habes duas tunicas, det non habenti.* Tota in usu utilis est; ut nec quidquam in exterioribus, seu interioribus sit, quin possit ad bonum, & ad pulchrum, & aptum usum inferri; nec etiam stercus ejus à medicina, & utilitate, vacet. Sim. de Cass. l. 1. c. 44. Inter omnia animalia est ovis magis benefica: nam facit nobis misericordiam lanam se exuendo; dat lac ad comedendum, & etiam agnos. Eritius oves Christi, dando lanam, scilicet bona temporalia; lac, id est, bona interiora, & spiritualia. In Legenda S. Martini legitur: quod semel admirans de ove attonsa discipuli quaesierint, quid miraris? qui dixit: hæc ovis complevit præceptum Evangelii: *qui habet duas tunicas, det unam non habenti.* Luc. 3. 11. S. Vinc. Ferr. s. 1. fer. 2. post Invocavit.

Erat tunica in consiliis desuper contexta. Jo. 19. 23. Quæ est ista tunica, nisi charitas? in ipsam fors mittitur; nemo illam dividit. S. Aug. in Ps. 21.

Ex Patribus.

Tolle ex usu hominum benevolentiam; tanquam solem è Mundo tuleris. S. Ambr. l. 1. offic. quia sine ea usus hominum esse non potest. Apud. Oliva t. 3. conc. 19.

Mundus sphaera est, cujus centrum Deus; linea verò, quæ à centro in circumferentia decurrunt, homines sunt inter se; & quò magis à centro, magis inter se quoque distant. Ità homines, quò magis per amorem Deo conjunguntur, magis etiam inter se copulantur. S. Doroth. Doctr. 6.

Quali vinculo anima corpori jungitur, tali dilectione justum est, ut proximis jungamur. S. Honor. serm. in Quinquages.

§. II.

Motiva

Primum

Charitatis excellentia & dignitas

Ex Veteri, & Novo.

Pulchra es amica mea. Cant. 6. 9. *Sept. pulchra es proxima mea, sicut ipsa benevolentia.* Nyss. in Cant. pulchra, sicut ipsa benevolentia, quæ aliis hoc fit, quod Christus humano generi fuit.

Vidit duos fratres. Matth. 4. 18. Nihil apud Deum tanto in pretio est, quam charitas; ob quam & homo factus est, & ad mortem usque obediens. Eaque de causa discipuli illi, qui primi ab eo vocati sunt, duo fratres extiterunt. Ex quo statim per ipsa initia sapientissimus Salvator illud indicavit; se discipulos suos omnes fraterno amore copulari velle. de Arcones in Jf. 3. v. 5. Disc. 1.

Erit magnus. Luc. 1. 15. Vocatur magnus, qui dicitur parare Domino plebem perfectam, & non sibi, ut notat Hugo. Qui non de se, sed aliis, agit, verè magnus dicendus est. Sylv. hic q. 20.

In signum, cui contradicetur. Luc. 2. 34. Per charitatem debemus esse tanquam immobile signum, contra sagittas castigationum divinarum. S. Bonav. s. 2. D. infra Ocl. Nat.

Da mihi portionem substantia. Luc. 15. 12. Beati filii! quorum tota est in patris charitate substantia; beati! quibus manet tota in obsequio patris, in patris cultura, possessio. Cæterum facultates unitatem scindunt, fraternitatem separant, cognationem spargunt; parentum perdunt, & violant charitatem. S. Chrysol. s. 1.

In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. &c. 1. Jo. 3. 10. Dilectio ergo sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi; respondebunt omnes Amen. Content omnes Alleluja, baptizentur omnes, intrent Ecclesias; non discernuntur filii Dei à filiis diaboli, nisi charitate. S. Aug. hic tr. 5.

Et vidit alterum angelum habentem signum Dei vivi. Apoc. 7. 2. De hoc solo Angelo dicitur, quòd habeat signum Dei; quòd non dicitur de aliis quatuor, qui tenebant ventos, ut nocerent terræ, & mari: quia hic Angelus venit benefacere, & custodire Electos. Quia nota, & signum, Dei vivi est, benefacere cunctis, & protegere à malis. Sylv. hic tom. 3.

Nolite nocere &c. Apoc. 7. 3. & Ezech. 9. Hoc signum debet esse in fronte: vult enim Dominus, ut exterius ostendatur signum dilectionis, quæ est in corde; contra eos, qui dicunt: ego diligo illum, sed non volo loqui illi. Hugo Card. in illud Jo. 13. in hoc cognoscent omnes &c.

Ex Patribus.

Nihil adeò potest nos Christi imitatores efficere, ut erga proximum cura, S. Chryl. in 1. Cor. hom. 25.

In hoc cognoscent omnes, verè oves Christi esse, si dilectionem simplicem, & sanctam, habuerimus ad invicem. S. Martialis Ep. Lemovic. ep. ad Tholosanos c. 16.

Charitas inter virtutes est, quod sol inter stellas: omnibus enim suam claritatem, & bonitatem, distribuit. S. Franc. Salef. c. 9. Charitas facit, & complet, omnia opera aliarum virtutum. Id.

Charitas est vestis Joseph consita omni virtutum varietate. Id. ib.

Card. Bellarminus, cum à quodam amulo in omnibus penè sententiis suis carperetur, & refutaretur, idque assidue; continuo tacebat. Mirantibus aliis, & rogantibus, cur se, suaque dicta, & honorem Cardinalium non tueretur? respondit: melior est uncia charitatis, & pacis, librà victoria. Corn. in 1. Petri c. 2.

Quamvis multum jejunes, quamvis elemosinas largiter tribuas, quamvis templum assidue ingrediaris, jugiterque ores, quamvis coeleste illud sacrificium quotidie in altari offeras; si fratrem odisti, non es de numero filiorum Dei: charitate filii Dei à filiis diaboli fecernuntur. Blossius, par. an. c. 31.

§. III.

Motivum secundum.

Charitatem DEUS zelat, & ulciscitur pro honore suo.

Ex Veteri.

Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. Ita tonuit, & excanduit Deus, occiso Abele.

Blasphemus ille in Deum, Levit. 24. 14. & maledictus in Moysen, apud hunc accusatus; de cuius supplicio cum Deum Moyses consuleret, sic respondit, juxta Sept. educ eum, qui maledixit, extra castra, & lapides eum populus universus. Ifid. Clarius: Deus, cui sui cura sunt, magis voluit ulcisci injuriam Moysis, quam propriam contumeliam; ideo dixit: educ maledicum; & non dixit, educ blasphemum. Mendoza in 1. Reg. c. 3. Annot. 1. sect. 1.

Idololatra Labano cum armatis Jacobum in sequenti Dominus sit obviam in itinere. Gen. 31. 24. cave, inquit, ne quisquam asperè loquaris contra Jacob. Cum videas occupatam Nabuthi vineam suo rigasse sanguine Jezabelem, 3. Reg. 21. 15. 23. cum nulla Reginarum apud Salomonem vel solis lacrymis accensos idolis tholos extinxerit; fatere, Deum suas negligentius ulcisci injurias, nostras severius. Quin & Roboam regno non excidit, nisi ubi sæviturum se dixit in populum scorpionibus. 3. Reg. 12. 14. Pater meus caedit vos flagellis &c. Resessitq. Israel. v. 19. Ergo non simulacris Salomonis, sed Roboami scorpionibus, Davidis domus est eversa. Poterat regnare Roboam, septus licet idolis, si plebis oppressionem abstinuisset. Oliva. l. 2. Strom. ibid.

Nunc ergo vade, & percutite Amalec. 1.

Reg. 15. 3. Quid criminum admisere? recensus, quocumque fecit Amalec Israeli v. 2. non me læsit, sed vos Ol. l. 2. Strom. 9. 1. filia Jerus. nolito flere &c.

Achab posuit aram Baal. 3. Reg. 16. 32. & coelum itat? & terra non defecit? Unus non ablegatus Elias coelum ultro rore, & pluvia, exhaurit, alias impunè coram Baal Achabo libaturus. Vivit Achab, læsivus, imperat, annonæ quidem caritate laborante plebe; cui etiam opportunè subventum. Ita Dei ira refrigit in regem, rebellantem ab aris suis; exarfit tamen, ubi regis malitia ab aris Domini ad popularis vineta grassata. 3. Reg. 21. 18. &c. Id. ib.

Tibi soli peccavi. Pf. 50. 6. An blasphemasti? si militi tuo injuriosus fuisti tantum, cur te reum agis divinitatis? quòd sciam implacationem mihi Dominum fore, si me in militem injuriosum fatear, quam in te: suas enim promptius injurias condonabit, quam militis mei. Sapis David! Oliva. l. 2. Strom. ibid.

David Pf. 105. 7. enumerat plura peccata Israelis contra Deum, nulla tamen poena adest; dum verò Moyses, & Aaron, irritantur, tunc Deus irascitur, & vindictam sumit v. 16. 17. Removit Deus à primis pravicatoribus mortem, quam minatus Gen. 2. 17. Gen. 6. 13. verò: finis universæ carnis venit. Quare hi, non illi, puniuntur? Rationem dat textus: repleta est terra iniquitate à facie eorum. v. 13. Chald. repleta est terra rapinis. S. Chrysof. repleta est terra injustitiâ ab eis. Sylv. in Luc. 24.

Sprevère Israelitæ Deum, blasphemaverunt urbem, agnosque, idolis. Lavamini inquit, Deus, quiescite ager & perverse. If. 1. 16. Et quid agent blasphemii, ut vel quiescant à scelere, vel sanctimoniam acquirant? thuribula sanè conflanda sunt, idola distlanda. Audi: a. s. te ben facere, quarire induciti. subvenite oppresso, v. 17. Non imperatae victimæ, non reparatio templi, non jejunia, & iaccus. Quatuor jubet poenitentes: subfelliorum æquitatem, levamen oppressorum, pupillorum tutelam, & patrociniū viduarum. Quæ omnia, non in Numinis cultum, sed in Reip. utilitatem redundant. Idolorum pene oblitus est, dum pupillorum meminit. Oliva. l. 2. Strom. ibid.

Non obfuerat Ninivitis Jonas, sed defuerat. Jon. 4. 1. Deo penè insultavit: & iratus est. Hujus tamen offensæ carnifex vermiculus est, arrosor cucurbitæ; illius noxa vindex est cerus c. 2. 1. Oliv. ib. Director templi Heliodorus virgis dire conficissus; sed cuius æs rapere voluit. 2. Mach. 3. 26. Ostendit deposita esse hæc, & victualia viduarum, & pupillorum. v. 10. & tamen 2. Mach. 6. 1. 2. &c. leges plagarum expertem senem antiochenum, qui regis jussu Sionem, aris, mensisque occuparat; in quibus suillâ inquinarentur Israelitæ. Id. ib.

Ex Novo.

Cum offers munus suum ad altare &c. Matth. 5. 23. O admirabilem benignitatem! atque ineffabilem erga homines Dei amorem! honorem suum despicit, dum in proximo charitatem

FF 3

tequitur

requirit. Interrumpatur, inquit, ministerium meum, ut tua charitas integretur; sacrificium mihi est fratrum reconciliatio. S. Chryl. hom. 16. in Matth. c. 5. Cur non prius acceptet Dominus oblationem factam, & postea remittat ad reconciliandum cum fratre? nam sacrificium imperfectum relinquere, apud omnes nationes grave piaculum erat? Quia in hoc negotio Deus nullam dilationem patitur. Sylv. hic q. 12. Contemnit Deus proprium honorem, tantum ut nos diligamus. Theophyl. hic.

dictum est antiquis, non occides. Matth. 5. 21. postea verò v. 33. *dictum est antiquis, non peiurabis.* De suo honore posterius, quam de ira hominis, & alienâ injuriâ, meminit. Veloso in Juditha. paran. 9.

Hypocrita! bene prophetavit &c. Matth. 15. 7. Cur acriter increpat Pharisæos, cum tamen in Passione quasi agnus coram tondente se obmutasset. Il. 53. 7. In passione opprobria, ac tormenta, in ipsum inferebantur; in præsentem verò calumnia, & accusatio, in Discipulos tendebat: facilius suam, quam alienam fert injuriam. Sylv. hic.

Serve nequam, omne debitum &c. Matth. 18. 31. Vide, quomodo declarat excellentem ejus malitiam. Verè hic videre licet, quantum malorum sit injuriarum reminisci. Quoniam cum decem millia talenta consumpsisset, non vocavit eum malum; sed nunc, quia conserve suo crudelis fuit. S. Chryl. in Gen. hom. 27. Magna, & ineffabilis Dei misericordia! cum in se quidem peccatum est, ad nudas tantum preces totum remittit; cum autem in conserve videt crudelem, & inhumanam, suam revocat liberalitatem. Id. ib. Vocans eum Dominus ejus, dixit ei, quod non dixerat prius. Ut enim pius, & misericors rex, non dixit antea sibi oblato, tanquam debitori talentorum multorum, *serve nequam*, & male; hoc enim reservavit, ut non de pecuniis, sed de conserve misso in carcerem diceret. Orig. hom. 7. in Matth.

Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis. Matth. 21. 41. minatus est Pater, ubi ejectus extra vineam filius est, & crudeliter ab agricolis occisus. Paratur ultio; ita tamen, ut futura tantum pronuntietur. Ubi verò audit, retentos ab invitatis servos, & occisos; raptim suis contractis copiis, omnia cæde, flammisque, vastavit Matth. 22. 7. *Rex autem, cum audisset, iratus est &c.* Cum agit de homicidis filii, *perdet*, ait; cum de cæde servorum, *perditur*. Illi mali vocantur, hi dicuntur homicidæ. Ad eò severior de occisis nuntiis, quam de jugulato filio, apud summum Patrem est sententia. Oliva l. 2. Strom. cit.

Rex autem cum audisset, iratus est. Matth. 22. 7. Cur non etiam perdidit invitationis contemptores? *illi autem neglexerunt.* &c. plus in servis suis, quam in seipso læsum ostendit. Adæ delinquenti contra Numen dicitur: *maledicta terra in opere tuo.* Gen. 3. 17. Caino verò fratricidæ: *maledictus eris super terram.* Gen. 4. 11. Esob. t. 5, prophet. Chr. t. 6. Obs. 6.

Matth. 27. 31. *Diliges Dominum DEUM tuum.* & nihil additur; sed Matth. 5. 44. *diligite inimicos, ut sis filii Patris &c.*

Intravit in quoddam castellum. Luc. 10. 38. Ministrabat Martha, Magdalena auctabat; nullas tamen fuit in eas charitatis notas Jesus impressit, non eas fertur dilexisse; quin Martham objurgavit profusioris in cœnam studij. Egrotat deinde Lazarus, assident languenti sorores, fovent astuantem, mittunt tabellarios ad Christum pro fratre: *Domine, ecce, quem amas, infirmatur.* Jo. 11. 3. Addit Joannes: *diligebat autem Jesus Martham, & sororem ejus Mariam.* Christus vos diligit? gratulor. At cur non illas dilexisse scribitur, cum ab eis honorifice exciperetur in Bethania? cur Magdalenam non dilexit in domo Pharisæi, ubi ab ea se amari, dixit multum Luc. 7. 47. Effuso in se unguento, & hospitalitati quinque pro fratre exarata à sororibus verba Christus antetulit: ut testaretur, gratiora sibi esse obsequia quæ suis, quam quæ sibi impendimus. Quod si illæ & fratri ministrantes, & in serico, violæque languentem foventes diligere meruerunt à Christo; nos, qui putrescentibus in faeco, & stipula, blandimur agricolis, & mendicis, quid, rogo, à Christo accipiemus corbonarum? Oliva l. 2. Strom. §. filia Jerus.

Flevit super illam. Luc. 19. 41. Non Jerusalem, sed te, desero Christe. Titus, & Vespasianus, non adeo erunt crudeles in ejus destructione, quam illa erit atrox, & immisericos, in tui occasione. Tu flagellis, ac tormentis, obrueris. In illa lapis super lapidem non manebit; verum in tua carne illa nec guttam Sanguinis relinquet, & te ad terram polternet, Paoletti D. 9. Pent.

Nolite flere super me. Luc. 23. 28. Lugeere illis licet murorum futurum post annos 40. excidium; & Deum suum jam jam in cruce mortuorum flere non debent. Oliva ib. §. filia Jerusale. &c.

O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt propheta &c. Luc. 24. 25. de morte scilicet, & passione Christi. Unde mox subdit: *nonne hæc oportuit pati Christum?* v. 26. Atqui etiam Christus sæpe de sua morte locutus; cur ergo eos non reprehendit, quia non crediderunt verbis ejus, sed solum, quod non crediderint Prophetarum oraculis? Resp. Magis gravatur Christus injuriis suis illatis, quam illis, quæ ipsimet inferuntur. Sylv. hic.

Si ergo me queritis, sinite hos abire. Jo. 18. 8. De me facite, quod lubet, lacerate me, torquete, occidite; sed horum ne capillum tangatis. Quam sollicitus est de suis, quam parum de se! Paoletti D. 9. Pent.

Qui prius blasphemus fuit, & persecutor, ait de se Paulus. 1. Tim. 1. 13.

Saule, saule, quid me persequeris. Act. 9. 4. id est, ut explicat cum PP. S. Aug. tr. 10. Persecutorem suum, vocavit persecutorem membrorum suorum.

Cruci affixus, flagellatus, &c. Siluit, nec tortoribus verbum dixit; nunc verò de cœlo exoptulat injurias suis illatas. Did. Stella in Luc. 7.

Vide tit. Injuria. Misericordia.

§. IV.

*Motivum tertium**Charitatis utilitas propria.*

Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Pl. 132. 1. S. Thom. Vill. concione pro expedit. Christianorum: bonum, & jucundum est, charitas sola; hoc privilegium quippe soli charitati reservatum est, ut, cum sit non solum bonum, sed maximum omnium bonorum, sit quoque jucundissimum: omnis quippe alia virtus poenam habet annexam.

Per omnia omnibus placeo &c. 1. Cor. 10. 33. Ecce modus optimus placendi omnibus; si omnium utilitas, non privatum commodum procuretur. S. Thom. hic.

Duo, qui se sanctò amore diligunt, etiam si unus in Oriente, alius in Occidente, ita in charitate conglutinante junguntur, ut nunquam ab invicem separentur. S. Aug. f. 2. de charit. Dom. 2. Epiph.

Incommoda separationis charitatis copulâ suppleatur; quæ neminem patitur nobis esse absentem, neminem non familiarem. Eâ nihil est diffusius: par enim est latitudo charitatis, & Mundi. Facile est, ut diversi littoris cultores charitas uniat, quæ unam Rempublicam, terram fecit, & cœlum. Hildebertus Turon. Ep.

Est levigamentum quoddam miseriarum, & calamitosæ vitæ, ipsa mutua, & vicissitudinalis dilatio proximorum. Sim. de Cassia l. 12. cap. 11.

§. V.

*Motivum quartum**Charitatis communis utilitas.*

Correxisti orbem terræ. Pl. 95. 10. Unicūm præceptum Domini de dilectione, si observetur, totum orbem terrarum corrigit, & in summa pace constituit. Bellarm. hic.

Fiat pax in virtute tua. Psalm. 121. 7. Virtus tua, ô Ecclesia, ô Jerusalem! charitas est; quæ & dives, & fortis es. S. Prosper. hic.

Mandatum novum do vobis &c. Jo. 13. 34. Maldonatus novum, id est, præstans, exitium. Sicut apoc. 14. 3. 4. dicuntur virgines canere Canticum novum; id est, singulare, & exitium. Hæc est illa dilectio, ait Toletus, quam si servaremus omnes; sicut non natio beator ulla est, ita nec ulla foret illa fortior, aut potentior. Corn. hic.

Quis se constituit principem, & judicem, super nos? Act. 7. 27. Fatuè loquitur: ubi enim charitas urget, nullus est necessarius prin-

ceps, aut judex: ipsa charitas cuncta componit; ut supervacaneus sit judex. Sylv. hic q. 17.

Tantum valet junctura charitatis, ut, quamvis multi lapides vivi in structuram templi Dei convenient, unus lapis ex omnibus fiat. S. Aug. in Pl. 39.

§. VI.

*Motivum quintum**Charitas commendata à Christo*

Vox rurturis audita est in terra nostra. Cant. 2. 12. Vox annuntiantis pacem, annuntiantis amicitia veritatem, atque dicentis: *hec est præceptum meum, ut diligaris invicem.* Cassiodor. in prol. ad lib. de amicitia.

Vulnerasti cor meum in uno (alii legunt, *unitate*) *oculorum tuorum.* Cant. 4. 9. In uno oculorum Sponsæ Sponsus vulneratur: quia profectò usque ad mortem crucis afficitur, ut unitas prædicatorum in Ecclesia confirmetur. S. Greg. hic. q. d. Christus moritur, nè charitas moriatur. Nota, quam unionem Christus cupiat: non manuum; quæ, licet sæpe jungantur precantes, sæpius tamen separantur; & dum operantur, una quiescit, movetur altera. Et fieri potest, ut, dum attollitur dextera percussura inimicum, amplectatur læva amicum. Pedes in ambulando, nisi se jungantur, hæremus loco affixi, nisi præcedat alter, sequatur alter. Secus accidit, oculis, quorum tanta concordia, ut nunquam dissentiant, licet se mutuo non inspiciant: quò movetur unus, sursum deorsum, dextrorsum &c. movetur & alter. Omen esset proxima mortis, si alter solus lacrymas funderet. Hæc est unio, quam Christus sanguinis sui pretiò comparavit. Oliva t. 1. conc. 15.

Christus die ante obitum in Sacro Coenaculo Apostolis commendavit, non matrem, non admodum Ecclesiam, sed summopere, & accuratissimè charitatem. Oliv. t. 1. conc. 15.

Saule! Saule! quid me persequeris? Act. 9. 4. Christus jam gloriosus in cœlo, regnans ad dexteram Patris, impassibilis; dolet tamen in Discipulorum laboribus; nec putat sibi caput redimitum coronâ, quia illorum pedes vincuntur ferrò. S. Aug. l. 10. de Sanctis membris positus in terra: caput clamabat in cœlo, & non dicebat: quid persequeris Fideles meos; sed *quid me persequeris?* Oliva t. 3. conc. 19.

Nudus fuit Christus in cruce, qui veste charitatis operiendus est. S. Bonavent. l. 2. Dom. 2. Epiph.

Nascens docuit humilitatem. If. 9. 6. *parvulus natus est nobis.* Vivens docuit pietatem: *misericordiam volui, & non sacrificium.* Of. 6. 6. Moriens docuit charitatem. 1. Jo. 3. *in hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit.* Hugo. Card. in c. 30. Gen.

S. Ma

S. Maximus Abbas Martyr, vini hauſtum, charitatis Symbolum, moriens propinat fratribus, ad eadem eos exhortans. 2. Jan. Boll.

§. VII.

Sententia varia ex Patribus.

Semper debeo charitatem, quæ ſola etiam reddita ſemper detinet debitorem. Redditur enim, cum impenditur; debetur autem, etiamſi reddita fuerit: quia nullum eſt tempus, quando impendenda jam non ſit. Nec, cum redditur, amittitur, ſed potiùs reddendo multiplicatur. — Non ſic impenditur charitas, ut pecunia: quoniam pecunia cum recipitur, accedit, cui datur; charitas verò non ſolum apud eum creſcit, qui hanc ab eo, quem diligit, exigit, etiamſi non recipit; ſed etiam ille; à quo eam recipit tunc incipit, habere, cum reddit. S. Aug. ep. 62.

Qui alii non eſt utilis, dic mihi, quomodo erit Chriſtianus? S. Chryſ. in act. ap. hom. 20.

Quæ amicitia, quæ familiaritas, tantam contrahere unionem poſſet, quantam fidei cognatio? non enim quantam amicus amico debet propinquitatem, tantam nos habere invicem oportet, ſed quanta eſt membri ad membrum. Hæc amicitia, & curâ, aliam majorem nemo unquam invenire poſſet. Id. hom. 14. in Jo.

Cætera quidem omnia tempori cedunt, ac vetuſtatem, ac ſentium contrahunt; ſola autem Charitas ab ejuſmodi detrimento immunis eſt; ac temporis longinquitate non modo non flacceſcit, ſed nè morte quidem ipſâ interrumpitur. Id. ep. 63. Trancylino.

Charitatis debitum, etiamſi ſemper ſolvatur, ſemper debetur. Id. ep. 21. Caſto Valerio.

Hoc ſignò internoſcimur, an Chriſtiani ſimus; cum non ſolum quæ noſtra ſunt, ſpectamus, ſed & membra noſtra perverſa corrigimus, & inſtruimus. Id. in Gen. de Nom. Abraham.

Quid nobis invicem, niſi charitatem debemus? quod utique B. Paulus loquens Fidelibus oſtendit: *nemini quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis.* S. Fulgentius in prologo tr. libr. ad Monimum.

Nihil tam neceſſarium ſervis Dei, tam ſalutare Eccleſiæ; quam charitatem ſervare, quam pacem diligere. S. Chromatius conc. in cap. 5. Math.

§. VIII.

Motivum Sextum

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide nè tu aliquando alteri facias. Tob. 4. 16. De iſta juſtitia omnis pater erudit filium; ex qua non inquietatur hominum vita, Reſpublica clarèſcit in moribus, inimicitia non conſurgunt, onuſtos homines ferrò incedere non oportet; paſſa omnia erunt, nihil firmabitur propter hoſtes,

ubique erit ſecura dormitio. Erit ſupervacua multitudo cuſtodum, ſi nullus alteri conferat damnum. Non erit latro in Sylvis, in inſidiis non morabitur prædo, alienarum rerum ereptor non apparebit in viis. Ut maxima multitudo, unus erit ubique ſecurus. Ante tribunalia non erunt funeſti clamores; nullus ponet de offeſſione, aut de alia oppreſſione, querelam. Vidua non apparebit cum lacrymis, non dehoneſtabitur vultus ejus inter homines, aut opprimentes, vel adjuutores: vultum non aſpiciet advocati, & defenſoris; in cauſa non prætolabitur. Pupillus non indigebit tutore; nulla erit querela, ubi nulla fiet injuria. Clamat hoc Chriſtus, clamat Evangelium ejus, clamat juſtitia originalis, clamat lex Chriſtiana, clamat omnis ratio, clamat omnis non nubila conſcientia: quod non vis, aliis ne feceris. Sim de Caſſia l. 19 de juſtit. Chriſtiana.

Quaſi compendioſum quoddam commonitorium, tibi Evangelii ſententia eligenda eſt, & ſuperſcribenda cordi tuo, quæ ad juſtitia totius brevitarium Dominicò ore proferitur: *omnia, quæ vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Matth. 7. 12. Ad omnem actum, verbum, cogitatum, hæc ſententia retractetur; quæ tibi quaſi peculium quoddam paratum, & ad manum ſemper poſitum, qualitatem tuæ voluntatis oſtendat; ac etiam vel de injuſto opere redarguat, vel de juſto latificet. S. Hieronym. vel potiùs S. Paulinus ad Celant. ep. 14.

§. IX.

Motivum ſeptimum

Non tibi ſoli natus, talenta non tibi ſoli data.

De Chriſto.

Parvulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis. II. 9. 6. Cum dicitur natus, ſed datus: ut detur diſcrimen inter hunc Filium, & alios. Alii filii naſcuntur parentibus: ſic natò Seth dixit Eva: *poſtquam mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Gen. 4. 25. Sic Abraham de Sara ait Dominus. Gen. 17. 16. *Ex illa dabo tibi filium.* Sic Gabriel Zachariæ. Luc. 1. 13. *uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium.* At Jeſus veniens in Mundum, non tantum dicitur natus, ſed & datus omnibus in ſalutem. Hinc Luc. 1. 31. *concepſit, & pariet Filium, non dicit tibi.* Hinc natum Mater non tenet in ſinu; ſed *reclinavit eum in præſepio*, tanquam hominibus eum tradens. Sylveira. Addit, in Jo. 9. 8.

Exulta ſatis filia Sion. Zachar. 9. 9. Exultat merito Sion in regis adventu. Cur? quia rex ejus illi venit, non ſibi; hoc eſt, non ut ſe ditet; ſed, ut illam ſoletur, eam convenit. Olyva. l. 10. Strom. hic.

Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt. Math. 3. 11. Toſtatus, Abul. q. 66. in c. 3. Math. Chriſtus jam venerat, quantum ad ſubſtantiam perſonalem, quia jam erat; non tamen venerat, quantum ad operationem, ad quam ipſe mittebatur. Triginta annos jam exegerat in Mun-

Mundo Christus; officium tamen, ad quod ab æterno Patre imprimis destinatus fuerat, ita superfederat, veluti nondum advenisset. Ut nos redimeret, non solum nasci illum oportebat, sed & concionari, novas leges ferre, facere miracula, denique sanguinem in ligno fundere. Quia verò in illum usque diem nihil eorum operatus fuerat; dicit Joannes, Messiam primum venturum. Hinc discit, quòd gratiæ, & dona corporis, & animæ, velut non sint, quamdiu apud nos feriat delitescunt, nec ad usum aliorum expromuntur. Did. Niss. Phoenix Græc. l. 2. c. 3.

Lumen ad revelationem gentium.
Luc. 2. 32. Malach. 4. 2. *Orietur vobis iminentibus nomen meum solum iustitia.* S. Ambr. l. 1. offic. magnus iustitiæ splendor, quæ aliis potius nascitur, quam sibi; communitatem, & societatem nostram adjuvat. Bæza l. 2. c. 9. § 5.

De eadem materia.

In principio creavit Deus cælum, & terram. Gen. 1. 1. Cælum, & terra, creatur; nec ulla fit mentio diei: quia, cum cælum sit sublunarium rex, à quo terræ dependet influxus; nullus ei erat assignandus dies, in quo nulla terræ utilitas emanavit. Dicit enim Moyses: *terra autem erat inanis & vacua.* Cælum non vixit illà die, quæ nullum opus ad terræ sibi subditæ utilitatem exerevit. Quare luci, seu soli, è quo mox ad terræ fecunditatem influxus emanavit, vitæ jam dies assignatur unus: *facta est lux; factumque est vespere, & mane, dies unus.* Philippus Abb. dum factum dicitur cælum, silet de temporibus, silet de diebus Scriptura. Et rectè in ejus creatione nulla fit mentio diei, in qua nulla invenitur alicujus fructus productio. Escob. t. 2. persec. Chr. l. 5. obs. 6.

Videte, quoniam non solum mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem. Eccl. 24. 47. q. d. videte, ex his, quæ hæcenus tam prolixè dixi, & scripsi; ac deinceps dicturus, & scripturus sum; me non mihi soli studuisse, sed & aliis laborasse, & consuluisse; ut idem meo exemplò faciant alii sapientes; nec facti putent, si sibi ipsi sapiant, sed & sapientiam suam aliis docendo & scribendo, communicent. Porro Palacius hæc de Christo sic explicat: nulum grandius epiphonema ferè potuit à sapientia dici. O mortales! veni in Mundum; o quam in eo laboravi. Laboravi porro in gloriam Patris, & in commodum vestrum. Ne committatis ergo, ut ego frustror proposito meò, & vos tantò commodò vestrò. Corn. hic.

Serve male, & piger &c. Matth. 25. 26. non ait, intervertisti pecuniam meam; non ait, dedi tibi, & non mihi, quod dedi, integrum reddidisti: quia non crevit, quia non erogasti; inde te puniam. Avarus est Deus salutis nostræ. S. Aug. in Ps. 99.

Erit gaudium tibi. Luc. 1. 14. Patri promittitur gaudere in filio, quoniam gloria est

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

patris filius sapiens; magis autem virtutibus fulgens. Sed nec commune bonum unius duntaxat debet esse lætitia, sed etiam plurimorum: *unde multi in natiuitate ejus gaudebunt.* Nemo à Deo mittitur ad unius tantum auxilium, sive gaudium; quin etiam ex eo efficiat, quod bonum possit esse multorum. Sim. de Cass. l. 3. c. 1.

In diebus Eliæ. Luc. 4. 25. Cur dies Eliæ vocantur? S. Ambr. l. 4. in Luc: non quia Eliæ dies fuerunt; sed in quibus Elias operatus est. Regem Ægyptii sub solis simulacro ideò expresserunt; quia Sol nunquam sibi, sed quotidie hominibus, exoritur. Illi adscribuntur dies, qui subditis vivit; non qui sibi soli. Escob. t. 2. persec. Chr. lib. 5. sect. 2. Obs. 6.

Ex Patribus.

Hæc maxime vita est, aliis etiam prodesse: nam qui sibi vivit, cæteros omnes negligens; & vita ejus supervacanea est, & ipse superfluus, nec homo generis nostri. S. Chryl. hom. 78. in c. 24. Matth.

Hominem, non ut sibi tantum prodesset, creavit DEUS, sed ut multis. Idcirco Paulus quoque Fideles homines *luminaria* appellat; ex ipsa appellatione manifestans, oportere Fideles cæteris quoque usui esse. Luminare quippe, quamdiu seipsum tantum illuminat, luminare profectò non est.

Quocirca gentilibus quoque ipsis deteriores esse ait, qui proximorum salutem negligerent, sic dicens: *si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non gerit, fidem abnegavit, & est infideli deterior &c.* 1. Tim. 5. 8. ait curam animæ hic significari. S. Chryl. l. 3. adv. vitup. vitæ monast.

Sive jejunos maneas, sive dormias humi, sive favillam comedas, sive lugeas continuè, & nulli profis alteri; nihil magnum efficis. S. Chryl. hom. 79. ad pop.

Bellarum est, sibi vivere, nec suas utilitates in commune conferre. S. Prosper l. 3. cap. 22.

In utero sic est, quasi non sit; sic omnipotens ejus virtus vacat, quasi nihil possit. Guarrie. serm. 3. de annunt. de verbo intra viscera Mariæ incluso. Quid causæ, quòd est, quasi non sit? Respond. verbum æternum sub silentio se premit. Non prædicat, ut peccatores vitæ suæ deserant, ut justi virtutum profectui studeant. Et licet in utero virtutibus omnibus abundet, ibi tamen est, quasi non sit: quia velut nihil agit, quisquis aliis non commodat.

Ego sum lux Mundi. Jo. 8. 12. Christianus, qui calorem sine luce habet, nihil habet. Christi Discipuli debent non modò ipsi proficere, & rem suam agere; sed curare quoque, ut & alii meliores evadant. Did. Niss. Sabb. post Dom. 4. Quadr. §. 5.

G g

S. Am-

S. Ambr. in Pf. 35. v. 1. & super illud Jo. 16. 7. *expedit vobis, ut ego vadam*, sic ait: advertimus quia Justitia aliis potius nata est, quam sibi; commune commodum, non suum; expectat; aliorum bonum pro suo ducit emolumento. Il. 53. 11. *pro eo, quod laboravit anima ejus, videbit semen longævum.* v. 10. Gloss. interlin. apponit: videbit Fideles in perpetuum regnare. Forerius hic.

Ubi IESUS viderit semen longævum, saturabitur, id est, plene sibi satisfactum putabit; hoc unò laboris sui præmiò affatim contentus erit. Hæc sunt viscera Dei nostri; ut tunc bene habere dicatur, cùm res nostræ bene habent; tunc comedat, tunc quiescat, tunc deliciis affluat. Sylv. in Jo. c. 17.

Egregium Pauli Manutii adagium: *nemo sibi nascitur.* Quin & illud considerandum est, quòd quisque nostrum non sibi tantum natus est, sed ortus nostri partem sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici cæteri. Plato ep. ad Archytam. Cui Cicero consentit l. 1. offic. *non nobis solum nati sumus.*

Vide tit. Dona §.

§. X.

Motivum octavum.

Exempla Charitatis.

Descendentes igitur fratres Joseph decem, ut emerent frumenta in Ægypto &c. Gen. 42. 3. Cùm detentus fuisset Simeon in Ægypto v. 25. & fratres reverterentur ad patrem, non est scriptum, quia ascenderunt ex Ægypto: neque enim dignè dicerentur ascendere, quorum frater vincens tenebatur in Ægypto; cum quo & ipsi, mente, & animò, solliciti, velut quibusdam charitatis vinculis cruciabantur adstricti. Orig. hom. 15. in Gen.

Scyphum autem meum argenteum &c. Gen. 44. 2. Ad quid fabulam Scyphi commentus est? Joseph experiri volens animum fratrum, & liquidò nôsse; an Benjamin calumniam passum defenderent; ob id in ejus sacrum scyphum abscondit. At ubi non tantum patrocinari, sed & pro eo certare, eos perspexit; personam ejus, qui imperarat, depositam, fraternum vultum exhibuit; fratresque trepidantes, & tantum non terram sibi dehiscere exoptantes, ipse bonò animò esse jussit dicens: *nolite pavere &c.* Gen. 45. 5. B. Theodoret. q. 105.

Tollite me, & mittite in mare. Jonæ 1. 12. Nota Jonæ charitatem magnanimam; quâ, nè alii pereant: item poenitentiam; quâ ut Deo offenso ipse satisfaciatur, ipse solus perire cupit. S. Hieron.

His, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit. 1. Petri 3. 9. nè vel eò momentò vacaret ab opere charitatis, ait S. Bernard. f. 75. in Cant. apud Velloso in Judith 6. Patren. 17.

Ejusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide, inquit, ut invicem se diligant, & ut pro alterutro mori sunt parati. Tertull. apologet. adv. Gentiles. S. Paulinus seipsum in captivum tradidit, ut filium cuiusdam viduæ e captivitate liberaret. S. Greg. in dialog.

Omnium casus continuis lamentis, ut proprios, lugebat. Fateor planè, nunquam me virum invenisse, cui fons lacrymarum tantus incesset, tantisque gemitus. S. Paschasius de S. Adelardo Abbate Corbel. Boll. 2. Jan.

De Ven. Gentile Ravennate vidua 28. Januar. vitæ cap. 3. tantam gratiam ad miserorum consolationem divinitus obtinuerat, ut ab ea nemo trifidis abscederet. Boll.

S. Rembertus Arch. Hamburg. ad redemptionem pene cunctis, quæ habebat, expensis, etiam altaris vasa ad eorum redemptionem impendit. Boll. 4. Febr.

§. XI.

Motiva varia alia.

Pater noster, qui es in caelis. Matth. 6. 9. Dicit noluit, Pater mi, qui es in caelis: nimirum qui communem Patrem nos habere docuimus; fraternam quoque inter nos esse benevolentiam demonstramus. S. Chryl. tom. 6. orat. de instit. secundum Deum vita. Non dicit Pater meus, sed *Pater noster*, ut omnes, quasi fratres, unius Patris habeas. Theophyl. hic.

Quicumque potum dederit &c. Matth. 10. 42. Legimus in propheta David Psalm. 140. 4. *ad excusandas excusationes in peccatis*; quòd multi peccatorum suorum quasi iustas prætendant excusationes; ut, quod voluntate delinquant, videantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis, & renum, futuras cogitationes in singulis intuetur. Dixerat: sed hoc præceptum multi pseudopropheta, & falsi prædicatores, poterant impedire; medicatus est huic quoque scandalo, dicens: *qui recipit justum in nomine justii, mercedem justii accipiet.* Rursus poterat alius causari, & dicere: paupertate prohibeor; tenuitas me retinet, ut hospitalis esse non possim. Et hanc excusationem levissimò præceptò diluit: ut *calicem aqua frigida* totò animò porrigamus. *Frigida*, inquit, *aqua*, non calida; nè & in calida, paupertatis, ex penuria lignorum, occasione quæreretur. S. Hier. l. 1. in cap. 10. Matthæi.

Jubemur *diligere proximum, sicut seipsum.* Luc. 10. 27. Quid esse possit hoc facilius? odisse enim grave est, & turbas, ac tumultus excitans; amare autem facile est, & expeditum. Si enim dixisset: vos, cùm homines sitis, diligite bestias, præceptum fuisset difficile. Si autem, qui homines sunt, homines amare jussit, ubi & substantiæ similitudo, & cognatio, & ipsius naturæ admonitio, plurimum momenti afferunt ad diligendum; quidnam habeat difficultatis. S. Chryl. in Pf. 5.

Dili;

Diliges proximum tuum, sicut teipsum.
Luc. 10. 27. id est, amore verò, non abusivò,
& falsò. Non sicut amatur panis, vinum, equus,
& asinus &c. quæ quidem non diligit homo sicut se-
ipsum, sed propter seipsum; id est, propter
propriam commoditatem, & utilitatem. Si-
cut enim alias Mundi res assumere potest homo in
usum suum, sic & homines ipsos: quos si diligit
homo, quia utiles sibi sunt, aut delectabiles, ma-
nifestè apparet, quòd eos non verò amore diligit,
sicut seipsum; sed sicut equum, panem &c. S.
Bern. Sen. tom. 2. f. 7.

*Hoc est preceptum meum, ut diligatis in-
vicem, sicut dilexi vos.* Jo. 15. 12. Quid-
quid Deus nobis præstat, id debemus proximo
præstare. Luc. 22. 32. *Et tu aliquando con-
versus confirma fratres tuos.* Theodoret. or.
de charit: sicut ego te non desepi, cum fluctua-
res, & laborares; ita tu sis quòque sustentaculum
fratribus, qui circumaguntur; & id, quod es af-
fectus, imperti auxilium. Coloss. 3. 13. *Si
quis adversus aliquem habet querelam; Si-
cut & Dominus donavit vobis, ita & vos.*
S. Anselm. hic: *Sicut Dominus &c.* sine ul-
lò respectu vindictæ sumendæ; ita & vos con-
donate vobis omnia. Debetis enim confervis non
negare, quòd à bono Domino gaudetis vos per-
cepisse. Novit hanc bonorum divinorum obli-
gationem ipse Filius Dei; qui, ubi à Patre ac-
cepit esse Filium, nihil magis studuit in Mundo, quàm
ut nos quoque filii Dei fieremus. Jo. 1. 12. *Adde
eis potestatem filios Dei fieri.* Bæza tr. 3. l. 14.
c. 20.

Oraturus Petrus cum Joanne pergebat in
templum. Act. 3. 1. 6. claudus petit ab eis ele-
mosynam; mox Petrus: *in nomine Jesu Chri-
sti Nazareni surge, & ambula.* An non de-
centius Apostoli prius templum adirent, & ora-
rent, quàm claudum sanarent? Ut gratos se Deo
præsentent, prius se gerunt amantes in proximum.
Efcob. c. 3. Colloq. Chr. Observ. 7. l. 1.
sect. 1.

Ex Patribus.

Quot Dei imagines non tantum dejecerunt,
sed & conculcârunt? cum enim reum angas, cum
dispolies, cum trahas, cum dejicias, Dei imagi-
nem conculcas. S. Chryl. hom. 3. ad pop. An-
tioch.

Quid jucundius esse potest, quàm hinc imitari,
quod in illa beata patria summò munere constat
attribui? ferantur hic, qui ibi nimis amandè sunt.
Cassiod. in Ps. 132.

Nemo in diem, atque jejuniis; nemo, qui
humi se prosternat; nemo cæteris virtutum exer-
citationibus magnum quid se consequi putet; nisi
rectè fratres diligit. S. Cyr. Alex. l. 9. c. 24. in
Joan.

Citra profectum proficit, quisquis alte-
ri, cum potest, non prodest. Hildebertus Ep. Tu-
ron. ep. 1.

Infamis quæstus est, proximum diligere,
cum succedit; dum malè est, ignorare. Id.
sp. 2.

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

Scio, quod gratia Dei obeat, si non alii prod-
est. Petr. Blef. c. 1.

Tali ratione diligendus est Deus, ut diligatur
omne, quod diligit. Signatio vultus Domini
super omnes; & similitudo ejus, quibus sunt ho-
mines insigniti, adducunt inexcusabiliter omnes
invicem amari. Una omnium animarum natu-
ra, carnisque traduce, nos ad amorem invitat,
una materia, ex qua facti sumus; una forma hu-
manitatis in omnibus; una nascendi, & moriendi
conditio. Una terra, per quam gerimur; unum
cælum, quò tegimur; una lux, quâ perfundi-
mur; debent jure inter homines indissolubilem
amicitiam copulare. Sed nunquid inter om-
nes æqualem? omnino sic dixerim; nisi virtus
præter ista in aliquo plus apponat. Virtus est,
dilexisse virtutem. Sim. de Cass. l. 15. de justit.
Christiana c. 6.

Exemplum usûs fraterni natura non longè à
conspectu removet; sed in ipso corpore plerâ-
que necessaria fecit duplicia, germana, &
gemella, manus, pedes, oculos, aures: eò sig-
nificans, omnia hæc salutis, & mutui auxi-
lii, non dissidii, causâ, & pugnâ, sic
esse divisa. Plurarch. libello de fraterno a-
more.

f. XII.

Charitatis proprietates, & actus.

Primò:

Communicat bona sua.

*Mulli publicani, & peccatores simul dis-
cumbant cum Jesu.* Marci 2. 15. qui
sinè dubiò à Matthæo invitati fuerunt. Et quò
consiliò? humanæ salutis amore. Victor An-
tioch. hic: Matthæus convocat, nè ipse so-
lus beneficium accipiat. Sylveira in art. 10.
q. 20.

*Hominis cujusdam divitis uberes fru-
ctus ager attulit.* &c. Luc. 12. 16. Non de-
bet esse aliquid proprium, ubi mors invincibile
tenet imperium. Proprium factum est homini
mori; non in hoc sæculo aliquid vindicare priva-
tum. Sim. de Cass. l. 6. c. 11.

Convocas amicos &c. Luc. 15. 9. S. Chryl.
hom. 23. in Acta: hoc amici officium pii est, in
tantis bonis amicos facere socios.

Surgentes eadem hora. Luc. 24. Obliti
sunt corporalium, spiritualibus jam referti. Re-
gressi sunt Jerusalem, bona scilicet nuntiare, quæ
viderant: ut consolatio, quæ illis per hujusmodi
visionem erat propria, fieret cum cæteris ipso-
rum relatione communis. Virtus est piorum,
gaudia fidei conferre cum Sociis. Sim. de Cass.
l. 14.

Accipite Spiritum S. Jo. 20. 22. Mos est
beneficij, quæ nuper accepit, communicare cum
charis. Id. ib.

*Viri Galilæi quid statis aspicientes in cæ-
lum?* Act. 1. 11. Cur eos increpat angelus?
cum laudabile sit cælum suspicere? S. Athanas.
or. in asc. Quid statis? Mundo miraculum hoc
prædicare. q. d. Surgite, & implete mundus vestrum
Apostolicum; prædicare Evangelium, & agite de
salute hominum. Sylv. in acta c. 1.

Gg 2

Ca-

Ceperunt loqui Act. 2. 3. scilicet *magnalia* Deiv. II. Rich. à S. Laur. I. de laud. Virg. *Repleti sunt omnes spiritu sancto*; ecce plenitudo interior: & *ceperunt loqui*; ecce redundantia exterioris.

Vas electionis. Act. 9. 15. Dicitur vas electionis, sumptâ metaphorâ à quotidiano vasis usu, quod adhibetur, ut infundatur aliquis liquor, oleum, vel vinum; non ut in ipso vase perpetuò maneat, sed ut sub tempore effundatur. Ideò Paulum elegit Deus, ut in eum infunderet magnam Sapientiam, virtutem, & gratias; non ut in eo clausa permaneret; sed ut tempore opportunò eas effunderet, docendo, inflammando, omnes gentes. Sic dicitur Sol, Eccl. 43. 2. *vas admirabile.* Sylv. hic.

Cornelius expectabat illos convocatis cognatis suis. Act. 10. 24. præ gaudio: quia drachma animæ suæ inventa, adveniente Petro; ut illa mulier præ gaudio *convocat amicas* Luc. 15. 9. S. Chryl. hom. 23. in Acta: hoc officium amici, hoc pii est; in tantis bonis amicos facere socios. Sylv. hic.

Qui audit, dicat, venit. Apoc. 22. 17. Qui audit vocem vocantis Dei, ipse etiam alios advocet. S. Greg. hom. 14. in Ezech. Cui enim jam vox vocantis Dei efficitur, in corde; necesse est, ut proximis, per prædicationis officium, erumpat in voce; & idcirco alium vocet, quia ipse vocatus est. Sylv. in act. 1.

Luna à Sole illustrata. Lem. acceptum *Communicat orbi.* Guil. Hefius.

Secundò:

Charitas gaudet de alieno bono, tristatur de malo.

Redemptore natò cœli cives ostensi sunt, qui clamarent: *gloria in altissimis Deo! & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2. 14. ante Dei enim oculos nunquam est manus vacua à munere, si fuerit arca cordis repleta bonâ voluntate. Hinc etiam psalmista dicit Pf. 55. 12. *in me sunt Deus voca tua, quæ reddam laudationes tibi*, ac si apertè dicat: estis exterioris munera offerenda non habeo, intrâ memetipsum tamen invenio, quod in ara tua laudis impono. Voluntas autem bona est, sic adversâ alterius, sicut nostra, pertimescere; sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu, gratulari; aliena damna nostra credere, aliena lucra nostra putare; inimicum etiam amando tolerare. S. Greg. hom. 5. in Evang.

Genius vultum suum in speculo contemplatur. Lem. *Vultum sumit amantis amans.* Dilectio sine simulatione -- *gaudere cum gaudenibus, flere cum flentibus.* Rom. 12. 15.

Aspice me, quicumque voles me pingere, vultus

Qualis amantis erit, talis amoris erit.

Flentis erit vultus? vultum plorantis habeo.

Rideat ille: iterum vultus amantis erit.

Sollicitus me spectet; ero suspensus, & anceps.

Si timeat; mea mox ora timentis erunt. Guilic. Hefius

Hæc est charitatis, & unitatis virtus, ut si quid uni prosperum concedatur, omnes sibi provenisse congaudeant; rursumque, si quid contrarium ingeritur, universi sibi accidisse condoleant. Cassiod. in Pf. 123.

Charitas gaudet de bono.

Congratulabantur ei. Luc. 1. 58. Pars est supernæ vitæ, aliorum prosperitatibus collatari, & congratulari eis, quibus alludit divina potestas. Simon de Cassia lib. 3.

Si diligeretis me, gauderetis utique. Jo. 14. 28. Diversis effectibus est probanda dilectio; exteriori, ut ferventur dilecti mandata; interiori autem, ut in ejus prosperitate latemur. Id. 1. 12. c. 6.

Et omnibus, qui longe sunt. Act. 2. 39. Cur Petrus hic annuntiat Judæis Gentium conversionem, quos maxime odio habebant? Respond. cum compuncti essent corde, de aliorum conversione non tristabantur; sed maxime de illa gaudebant: quia perfecta charitas omnes vult socios secum habere. Sylveira hic, q. 33.

illa vera, & sincera, est charitas, & omninò de corde puro, & conscientia bonâ; & fide non fictâ, judicandâ procedere, quâ proximi bonum, æquè ac nostrum, diligimus. S. Bern. ep. 11.

Charitas tristatur de alieno malo.

Vidi prævaricantes, & tabescebam. Pf. 118. 158.

Scio -- patientiam tuam. Apoc. 2. 2. & *quia non potes sustinere malos.* Patiens ad injurias sibi illatas, impatiens sustinere mala gregis sui; plus dolens fuorum, quàm sua damna. Sylv. hic.

Fortassis ignoras, tecum fui Romæ, tecum nivium perpeffus sum injurias, tecum montes, vel lubricos glacie, vel scopulis exasperatos. Univerfa tecum pertuli, dum dolui, quæ perferres. Hæc enim est inter amicos animorum concordia; ut nihil ab altero sit alienum, nihil alteri singulare; omnia eis facit unam Rempubicam voluntas una. Hildebertus ep. 28. quâ amico gratulatur reditum Româ.

Non recipio consolationem, ubi video fratris desolationem. Sanctus Bernard. epist. 70.

O Cha-

O charitas! tibi oculos nunquam siccos esse, aut misericordia permittit, aut gaudium. S. Zeno ferm. de fide, spe, & charit.

Amor ad dilectum, injurias dilecti suas profecto persecutiones facit; etiamsi ipse esset circumquaque pacatus. Et diligens proximum, ut seipsum, in animo persecutionem patitur, cum ipsum videt affligi, manens ipse non tactus. S. Bern. Sen. f. 9.

§. XIII.

Charitas erga Infirmos.
Ex Veteri, & Novo.
Motiva.

Non te pigeat visitare aegrotum: ex his enim in dilectione firmaberis. Eccl. 7. 39. Syr. *Non tadeat se visitare infirmos, quia propter hos diligeris.* S. Bonav. Him. am. c. 1. Cur anima tota die anxialis post Christum: indicabo tibi, quem diligit anima tua. Certè in infirmaria jacet, & ibi torquetur. Curre, & sibi ministra; sibi comparere infirmanti. Corn. hic.

Cum Jesus venisset ad domum Petri, vidit sorum ejus jacentem, & febricitantem. Math. 8. 14. Mox ingressus non convertit oculos ad sedes pro quiete, non ad cibos, sed ad aegram: quia oculi ejus maximè rapiuntur ad miseros; ut eis medeatur. Sylv. hic.

Curam illius habe. Luc. 10. 35. Scilicet infirmi; & quodcumque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi. Et Dominus pro obsequio infirmis factò retribuet. Christus ipse non legitur circa alia opera misericordiae se effudisse, sicut circa infirmos: ipse enim consolabatur eos, tangebatur, visitabat, curabat; ad ipsos sanandos, Apostolos mittebat; propter ipsos Sacramentum speciale, scilicet Extremae Unionis, instituit. S. Humbertus f. 46. 40. ad frat. & foror. in hospitalibus.

Juvenis olim religiosum senem interrogans: oro te Pater; ajebat; quid tibi videtur? duo fratres sunt, quorum alter in tuguriolo suo perdurat, jejuniū quandoque usque ad sextum diem producit, nec interim consuetos sibi labores quidquam remittit. Alter verò unius rei fatagit, ut aegrotis inserviat. Cujus vivendi genus videtur Deo acceptius? Cui senex: non opus multa deliberatione. Dico: si frater ille jejunans ipse suis se naribus suspendat; illi alteri, qui aegrotis ministrat, pro merito nequaquam aequalis esse poterit. Drex. opusc. 13. Rosi select. virt. parte 1. §. 4.

Exempla.

Si quis inceperit aegrotare, transfertur ad exedram latiore, & tanto senum ministerio confovetur, ut nec delicias urbium, nec matris quarat affectum. S. Hier. ep. 22. ad Eustoch. de ratione vivendi Cenobitarum.

Quoties morbo regio, & padore confectos, humeris suis ipsa portavit? quoties lavit purulentam ulcerum fanem, quam alius aspicere non valebat. Præbebat cibos propria

manu; & spirans cadaver sorbitunculis irrigabat. Id. ep. 30. ad oceanum Epitaph. Fabiolæ.

Leo IX. Pontifex leprosum ante fores repertum in proprio lecto collocari jussit; qui manè quæsitus nusquam inventus est. Creditum est, Christum pauperis specie eò loci recubuisse. Ità Platina, & alii, in vita.

S. Bern. Sen. teste Suriò 20. Maji: cum A. 1400. Senis ingens lues grassaretur, cum fetore, horribili; & morte plurimorum; ipse 12. adolescentibus ignitè oratione persuasit, ut iis, se duce, totos impenderent; quod & præstiterunt, ipsò officiosissime præeunte.

A. 1500. Lusitana mulier Eboræ ad extremum perdita, 45. annis in omni flagitiorum coeno volutata, sceleribus addidit damoni pactam servitutem. Adlitterat mendico morienti; eique se liberalem, ac seculari præstiterat. Paucis post diebus imaginem defuncti conspiceri visa est, & audire hæc verba: elemosynas tuas in Dei conspectum tuli, ejusque clementiam exoravi, ut pro iis referretur tibi gratia. Ipsi nunc permittit ad te venio, & hortor: age poenitentiam, exoniblogesi culpas elue. Cum monita non recipere, eadem vox iterum, ac tertio, auribus illapsa; non modo spem veniæ, sed & viam ostendit. Drexel. de elemos. p. 3. c. 7. §. 3.

S. Abbas Minutius proficiscens ad visitandum agrum; cum jam videret solem occumbere, ait ad eum: in nomine D. N. J. C. sta paulisper in itinere tuo, & expecta me, donec ad vicum perveniam. At ille restitit, nec prius occubuit, quam homo Dei perveniret ad vicum. Ruffinus vitæ SS. PP. l. 2. c. 9.

S. Jovella, sive Jutta vidua, post primas nuptias, marito mortuò secundas exosa; undecim annis leprosis in hospitali servit; optans fieri etiam leprosa: in hunc finem cum illis manducans, & bibens, lavans se de aqua balnei eorum. Boll. 13. Jan.

B. Agnes Ord. S. Claræ, Regis Bohemæ filia, Praga & nata in terra; & in caelo renata, inter Clarissas addicissimè humilitati, foeda illuvie; & leproforum sanie, infectas vestes undique per urbis nosocomia, & valetudinaria, conquiri jubebat, delatasque ad se, exclusò adjutorio, sola operose elucebat, lacerasque resarciebat. Boll. 6. Martij.

S. Francisca Romana ex nobili prosapia per 30. annos servit infirmis in hospitalibus. Boll. 9. Martij.

S. Catharina Sen. existens adhuc in domo paterna leprosa ingrate, querula; contumeliosa, patientissime inservit; & lepram contrahit; non tamen recedens à servitio, à qua demortuam sepeliens liberatur. Boll. 30. April.

§. XIV.

Charitas sit universalis erga omnes.

Ex Veteri, & Novo.

Egressus est Joseph ad terram Egypti, & circumvit omnes regiones Egypti. Gen. 41. 46. Regius Vicarius; assumptà Egypti
G g 3 pro-

procuratore, obibat ejus regionis præfecturas, & oppida; omnibus novum Magilstratum officiose, & hilariter, excipientibus: quos tum beneficiis, tum comitate, sibi devinciebat; elucete in ipso vultu hominis eximiâ quâdam gratiâ. Philo lib. de Joseph. Sylv. in Jo. 16.

Domine, salva nos, perimus. Matth. 8. 25. Nullus pro se solo loquitur, sed pro omnibus: nemo enim dixit, salva me. Chrysol. f. 20. Revera fratres, si essemus humanum corpus; & eos, qui pereunt, nostra viscera esse crederemus; afflictione jejuniû, precum genuitu, effusione fletuum, jugiter clamaremus, *Domine, salva nos, perimus!* & studeremus, nobis in nostris fratribus subvenire: nè, furente gladiò, sanguinis nostri mare videremus in terris; nec tanta corporum, sed animarum jam naufragia sentiremus.

Hic est Jesus Rex Judeorum. Matth. 27. 37. Permittit Christus appendi titulum, qui regnum suum publicè prædicaret. Non sic Jo. 6. 15. *Jesus ergo, cum cognovisset, &c.* Cur in cruce regis admittit inscriptionem; & in solitudine, quando usque ad saturitatem turbas pavit, regnum recusat, & fugit? quia in deserto, licet multis, non omnibus benefecit; in Cruce pro omnibus pretiosum sanguinem fudit. Did. de Castillo Illat. 193.

Intravit, secundum consuetudinem suam, die Sabbathi in synagogam. Luc. 4. 16. Dominus non venerat, ut prodesset uni, sed ut prodesset multitudini; ideo in Sabbatho consueverat intrare in synagogam, & prædicare: quia tunc omnes ibi conveniebant Hugo Card. hic.

Deus meus! Deus meus! ut quid dereliquisti me? Matth. 27. 46. Suam solitudinem conqueritur. S. Hilarius. Sed quomodo dicit, se in cruce esse solitariû? nonne ait Jo. 12. 32. *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum?* si omnia ad se traxit, quomodo solitariû? Admittebat unum latronem, & inde solitariû sibi videbatur. Sic unum amittens latronem anxiebatur, ac si omnes perdidisset. Sylv. hic. q. 1.

Omnium me servum feci. 1. Cor. 9. 19. Loquitur de servitute charitatis. S. Thom hic lect. 5. Citra profectum proficit, quisquis alteri cum potest, non prodest. Hildebert. ep. 1.

Veniam ad vos, cum Macedoniam pertransiero. 1. Cor. 16. 5. Charitas, quæ divisa unire consuevit, unum cor Pauli per multa dividi compellit; quod tamen tantò arctius in Deo colligit, quantò latius per sancta desideria spargit. Prædicando igitur Paulus vult omnia simul dicere; amando vult simul omnes videre: quia & in carne manendo vult omnibus vivere; & de carne transeundo per sacrificium fidei, vult omnibus prodesse. S. Greg. moral. l. 30. c. 8. Quid est, quòd tam anxie labores partitur? nisi quòd circa omnes unâ charitate constringitur. S. Petr. Dam. l. 2. ep. 16.

Ex hoc neminem novimus secundum carnem. 2. Cor. 5. 16. Id est, secundum speciem externam; scilicet quòd nobis sit cognatus,

amicus, Judæus, nobilis, elegans, doctus. His affectibus naturalibus mortuus sum: quia Christo regeneratus, illi soli vivo, ipsum solum; & omnes in ipso, secundum charitatis spiritum, non secundum carnem, amo. Corn. hic.

Ex Patribus.

Cum omnibus eadem debeatur charitas, non eadem est omnibus adhibenda medicina: ipsa item charitas alios parturit, cum aliis infirmatur; alios curat ædificare, alios contremiscit offendere; ad alios se inclinât, ad alios se erigit; aliis blanda, aliis severa; nulli inimica, omnibus Mater. S. Aug. l. de catechif. rudib. c. 15.

Tanta charitatis vis est, ut caelo latiore faciat animam. Totam Corinthum habebat ille in corde suo, & dicebat: *dilatamini* 2. Cor. 6. 13. S. Chryl. in Act. Apost. hom. 44.

Qui charitate præditus est, neminem alienum ducit, sed omnes putat ad se pertinere. S. Ephrem de charit. Latius debet esse cor Christiani, quàm cælum, & terra, in benevolentia. Cælum empyrium non recipit nisi bonas, & sanctas, personas; sed latius debet esse cor Christiani: quia ibi non solum bonæ, sed etiam malæ, personæ; non solum Christiani, sed etiam Infideles, debent recipi per dilectionem. Item debet esse latius, quàm terra: quia recipere debet vivos, & mortuos; de paradiso, & purgatorio. S. Vinc. Ferr. f. 7. D. 14. Trinit.

§. XV.

Charitas bonum suum alieno postponit.

Ex Veteri, & Novo.

Provideat Dominus Deus spirituum omnium carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc &c. Num. 27. 16. vide v. 12. &c. En qualiter sanctus vir nullam ferè sui curam habeat, nec uxoris, aut filiorum; sed solum honoris Dei, & utilitatis proximorum. Diez Amor propinquorum. Moyses audita mortis sententiâ oravit Dominum; non ut se à morte, sed ut populum suum à periculis erueret. Lyr. patet charitas Moysis, qui acceptans Dei, voluntatem, pro se nihil petiit; sed statim ad procurandum bonum populi se convertit.

In magna illa sterilitate ascendit Elias in verticem Carmeli, 3. Reg. 18. 42. & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua; quibus peractis, venit magna aquarum abundantia. Quid quæsiò intendebat sanctus propheta hòc difficultè orandi modò? amor proximorum sic eam fecit orare. Creditur, moris fuisse apud Hebræos; si herus servum punire vellet, ut ipsum expeditius flagellaret, caput ejus inter genua, manusque, inter pedes, ligabat. Hòc sicut Elias forsân orabat: magne Deus Israel! tres anni sunt, & sex menses, ex quo super terram non pluit. Misere Domine populi tui! & siquidem pro peccatis suis affligitur, ego pro illius luam; ecce servus ad flagella paratus. Diez Amor proxim.

Ego

Ego sum, qui peccavi &c. 2. Reg. 24. 17. Tantum absuit, ut suorum incolumitati suam antecederet; ut potius se in discrimen adduceret, ut suos à discrimine liberaret. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 11.

Responsò acceptò - reversi sunt in regionem suam. Matth. 2. 12. Cur potius, ut Christò potirentur, regionem, domum, familiam, & regnum, non obliviscuntur? quomodo ab illo possunt separari? Imò, quia Deum sapiunt, citissime convolant, etiam Christò relicto, ut munere, & officio suo in subditos fungantur. Hòc maxime à terreno rege differt rex divinus. Terreno regi principes illi placent, qui propria oblii regie adherent; verum regi divino haud placent hi reges; sed qui Deum adorantes, in sua remeant, suisque frequentissimi adsunt. Hinc Ecclesiastici Principis Petri rejectus fuit affectus, quòd, gloria Thaboris ebruius, agebat: *bonum est nos his esse.* Matth. 17. 4. Cui Dominus apud Timotheum Antiochenum: quid tibi in mentem venit Petre? tuine solius curam geris? an non totius Mundi? Baeza. 1. 2. c. 8. §. 2.

Vade, & corripe. Matth. 18. 15. Non dicit Christus, ut is, qui injuriam intulit, abeat, & veniam precetur; sed ut offensus offensorem suam domi suae inviset, & indulgentiae invitatione invitet, blandaque correptione Deo lucrifaciat. Nonne melius foret, si injuriam passus domi, residens exstimulationis suae rationem haberet, jure suo utens expectaret offensorem, quoadusque ille veniens veniam poscat? Christus hoc vult potius, ut Christianus cedat de honoris sui jure propter charitatem; & ne meminerit potestatis, cum datus est veniam. Did. Niss. fer. 3. post D. 3. Quadr. §. 2.

Concurrerunt quondam Christi potentia, & amor. Videamus, quis cui cessit? Matth. 20. 23. *accessit mater filiorum Zebedaei &c.* Respond. Christus: *sedere ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis &c.* Querit S. Ambr. 1. 4. de fide c. 5. cur Christus sic responderit: non suum, sed Patris, dare, quod illi petierunt? quin cum & ille, aequè ac Pater, hoc donet. Respond. S. Ambr. duo hic concurrisse, potestatem Christi, & amorem. Noluit, inquit, his, quos diligeret, videri, quòd peterent, denegasse. Sanctus, & bonus Dominus, qui mallet aliquid dissimulare de jure, quam de charitate deponere. Id. ib.

In natiuitate ejus multi gaudebunt. Luc. 1. 14. Dum nascitur infans Zachariae, & os ejus resolutum est. Quis non putaret tantis cumulatum beneficiis, mox gratias acturum pro filio, & recepta voce? Prophetat, sed Christi solum memor; vocis, filique immemor: *benedictus Dominus Deus Israel &c.* Luc. 1. 6. Cur? an quòd patrem te fecerit? an quòd eloquentem te fecerit ex elingui? *quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suae.* Gaudeo, non quòd Joannes natus sit, sed quòd nasciturus sit Jesus. Oliva 1. 3. Strom.

Nunc dimittis servum tuum Domine. Luc. 2. 29. O beate vir! quid petis? longam vitam pete, ut deliciis tuis diutius fruaris:

cur exposcis, ut te in pace dimittat? Respond in hoc manifestè ostendit, se justum esse; & habitare in se divinum spiritum. Nam justis magis commune proximorum bonum, quam utilitatem suam expetunt. Peculiare ipsius bonum erat, Christum verum animarum consolatorem videre, illòque diu perfrui; bonum autem commune erat, bonum nuntium Patribus in sinu Abrahae deferre, quod illi protulit. Diez. in festo Purif. conc. 4.

Et convocavit duos de discipulis suis Joannes. Luc. 7. 19. Probi obliviscuntur sui, ut proximorum recordentur. Baptista in vinculis est & non est memor sui, sed discipulorum. Nonne commodius esset, mittere eos ad Herodem, ut illi injusta vincula objicerent? Non meminit sui, sed honoris Christi, & necessitatis discipulorum suorum, ut veritatem agnoscerent. Did. Stella hic.

§. XVI.

Charitas fit ordinata.

Ex Veteri, & Novo.

Divisique aquas. Gen. 1. 7. Videtur, quòd hanc divisionem facere non debuit; quia unumquodque secundum exigentiam naturae suae collocari debuit. Dicendum: quòd quamvis sic esset secundum convenientiam naturarum particularium; tamen, propter bonum naturae universalis, & harmoniae communis; oportuit illa, quae magis conveniebant, dividere, ne possent in suis actionibus excedere, & naturae ordinem corrumpere. S. Thom. hic.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2.

4. Juxta Sept. optat Ecclesia, ut unicuique, ac rebus omnibus, affectum impertiat, quem debet: praeposterus enim est frequenter, & stultus, hominum Amor; ut ea diligant, quae sunt odienda; ea oderint, quae amanda. de Ponte hic, Exh. 33. §. 1.

Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. S. Greg. hic: per cellam vinariam quid congruentius, quam ipsam arcanam aeternitatis contemplationem accipimus. Qui hanc cogitationem de aeternitate altius in animum demiserit, gloriari poterit: *ordinavit in me charitatem*: nam meliorem servabit ordinem amoris, seipsum minus, Deum plus; & propter Deum, ipsos etiam inimicos diligendo. Hac quoque cogitatio largius delibata ebruium facit; sed ebrietate optimorum desideriorum. Drex. Conf. de aeternit. §. 1.

Ordinavit in me charitatem. Cant.

2. 4. Nihil aliud est vera, & perfecta virtus, quam ordo amoris. S. Augustinus. 1. 11. c. 25. de Civit. Eleganter locutus est, ordinate: plurimorum quippe inordinata est charitas; quando, quod in primo loco debent diligere, diligunt in secundo; quod in secundo, diligunt in primo. &c. Sanctorum verò charitas ordinata est. Orig. hic. Ut majora magis, minora minus, diligamus; & indignis diligi denegemus amorem. Sim. de Cass. 1. 15. de just. Christi.

Quid

Quid autem vides festucam. Matth. 7. 3. Charitas erit ordinata, ut à seipso incipiat homo; nè præsumat alium increpare, indicare, qui seipsum non purgat, discutit, & emendat. Dion. Carth. hic.

Christus prius orat pro crucifixoribus. Luc. 23. 34. tum commendat Patri spiritum. v. 46. Stephanus verò Act. 7. 58. prius pro se, tum pro suis lapidatoribus. En discrimen inter Deum, & homines: nam suæ indolis nativâ nobilitate incitatus Deus res alienas prius, quàm suas, curat; homo verò sua ante omnia tractat, aliorum posterius. Did. Niss. D. 4. Quadr. §. 3.

Domine Jesu suscipe spiritum meum. Act. 7. 58. Dein pro inimicis orat. Utrobique Redemptorem imitatus; qui etiam orabat pro crucifixoribus, & Patris manibus spiritum commendabat. Sed hoc Stephanus primò locò, alterum secundò, fecit. Cur non servavit eundem ordinem? quia servus erat, quia periculum suum agnoscebat. Christus non ex necessitate, sed humilitate, spiritum commendat; & Stephanus totus indigus remedium petit. Christus in illo certamine securus, non tam de se, quàm miseris peccatoribus, degit sollicitus; Stephanus, mobile virtutis acceptæ ingenium agnoscebat, in tuto prudenter se collocare satagit; & qui in ipso agone, etiam post visos cælos apertos, post Angelici vultus radios, conceptos, poterat deficere, debitò charitatis ordine, se tuetur prius, S. Chryl. tom. 6. ord. de S. Steph. post lapidum etiam jactus, athleta victoriam expectabat, & ejusmodi vocibus Creatorem compellabat: *Domine Jesu suscipe spiritum meum.* Quamdiu in hoc sum mortali corpore circumseptus, pertimesco; quamdiu terrenam hanc gesto carnem, reformido; nè post labores amittam labores. Vereor admodum, nè post luctam coronam privatus remaneam. *Suscipe igitur spiritum meum.* Ramirez in ep. Chr. ep. 6.

Agentia naturalia prius agunt in propinqua sibi, ignis, aqua &c. sic benefac prius domesticis. Diez. ser. 5. post Cin.

Qui dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas facere incipiat à seipso. Indignum est enim, ut in se non faciat, qui facit in proximum; cum audiat dicentem Dominum: *diliges proximum tuum, sicut teipsum*; itemque audiat: *miserere anima tua placens Deo.* Eccl. 30. 24. S. Aug. c. 27. de Civit.

Qui vult eleemosynam ordinatè dare, à seipso debet incipere, & eam sibi primùm dare. *Miserere anima tua &c.* S. Augustinus Enchiridio c. 7. 6.

§. XVII.

Charitas quas alias virtutes includat.

Humilitatem.

Humilitas est præcursor charitatis, sicut Johannes Christi; & sic attrahit ad Deum: quia Deus charitas est. Quidam dicebat in vit. PP. l. 7. c. 13. Corn. in Jf. 14.

Sicut ignis sine calore, vel splendore, omnimodè non est; ita charitas sine humilitate esse non potest. S. Cæsarius Ep. hom. 36.

Patientiam.

Charitas paxiens est omnia sustinet. 1. Cor. 13. 47. Ejus elogia inchoat, & terminat Patientia: quia in Patientia totam vim suam obtinet; ipsaque munitur, & defenditur. Sylv. in Apoc. 2.

Novi opera tua, & fidem, & charitatem. Apoc. 2. 19. Nescit utramque; fidem ut principium salutis; charitatem, quâ fides vivificatur. S. Cypr. de bono Patient: tolle charitati Patientiam, & desolata non durat; tolle sustinendi, tolerandique substantiam, & nullis radicibus, ac viribus, perseverat. Apostolus denique, cum de charitate loqueretur, tolerantiam illi, & patientiam injunxit. 1. Cor. 13. 4. Sylv. hic.

Genius vestem vulnerando facit pulchriorem. Lem. *Facit patientia pulchrum, dilectumque magis. Charitas paxiens est.*

Qui charus cupit esse, vulneretur.
Crebrò vulnere sæpe vulneretur.
Non est integer ille, nec decorus
Qui nullum patiens subivit ictum.
Vulnus nobile, nobilis cicatrix
Quam suscepit Amor, suamque fecit.
Res est integra amore vulnerari.

Genius vitem incidit. Lem. *Grata minus, nisi lesa foret.*

Amoris placet indolem videre?
Sentit vulnera, nec movetur illis.
Gaudet posse pati, sui que vindex
Pensat mille bonis malum unum,
Unum mille malis bonum rependit. &c.
Guilielmus Hesius.

Ferâ sit licet immanior, simul si amare quis cepit, ove mansuetior evadit. S. Chryl. hom. 33. in 1. Cor. 13.

Genius tentat digitò chordas testudinis. Lem. *Tentanti respondet amice. Charitas non irritatur.* 1. Cor. 13. 5.

Amor si meus ungue vellicetur
Irritatus, Amo tibi reponet.
Verbis, verberibusque provocetur,
Amo semper, Amo, tibi reponet.
Amor non melius, benigniusque,
Quàm, cum fere coegeris, loquetur.
Amorem probat hostis innocentem,
Hostem blandus amor probat nocentem.

Hesius cit.

Concordiam.

Charitas sic dicta, quasi chara unitas. In fimbria summi Sacerdotis, Ex. 28. 33. quatuor elementa tranquillâ unione conveniunt. 2. Reg. 19. 14. Notiatur de consensu filiorum Jfrael, fuisse illos univertos, *quasi vir unus.* Tot millia hominum, quasi vir unus, erant. Magna laus!

laus! sed non summa. Ecclesiae propria laus est, verè unam, non quasi unam, esse. *Una est columba mea.* Cant. 6. 8. Vespasiani nummo insculptae erant plenae spicae ex duabus manibus junctis egredientes. Incertò auctore.

Gemius nexum funis trahendo solvere volens, magis constringit. Lem. Qui distrahit, constringit; & nexum facit, qui sic resolvit.

Quò magè disjunges, magè conjungentur amores.

Arctius avulsim stringere novit Amor.
Hesius.

Liberalitatem.

Flosculi oriente sole se pandunt. Lem. *Suo se totum promittit amori. Charitas benigna est.* 1. Cor. 13. 4.

Sis tenax licèt usque, si Savarus
Clasò pectore, corde colligatò,
Liberalis eris, patènsque, cunctis:
Si te tangat Amor, forèsq; pulset,
Quantumvis adamantibus rigentes.
Nescit, quid sit Amor, benignitati
Qui clausum potuit tenere pectus. Hesius.

Fidelitatem.

Fatus de caelo ignis decidens. Lem. *fatus tantum excidit ignis. Charitas nunquam excidit.* 1. Cor. 13. 8.

Excludit

Suspicionem. Columna recta, supra quam directè Sol. Lem. *Non habet umbras. Charitas non cogitat malum.* 1. Cor. 13. 5.

Invidiam. Si homo lucis esse ccepisti, quae sunt Christi, gere: quia lux, & dies, Christus est. Quid in Zeli tenebras ruis? quid te nubilò livoris involvis? quid invidia caecitate omne pacis, & charitatis lumen extinguis? S. Cypr. 1. de zelo, & livore. *Charitas non amulatur.* 1. Cor. 13. 5.

Murmur. Scandalosa est cunctis, charitatem everit, unionem dissipat, pacem disturbat. S. Ephrem de murmuratione.

Detractionem. Est proles odii; pinguis, & occulta, ac latens, sanguisuga; quae charitatis omnem consumit, ac demolitur, sanguinem. Jo. Clim. gr. 10 de detractione.

Simulationem. Melius mihi videtur, nullam charitatem habere, quam fingere; & tolerabilius puto, charitate quemlibet vacuum esse, quam ejus plenitudinem simulare. B. Petr. Dam. l. 6. ep. 6.

§. XVIII.

Miscellanea de Charitate.

Ex Veteri, & Novo.

Apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum in capillo capitis sui. Dan. 14. 35. Cur non potius per manum, vel per brachium, portabatur in auxilium Danielis? Tam difficilis homo ad alterum juvandum, ut ad hoc illum capillis quasi trahi necessè sit. Sylv. in Marci 6 q. 8.

Polyan. h. Sacr. Tom. 1.

Viso illò praterivit. Luc. 10. 31. Sape, qui majoribus dignitatibus potiuntur, & amplioribus scientiis fulgent, prateriunt officia charitatis. Sim. de Cass. l. 6. c. 10.

Diliges & proximum tuum sicut teipsum. Luc. 10. 27. Legisperitus quaerit: *quis est meus proximus?* Naetus Dominus occasionem, charitatem suam sub Symbolo Samaritani depingit. Videbatur aptius, charitatis exemplum Lazarus à mortuis resuscitatus. Quia Lazari suscitatio imperiò peracta est; ibi namque voce vocavit, & nullo labore vitæ reddidit; hic verò pedes incedit, ut equo saucium imponat, hic denarios porrigit. Naxera in Jos. 19. §. 16.

Cum audieritis praeva & scissiones. Luc. 21. 9. Cum sublata fuerit omnis charitas, meritò locum habent bella, & scissiones. Theophyl. hic.

Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Jo. 13. 34. Unde novum? quod jam Levit. 19. 18. fuerat impositum. Non dicitur novum, quia recenter impositum; sed quia semper in novitate sua conservandum: ut nunquam quasi vetus obsolescat, sed semper novis, ac novis, accessibus charitatis crescere ejus custodia videatur. Lex, cum nova est, strictè solet observari. Gilbert. l. 19. in Cant. mandatum hoc semper sit vobis novum: & novum est; nisi in vestro Dominus Jesus veteraverit affectu. Ramirez in ep. Chr. ep. 1. Apoc. 2.

Hac locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Jo. 16. 1. Paracletò spiritu dilectionis ad ventante, discipuli non scandalizantur, dum persecutiones patiuntur. Amantibus nullum scandalum: quia amor omnia excusat, cunctis parcit injuriis. Elcob. t. 5. prophet. Christ. l. 8. obs. 1.

Habeo adversum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Apoc. 2. 4. Rich. à S. Vict. lib. 1. de erudit. Arguitur, qui adhuc bonum agit, quòd charitatem primam reliquit, & aureum caput in pectus argenteum deflexit.

Ex Patribus.

Vidi ego quosdam jejunantes, orantes, praeteritorum poenitentia suspirantes, omnem denique sine sumptu pietatem ostendentes; egenibus verò nè obulum quidem praebentes. Quid his, caetera virtutum diligentia prodest? non propterea regnum Dei consequentur. S. Basil. ferm. 2. in div. avar.

O Domine Deus! quam pauci sunt hodie inter nos ita firmati, ut dicere valeant illud verbum: *quis nos separabit?* Rom. 8. 35. Nunquid ita firmati sunt in dilectione illi, quos non dico tribulatio, sed leve verbum separat à charitate proximi: qui auditò univò verbò, quod eis displicet, statim excandescunt in iram, in unionem; nec potest recedere de ipsorum memoria; imò illud volunt, & revolvunt in cogitatione sua: similes cani, qui corrodit lapidem projectum. Certè isti non sunt firmati in charitate Dei; ideo facile capiuntur à diabolo: nulla enim sagitta ipsius missa contra tales cadit in vacuum, S. Bonav. ferm. 43.

Hh

Nulla

Nulla sunt culmina à jugo charitatis im-
munia : quidquid in orbe libertatis est , tali
non subtrahitur servituti. Ennodius lib. 3.
ep. 30.

Ratio , quare finitâ combibitione olim , &
apud Germanos etiamnum, bibant den Joannis

Seegen / est : quia S. Joannes perpetuò adhorta-
batur ad charitatem. Cum enim in ejusmodi
congressibus facillè exoriantur aliqua tricae ; nè
offensè discederent offensè, dicebant : *En noch den
Joannis Seegen* ; & sic bonò poculò sepe lie-
bant dissensiones. Berengar. similiter.

TITULUS XI. CHRISTIANI.

§. I. Nomina varia.

Dicet quis : nonne sunt apud vos alii pau-
peres, alii divites ; alii servi, alii domini ?
nonne aliquid inter singulos interest ? ni-
hil : nec alia causa est, cur nobis invicem *Fra-*
trum nomen imperiamus ; nisi quia pares esse
nos credimus. Lactant. l. 5. div. instit.

Christiani priùs *Nazareni* vocabantur. Sed
postea apud Antiochiam in communi Concilio
à Petro commutatum est hoc nomen, & dicti sunt
Christiani. Act. 11. 26. S. Anselmus in Eluci-
datio.

Nomen Christianorum primum in Antio-
chia inventum est : antea enim omnes vocabantur
Discipuli, vel *Frates* ; donec Apostoli Concili-
um Antiochiæ fecerunt. Durand. Rat. div. offic.
l. 2. c. 1.

Christiani ab Ethnicis vocati *Galilai*. Boll.
1. Jan. vita S. Martinæ V. & M.

In regno Xatâi omnes Christiani à Jesu vo-
cantur ; Jesuitæ sicut hic à Christo Christiani. Ex
litteris P. Emmanuelis Carvalii Malacâ,

§. II. Christiani dignitas, & prerogative. Ex Veteri.

Numeræ stellas &c. Gen. 15. 5. Ostensis stel-
lis dicitur ei : *sic faciam semen tuum*, id est,
gentem Christianorum, cujus tu pater futurus es,
in fide scilicet. Ostensâ autem arenâ dicitur : *sic*
erit semen tuum, id est copiosa erit gens Judæo-
rum ; sed arida , & infœcunda. Hugo Card. hic.

In nomine Dei nostri (Christi) *magnifica-*
bimur. Pf. 19. 6. Hoc est nomen, de quo Matth.
1. *vocabis nomen ejus f. sum*. In hoc nomine
magnificabimur : quia magnum est, vocari Chris-
tianum, & esse. Id. hic.

In finem intellectus filii Core. Pf. 41. Ti-
tulus. Hebraicè *Chore* dicitur *Calvaria* ; Cal-
varia verò locus est, ubi D. Salvatorem constat
esse crucifixum. Ideo filii Chore meritò dicun-
tur, quia tanquam gloriosissimum trophæum
coelestis Regis, id est, signaculum Crucis inscipe-
re meruerunt. Et ideo psalmus hic omni con-
venit Christiano, qui amore Domini flammâ do-
minicæ charitatis accenditur ; sine quâ totum ab-
jectum est, quidquid in humanis rebus putatur
eximium. Cassiod. hic.

Respondit ei in via virtutis sue. Pf. 101.
24. Quam bene duobus verbis expressum est, quid
sit Religio Christiana, id est, *via virtutis* ; quam
in doloribus quidem gradimur, in tribulationibus

commemur : sed hæc omnia in Christi nomine,
cum spe maximâ, sustinemus. Huic igitur vir-
tuti, quam Christus D. prædicavit, Sanctorum
congregatio devota respondet. Nam, cum ille
vocent ad bonam vitam, ipse illi respondet, qui
imperii ejus obsequens est. Quapropter respon-
det illi, non linguâ, sed vitâ ; non voce, sed fide ;
non clamore, sed corde. Cassiod. hic.

Nolite tangere Christos meos. Pf. 104. 15.
Christi Domini sunt omnes Christiani, qui mer-
guntur in Baptismo, ut sint Rêges : quia ipsorum
est regnum cœlorum ; in Confirmatione ut pu-
giles ; in morte ut Pontifices ; ut se Deo sacri-
ficent. Hugo Card. hic.

Sub umbra. Cant. 2. 3. Umbra Christi est
Christiana Respublica. B. Theodoret. l. 1. in Cant.

Capilli tui. Cant. 4. 1. Coma, & capilli Ec-
clesiæ, multitudo sunt populo Christo credentium.
Philo Carpath. in Cant. c. 4.

Ex Novo.

Et induunt eum purpurâ. Marci 15. 17.
Feramus & nos purpuram, regalem vestem. Sicut
reges ambulare debemus, super serpentes, & scor-
piones, & imperare peccato : Christiani enim di-
cuntur, hoc est, uncti ; sicut tunc reges dicebantur
Christi. Sit ergo vita nostra non servilis, & il-
liberalis ; sed regalis, & libera. Theophylactus
in c. 15. Marci.

Regale Sacerdotium. 1. Petri 2. 9. Christia-
na natio Regale Sacerdotium dicitur, quod non tan-
tùm ex sua Gente Sacerdotes veri Dei habeat ; sed
quod nullus masculus sit in toto orbe Christiano,
(si pauculos irregulares à natura excipias) qui ad
Regale Sacerdotium aspirare ; & si operam adhibe-
at, etiam pertingere non possit, nulla mulier insuper,
quæ vel fratrem, vel filium, aut cognatum, Sacer-
dotem habere non valeat. Cujus quanta dignitatis
pars ad eas inde accedat, ex recepta passim cære-
monia liquet ; quâ matres ipsò primitiarum filii
die, corollam palam in capite gestare, & in templo
ipso confueverunt : quasi proficientes hęc ritu ; se
cum filio, & in filio Neomystâ triumphare, ac
regiæ dignitatis partem in se derivatam esse. Re-
gale quoque Christianorum omnium est Sacerdo-
tium : quia cum Sacerdote celebrante ad stantes Sa-
crificium offerunt ; ideo ait celebrans : *orate fra-*
tres, ut meum, ac vestrum &c. Doultreman.
l. 1. c. 4.

Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo.
Apoc. 1. 6. Rupert, hic. Rex, & Sacerdos, solus erat
Jesus. Reges, & Sacerdotes, facere de servis pec-
cati proposuerat ; & idco sanguinem fundebat U-
trumque honorem non sibi retinuit, sed suis quoq ;
com-

communicavit. Vide quanta sit differentia inter Christum D. & homines; qui emunt, ut abjectissimos servos, & captivos, faciant; Christus D. emit nos suo sanguine, ut ad regnum nos elevant. Sylv. hic.

Ex Patribus.

Christi estis facti, posteaquam Spiritus S. imaginem recepistis; & omnia in imagine facta sunt in vobis: quoniam Christi imagines estis. S. Cyrill. Jerof. catech. myst. 3.

Non dixit: ubi fuerit cadaver, ibi congregabuntur vultures, aut corvi: sed, volens ostendere magnificos, & regales, esse omnes, qui in Passionem Domini crederunt; proprie dixit: *ubi fuerit Corpus &c.* Orig. tr. 30 in c. 24. Matth.

In multis, magnisque dignitatibus, quibus florebat; hoc tamen ad decus, & gloriam præcipuam, ducebat; ut & esset, & diceretur Christianus: idque tanti aestimabat, ut præ hoc uno reliqua omnia in unum congeat ludi, ac nugarum, instar haberet. Erat autem Casarius, teste Gregorio, in primo Medicorum ordine apud Imperatorem in numero amicorum, S. Greg. Naz. or. in laudem Casarii fratris.

Omnes in Christo regeneratos Crucis signum efficit Reges; Sancti vero Spiritus unctio consecrat Sacerdotes; ut, præter istam specialem nostri ministerii servitutem, universi spirituales, & rationales Christi agnoscant, se regii generis, & Sacerdotalis officii, esse consortes. Quid enim tam regium, quam subditum Deo animum corporis sui esse Rectorem? Et quid tam Sacerdotale, quam vovere Domino conscientiam puram, & immaculatam pietatis hostias, de altari cordis offerre? S. Leo ferm. 3. in anniversario die assumpti ad Pontif.

Tantum contulit fidei nostræ impugnationi persequentium, ut nihil magis regium ornet principatum; quam quoddam domini Mundi, membra sunt Christi. Non tam gloriantur, quod in imperio geniti; quam gaudent, quod in Baptismate sunt renati. S. Leo ferm. 6. in solen. Nat. Dom.

Oleum ideo ad Baptismum adhibetur: quia unctioem nostram designat, Christosque nos efficit; ac Dei misericordiam per spiritum Sanctum nobis pollicetur. S. Jo. Damasc. l. 4. c. 10.

Christianus sum, frater Christi sum. Si sum, quod dicor; hæres sum Dei, coheres autem Christi. S. Bern. l. 1. 5. in Cant.

In uno quolibet spiritualiter nascitur Christus; Ecclesia autem parturit, fascisque involvit; donec Christus natus in nobis formetur; atque ita unusquisque Christi participatione Christus quodammodo efficitur. S. Andreas Casar. ferm. 11. in c. 12. Apoc.

Joannes incarceratus est quilibet Christianus existens in peccato mortali. Joannes autem interpretatur, cui facta est donatio à Deo. Cum Christianus Deus dederit tot dona, merito quilibet Christianus dicitur Joannes. Nulli creaturæ donavit Deus tantum, quantum Christiano. 2. Petri 1. 4. *maxima & pretiosa nobis promissa donavit.* S. Vinc. Ferr. l. 3. D. 3. adv.

Nomen Jesus sibi retinuit, & nobis nomen Christus communicavit; unde Credentes dicti sunt Christiani. Sylv. in Matth. 1. q. 8.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

S. III.

Christianorum Obligationes.

Prima

Imitatio Christi.

QUI esse cupimus Christiani, debemus, quod Christus fecit, imitari. Tunc responderet ad fidem nominis sectatio veritatis; & credenti præmium datur; si, quod creditur, & geratur. S. Cypr. lib. de discipl. & hab. Virg.

Quid est esse Christianum, nisi Discipulum Christi, de schola Christi, militem Christi, imitatore Christi. S. Thom. Vill. ferm. D. 3. adv.

Frustra appellamur Christiani, si imitatores non sumus Christi. S. Leo. l. 5. in Nat. Dom.

Omnium vox Christum clamat; & non omnium vita Christum clamat. Haymo Dom. Septuag.

Quid est aliud esse Christianum, nisi habere cum Deo similitudinem, quatenus capit humana ratio. S. Greg. Nyss. Or. in illa verba: *faciamus hominem.*

Christianus est, qui Christum, quantum homini possibile est, imitari nititur verbis, & operibus. Joan. Climac. de inan. vitæ fuga gr. 1. c. 1.

Cujuscunque Christiani hominis vita est quædam vitæ Salvatoris nostri continuatio. Dicamus ergo: Redemptorem nostrum esse vitam vitæ nostræ, & spiritum nostri spiritus. Ex libello, cui tit. *Solus Deus.* Henrici Boudon.

Secunda

Opera congruant nomini, & professioni.

Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro &c. Jl. 45. 1. cumque plura alia ejus encomia retulisset, concludit: *Vocavi te nomine tuo, v. 4. assimilavi te, & non cognovisti me.* q. d. Ut explicat Hier. assimilavi te mihi in nomine, quod imposui tibi, & tamen adorasti idola tua, me relicto; accinxi te fortitudine magnâ ad præliandum contra hostes tuos. Applica Christiano de Ponte in Cant. Exh. 22. §. 1.

Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? Matth. 7. 22. considera, quia *in nomine* dicunt, non in spiritu: quia in nomine Christi multi ambulant, qui non habent spiritum Christi: ideo non ex nomine Christi agnoscendi sunt Christiani, sed de spiritu Christi. Ergo prophetant in nomine Christi, in spiritu autem diaboli. Author Imperf. hom. 19. in Matth.

Omnis, qui confitebitur me. Matth. 10. 32. Nisi separemur à Sæculo, non copulabimur Christo. Igitur separari necesse est à visibilibus, si volumus invisibilibus sociari; & ab homine, si Deo conjungi satagimus, non odio, sed spe conjunctionis ad melius. Sim. de Cass. l. 9. c. 23.

Aliud centesimum, aliud sexagesimum. Matth. 13. 23. S. Chrysol. f. 126. posteaquam granum triticisatum est in terra nostra carnis, & ad ubertatem supernam, per Dominicam fecundatum

Hh 2

datum

datum est sepulturam; factum est, ut homo centesimum fructum suo jam debeat auctori. Olim quidem, priusquam Christus humanæ nostræ naturæ uniretur, priusquam pro nobis mortem, & sepulturam, subiret; satis foret, si homo auctori suo sexagesimum, imò trigesimalium fructum afferret; nunc post tot accepta cum Christo beneficia, centesimum jam debet. Ramirez in ep. Chr. ep. 3.

Magister, quod est primum magnum mandatum. Matth. 22. 36 Fallax verbum; sed nec impunitum: eum vocare Doctorem, seu Magistrum, seu in aliquo superiore sibi, & non exhibere vocationis officium; nec velle fieri ad id, quod exigitur in ratione morali: quoniam multi vocant Dominum, cui subditi nolunt; multi Magistrum, cujus doctrinam despiciunt; Doctorem, cui contradicunt; mali vocant Patrem, & filiationem veram non exhibent; multi amicum, quem odiunt; multi extollunt virtutem verbis, & eidem moribus adversantur. Sim. de Cass. l. 1. c. 57.

Dicit ille, non sum. Jo. 18. 17. Nota, quod dicit, non sum, scilicet Discipulus ejus. S. Aug. Petrus negat Christum, cum se negat ejus discipulum. Ità & nunc non solum negat Christum, qui dicit, eum non nosse Christum; sed etiam, qui negat se Christianum. Hugo. Card. hic.

Constituntur se nosse Deum, factis autem negant. Tit. 1. 16 verè reatus negationis incurritur, quando bonum, quod in sono vocis auditur, in conscientia non habetur. S. Leo l. 6. in Epiph.

Existimant quidam, in eo tantum Deum negari, si in persecutione quis à Gentilibus comprehensus, se renuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus omnibus, quæ perversa sunt, factis Deum asserit denegari. Christus sapientia est, justitia, veritas, sanctitas, fortitudo; negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem justitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quoties vincimur in vitiis, atque peccatis; toties Deum negamus. S. Hier. *Et confisus est, & non negavit.* Jo. 1. 20. Efcob. t. 2. Chr. perfec. l. 1. sect. 1. obl. 5.

Estote Christiani. Valde parum est, vocari Christianus. S. Aug. l. de 10. chord. c. 13.

Non se gloriatur Christianum, qui nomen habet, & facta non habet. S. Isidor. l. 7. c. 14.

Christiani à Christo nomen acceperunt: & operæ pretium est, ut, sicut sunt hæredes nominis, ita sint imitatores sanctitatis. S. Bern. lib. sentent.

Qui se nominant Christianos, id prius oportet ut sint, quod exigit ipsum nomen; deinde sibi eam appellationem accommodent. S. Greg. Nyss. de perfect. Christiani.

Christi nomen regem significat. Siquis nomen Christi quidem sumat; quæ verò unà cum hoc nomine considerantur, vitâ non exprimat, is nomen ementitur. Idem de profess. Christiana.

Nihil proderit nobis, Christianorum possidisse appellationem, si opera illam non sequantur. Nè fortè & illud nobis dicatur: *Si filii Abraham estis, opera Abraham faceritis.* Jo. 8. 39. S. Cyrill. Jerol. catech. 7.

Omnino nihil prodest, nomen sanctum habere sine moribus: quia vita, à professione discordans, abrogat illustres tituli honorem, per indignorum actuum vilitatem. Salvian. de provid. div. l. 3.

Nomen nostrum magnum est. Hòc nomine nihil majus, nihil excellentius. Dicimur enim Christiani à Christo. Quid amplius creaturæ potuit deferre, quam Creatoris sui nomine censer? si ergo convenimus nomine, convenimus & &c. Blesens. l. 6. de Nat. Corn. hic.

Christiani alia officia, & obligationes.

Ex Veteri & Novo.

Bellum Domini erit. Ex. 17. 16. Dicamus & nos, tanquam resoluti milites Christi: bellum Domini mihi erit contra Amalec, id est, carnem, & Mundum, in æternum. Corn. hic.

Sacrificare sacrificium justitia. Pl. 4. 6. Sacrificium idem significat hic, ac sacrum officium. Dicit ergo David: facite Deo hoc sacrum officium, quod illi debetis. Siquidem Pater vester est; facite officium boni filii: quia Rex vester est; facite officium boni subditi: quia Juxta vester est; timeate eum, ut oportet: quia vester Creator est; servite illi, & obedite, ut fideles Creaturæ. Dic homo, quæ sunt officia Dei erga te? quomodo te tractat? optime profecto. Tuum officium erga eum quale est? nec sicut filii erga Patrem, nec subditi erga Regem, nec creaturæ erga Deum, nec sicut hominis erga vilissimum alium hominem. Diez fer. 5. in Cœna Dom.

Populum istum formavi mihi. Jf. 43. 21. id est: hunc populum feci mihi singulariter ad servitutem meam, & obsequium. Et in quibus maxime ei servire debet? addit statim: *laudem meam narrabit*, formavi eum, ut in me laudando occupetur. Hic est populus Christianus, qui tot beneficia à Deo accepit. Quod declarat S. Petrus 1. 2. 9. *vos autem genus electum, regale Sacerdotium &c.* Cur tot beneficia in hac Gente cumulavit? *ut virtutes annuntietis ejus, qui vos vocavit in admirabile lumen suum.* Diez Dom. Palm.

Hic scribet manu suâ Domino. Jf. 44. 5. id est: *Domini ego sum ita.* Sept. Arab. *hic scribet se à proprietate Domini.* Sicut enim sagæ, aliique, cum se dæmoni devovent, dant ei syngrapham, quâ se ejus esse servos profitentur; ita & Fideles scribebant olim se esse Christianos, servos Jesu Christi, uti, scribit Apostolus: *Paulus servus Jesu Christi.* Hinc baptizati dicuntur nomen dare Christo, nomenque sumum, vel ipsi, vel Pastor eorum, catalogo Fidelium inscribit; quasi qui transeat in militiam Christi. Sic in nonnullis Religionibus Professi, dum faciunt vota Deo, ea manu suâ scribunt, scriptaque tradunt Superiori. Sic Martyres, vel voce, vel scripto, testantur, se esse Dei cultores, & Christianos. Aliqui ex Sept. vertunt: *inscribet manus Suae: Dei ego sum.* Olim enim milites stigma inustum, vel impressum in manu fere-

ferebant, quò se milites hujus, vel illius Ducis, esse profitebantur, uti docet Lipsius l. 1. de milit. Rom. c. 9. Sic ait Paulus: *ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Gal. 6. 7. Sic & Anti-Christus faciet asecelas suos suum characterem gestare in dextera. Apoc. 13. 16. Et sic Fideles etiamnum in annulis, & armillis manuum, gestant cruces, aut icunculas Christi; quibus se Christi servos fatentur. Imò primis Ecclesie temporibus multi Christiani non in annulis, sed in carne, candentibus notis, nomen Jesu, aut signum crucis, curabant sibi inuri, ut Procopius veteris auctor hic ait. Alii ex Hebræo legunt: *in scribet manum suam Domino.* Inscribet, id est, consignabit aut consecrabit. Sic manus suas consecrant Domino, qui eis assidue operantur bona opera ad Dei gloriam; aut qui templis, altaribus, domibus, libris, aliisque operibus suis, inscribunt D. O. M. vel Deo sit laus & gloria! Corn. hic.

Quare quasi colonus etc. Jer. 14. 8. Tropolog. Christus, & Christiani, sunt coloni. (Colonus est, qui agrum alienum pretio conducit, ut eum colendo, fructus colligat unius anni) 1. Quia Christus è cælo in terram, quasi alienam, venit; & nos è cælo animam accepimus: unde & cælum nobis patria est, terra verò exilium. 2. Quia licet Christus terræ esset Dominus, & veniret in propria, sui tamen eum, quasi peregrinum, non receperunt. 3. Quia caducis terræ bonis non est usus, nisi ad necessitatem quasi peregrinus; non habuit, ubi caput reclinet non propriam domum; sed Marthæ, & aliorum, hospitium: ut doceret nos, iis uti, non frui, & supernam patriam inquirere, ut ipse mox ad cælum rediit. Corn. hic.

Quatuor facies uni etc. Ezech. 1. 6. Religiosus, imò quilibet Christianus, quadrifacialis sit. Habeat faciem aquilæ in templo, faciem hominis in domo; bovis in cella, & officina; leonis in foro, & caltris. In orando sit aquila, in conversando homo, in laborando bos, in dimicando leo. Cor. hic.

Magnificat anima mea Dominum. Luc. 1. 46. Magnificas Deum, qui dignè juxta Deum ambulat; vocatus Christianus, non attenuans nomen, & dignitatem Christi, faciendo quod non oportet; nec magnificans, operando magna, cœlestiaque opera. Theophylactus hic.

Ex Patribus, & aliis.

Quid utile fuerit, dic obsecro, arbori, quæ in summum se extendit, & foliis frondet, & fructu careat? sic & Christiano non proderunt recta dogmata, si vitam suam non benè instituat. S. Chrysostr. t. 1. hom. 13. in Gen.

Idcirco nos ille elegit; ut simus quasi luminaria; ut veluti fermentum evadamus; ut Magistri cæterorum efficiamur; ut velut angeli cum hominibus conversemur in terris; ut tanquam viri cum infantibus pueris, quasi spirituales cum animalibus: ut ex contubernio nostro ingentia illi lucra conquirant; ut semina simus; ut fructum lætissimum afferamus. Nihil opus esset verbis,

si in hunc modum virtutis probos actus proferremus. -- Nemo profectò Gentilis esset, si ipsi, ut oportet, Christiani esse curaremus &c. S. Chrysostr. hom. 10. in c. 3. Thessal.

Quemadmodum incus aliqua, licet quòdam malleo semper verberetur; non tamen dat tergum, neque concavitatis formam in se recipit; sed eadem semper manet, sibi que similis: sic & qui verum se vult gerere Christianum, inter diversas tribulationes, atque tentationes; sive extrinsecus ab hominibus illatas contumelias, persecutiones, damna, aut aliqua ejusmodi; sive intrinsicè à spiritibus immundis inductas angustias diversissimas: unus, & idem maneat oportet, fortiter quæcunque obvenientia perferens. S. Ephrem de fide.

Lex vetus ad externum tantum hominem spectabat: Christus autem ad internum mentis aciem conjiciebat: veluti tempore illò jam præsentem, quò crux rebus illis typicis, & corporalibus, finem impostura erat: quò nimirum Christi Fideles vitam posthac ita instituant; corpore depositò, in merum spiritum transirent. Victor Anuloch. ad c. 7. Marci v. 15.

Christianismus est imitatio divinæ naturæ. Christianismi professio est, ut homo reducat ad pristinam & antiquam felicitatem. S. Greg. Nyss. de Profess. Christ.

Quærit fortassis aliquis, quid sit istud; quòd nunc plus exigit Deus à Christianis, per Evangelium, quam à Judæis ante per Legem? aperta istius rei ratio est: ideo enim majora nunc Domino nostro solvimus, quia majora debemus. Hebræi habebant quondam umbram rerum, nos veritatem; Judæi fuerunt servi, nos adoptivi; Judæi acceperunt jugum, nos libertatem; Judæi maledictum, nos gratiam; Judæi literam interficientem, nos gratiam vivificantem; Judæi servus Magister missus est, nobis Filius; Judæi per mare transferunt ad eremum, nos per Baptisma introimus in regnum; Judæi manna manducaverunt, nos Christum; Judæi carnes avium, nos Corpus Christi; Judæi pruinam cæli, nos Corpus Dei. Salvian. l. 2. ad Eccles. Catholicam.

Nullus sapientior, nullus cautior apud Christianos respondendi modus contra diabolum: quidquid aggarriat, quidquid nesciat; hæc una responsio sit Fidelis animæ: Christiana sum. Jo. Gerson tr. 8. super magnificat.

Christiani Probi, & boni.

Vide tit. Sancti.

§. VI.

Christiani mali.

Blasphemant nomen Dei, & Christi.

Nomen Dei per vos blasphematur, inser Gentes Rom. 2. 24. Nimirum quia verus, & legitimus Deus est ille, quem cultores ejus non solum venerantur, sed etiam pro viribus imitantur. Hinc Gen. 1. 27. *ad imaginem, & similitudinem Dei, factum hominem, narratur.* hoc est, factus est ad imitandum, & refer-

Hh 3

ren-

rendum Deum in moribus. Quòd si pravis moribus fuerit, anam dat Gentilibus, blasphemant Deum, & Christum. Quod hac similitudine explicat S. Greg. Nyss. de perfect. Christ: ponatur aliquis, qui artem pingendi profiteatur; atq; huic imperari à Magistratu, ut his, qui procul habitant, Regis imaginem sculpar. Si igitur turpem aliquam, ac deformem, speciem in tabula sculptam, imaginem Regis indecoram, eam formam nominaverit; annon verosimile est, indignaturam eam Potestatem, quòd pulchritudo principalis, propter malam illam picturam vituperetur interignaros? qualis enim in imagine ostenditur, talem etiam formam principalem aestimari necesse est. Quocirca, si Christiani definitio, Dei imitationem esse dicit, qualem vitam inter nos viderit is, qui Christianus non est; talem quòque Deum nostrum existimabit esse. Is. 52. 5. *jugiter totà die blasphematur nomen meum.* Hunc S. Pauli textum sic explicat S. Thom. lect. in c. 2. Rom. Sicut legis observatio in bonis operibus, est occasio videntibus, ut honorent Deum; ita etiam transgressio legis per mala opera, est occasio videntibus blasphemandi. Incertò Auctore.

Ego puto, quòd non solum ille maledicat Christo, qui sermonem adversus eum maledictum profert; sed & ille, qui, sub nomine Christiani, malè agit, & turpiter converfatur; & inhonestis verbis, vel actibus suis, facit nomen ejus blasphemari inter gentes. Orig. hom. 17. in c. 23. Numer.

Christianus vocatus es. Parce huic nomini, - nè propter te blasphemetur J. C. Filius Dei. S. Cyrill. Jerof. catech. 10.

Mali Christiani sunt opprobrium Christi.

Magister, sequar te. quocunque ieris. Math. 8. 19. Cur Christus D. illum repudiat? Malus erat discipulus; vulpem sub ove tegebat: nota fieret Magistro, si fide ageret. Sic Isid. Pe. luf. l. 1. ep. 17. nè pertinax illius improbitas iis, qui fidem amplecterentur, offensionis causam afferret Domini potentiam calumniantibus; ut qui discipulum ad virtutem immutare non potuisset. Cum Judas è Christi D. schola abiisset, dixit Jesus Jo. 13. 31. *nunc clarificatus est Filius hominis.* acti honestatum se Magister significaret, cum discipulum improbum à sua schola abegit, Nævum talem, ut à se Christus abigeret, Petro imperat. Jo. 18. 11. *mitte gladium tuum in vaginam.* Aurem Petrus Malcho sui impotens absciderat, Magistro ad crucem, & necem paratò. Quid Christus? gladium extorquet è manu Petri. Tertull. l. de patientia c. 3. patientia Domini in Malcho vulnerata est. Potuit enim improbus quisque dubitare; an non discipulus impatiens à Christo hausisset impatientiam. Tertull. nè unius quidem discipulis gladium in ultorem probavit. 2. Reg. 12. 10. 14. *non recedat gladius, - quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini.* Cajet. hic anam accipere malè sentiendi de gubernatione divina; utpote

fovente regem scelestum. Velloso in Judith 5. paranet. 45.

Christiani moderni dissimiles primis.

Quando aedificabatur templum gloriosum non viderant, cum læticia vociferati sunt; seniores autem, qui illud in statu meliori viderant, flebant voce magnà. 1. Esdræ 3. 11. 12.

Est civitas quædam in Africa, ubi Carthago fuit, quæ vulgari lingua vocatur Tunees; quòd interpretatur: tu non es, supple, quod eras, potens, pulchra. Ita qui vidisset primum statum Christianitatis, eumq; compararet ad modernum, posset dicere: tu non es. Jo. de Broymard tit. Christianitas.

O miseriam lacrimabilem! ô miseriam luctuosam! quam dissimilis est nunc à seipso populus Christianus, id est, ab eo, qui quondam fuit! Ecce in quid redacti sumus; ut beatam fore Ecclesiam judicemus, si vel tantum in se boni habeat, quantum mali. Nam quomodo beatam non arbitremur, si mediam plebis partem haberet innoxiam, quam pene totam nunc plangimus criminofam. Salvian. de provid. div. lib. 6.

Sicut videmus in aliquo templo, fundamentum, & parietes, majoribus lapidibus constructos, & tandem pinnaculum Protheo (Προθηος) terminari; sic Ecclesia firma fundamenta habuit Sanctos &c. nos sumus, tanquam aedificii summitas, Protheis mutabiliores. Diez Conc. in festo SS. Petri, & Pauli.

Miscellanea de malis Christianis.

Exibant demonia - clamantia. Luc. 4. Dæmonia vera dicebant; sed in omnibus reprobierant. Heu! multorum Christianorum miseranda conditio! qui similes demoniis facti sunt, Christum confidentes, & vitam odientes. Sed utinam non priores! nam dæmones credunt, & contremiscunt; perversi verò sæpè credunt, & non verentur. Sim. de Call. l. 5. c. 10.

Multi in Sæculo isto caduco, & scæneo, habitant Anti-Christi. Etaudite qui sunt isti Anti-Christi? Anti-Christi dicuntur facti Christiani. S. Chrys. in Pf. 9.

Crederet se in Christum quomodo dicit, qui non facit, quod Christus facere præcepit? aut quomodo pervenit ad præmium fidei, qui fidem non vult servare mandati? S. Cypr. l. de unit. Eccl.

Christianus malus, dum secundum Evangelii doctrinam non vivit, etiam ipsam fidem, quam verbo colit, obiecta tentatione, facile perdit. S. Isid. l. 2. c. 2.

Illud considerandum est, quia quòd lex bona est, nostrum non est; quòd autem malè vivimus, nostrum est. Et nihil nobis utique prodest, quòd lex est bona; si vita nostra, & conversatio nostra, non est bona. Salvian. de provid. div. l. 4.

Quid

Quid est Christianismus? Est imitatio divinæ naturæ. Nihil. initiō operis ep. ad Harmonium, affert exemplum simiæ, quæ à circulatorē docta saltare, & gressus humanos imitari; ac ad quæstum in theatrum producta: cum spectatores censerent, Simiam humanā veste, & gestu, præditam, hominem esse; quidam ex eis callidior scocio dixit: ostendam tibi, simiam esse simiam, non hominem. Quare in theatrum Simiæ obicit amygdala; quibus illa visis, relicto Magistro, & præcentore suo, ad amygdala cucurrit, easque enucleavit, & comedit. Sic Christiani multi speciem externam Christiani præferunt; sed oblati suis cupidis, quasi nucibus, Christianismi oblati in eas quasi pecora ruunt: itaque se non Christianos veros, sed fucatos; non homines ratione, & fide, viventes, sed hominum simias, esse ostendunt. Corn. in ep. 2. Petri 1. 4. *ut per hæc efficiamini divina confortes naturæ.*

Siverum est, ut est verissimum, Christum transfuisse nos à servitute diaboli in regnum dilectionis suæ; quæ causa est, cur tantus malorum numerus malit diabolo iterum se in servitutem tradere, ut cum eo ardeat in æternum; quam Christo benignissimo Principi servire, imò regnare? Ego certe nullam invenio causam; nisi quia in obsequio Christi inchoandum est à cruce, & necesse est carnem crucifigere cum vitiis, & concupiscentiis. Bellarm. de 7. verbis c. 16.

Romæ in Ecclesia dum elevaretur Corpus Christi, quidam juvenis noluit flectere genua; cui diabolus visibilis dedit alapam, dicens: o proditor Christiane! pro quibus tantum fecit Christus. Si fecisset centesimam partem pro nobis eorum, quæ fecit pro vobis, nocte, & die servillemus ei genibus flexis. & subito interfecit eum. S. Vinc. Ferr. f. 5. D. 16. Trinit.

Stupendum est, quod quotidie cernimus: aves sylvestres, ut falcones, & accipitres, facilius tractari, & curari, quam domesticas, ut gallinas, & gallos. Et revera ita contingit: facilius Judæum, & Turcam, ad fidem Catholicam convertes, quam Christianum à peccatis suis removere, ut v. g. concubinam relinquat. Diez conc. 4. in Com. Virg.

Nummi coronati regni Portugalliæ, licet in se habeant sculptam crucem, & figuram vulnerum Christi, non ideo plus valoris habent; quin potius ex omni moneta viliores sunt, utpote vilissimi metalli. Sic multi Christiani, licet cruce se signent, & vulnera Christi conspiciant &c. Id. ut. Christiani.

§. V.

Christianorum peccata graviora, quam Gentilium.

Ex Veteri.

Ecce filii Israël non audiunt me. Ex. 6. 12. q. d. hi, Domine, qui sunt populus tuus, & gloriantur, se esse filios tuos; hi non audiunt me. Si

essent Infideles, esset malum tolerabilius. Diez. fer. 4. post 1. Quadr.

Ad iracundiam concitatus est, quia provocaverunt eum filii sui, & filia. Deut. 32. 16. 17. quod utique secundum omnem rationem minus tolerandum est, quam si provocassent eum externi, & externa. S. Rupert. lib. 2. c. 2. hic.

Triplex filiorum Heli commentatio præmittitur. 1. Reg. 1. 3. &c. A loco, quia erant in templo; à genere, quia erant filii Heli summi Sacerdotis; à dignitate, quia erant & ipsi Sacerdotes Domini. Sed quorsum hæc commendatio? nisi ut ignominiosior vituperatio, Mendoza hic.

Timuerunt, Philistiim. 1. Reg. 4. 7. Licet de Deo Hebræorum non verè sentirent; eum nihilominus timuerunt: in dedecus Christianorum, qui, Deum rectè cognoscentes, tamen non timent; deteriores in hoc non solum Philisthæis, sed etiam ipsò Pharaone, qui dicebat Ex. 5. 2. *Nescio Dominum, & Israël non dimittam.* Cajet. contempsit mandatum Divinum, allegando inscitiam propriam, q. d. quia nescio, contemno; si scirem, procul dubio timerem, & observarem. Quid ad hæc Christiani cognoscentes Deum, & non timentes? S. Rupert. l. 4. in Ex. 31. Levius multò est Deum nescire, quam cognitum irritare. Mendoza in 1. Reg. 4. v. 7.

Fili hominum, usquequò gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Pl. 4. 3. Sept. *usquequò inchoi mei ignominiosè diligitis vanitatem?* Chald. *usquequò honor meus ad vituperium?* Aquila, & Symmachus: *usquequò gloriosi mei, seu gloria mea?* Vatablus: *usquequò potentes, ac principes?* Quò magis extollitur dignitas, magis exaggeratur iniquitas. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 6. sect. 3.

Incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi. Pl. 50. 8. Onus aliud addit reatui suo, ut, cum beneficia memorat, culpa semper accrescat. Incerta, & occulta sunt, quæ ei Deus in filii sui manifestatione revelavit. Primum, ut agnosceret, eum habere Filium; deinde ut ipsum nosset ex suo semine in carnis assumptione venturum; ut Passionis quoque futura prædiceret, & resurrectionis gloriam nuntiaret: & inde dicit, se non debuisse peccare. O sancta simplicitas! quis tantum suæ defensionis studere potuit, quantum iste in propria condemnatione laboravit. Dicit, post collata beneficia ad talia se non debuisse pervenire peccata. Cassiod. hic.

Israël autem non cognovit me. If. 1. 3. hoc dicit cum ingenti ponderatione Dominus. Res miranda! quòd Israël, id est, qui Deum videt, Deum non videat. Quòd cæcus non videat, nihil mirum; at oculos habentem non videre, stupendum est. Quòd Infidelis non videat, & Deum offendat, malum est; cæterum quòd Fideles Christiani, qui Deum cognoscunt, ut cæci vivunt, illum offendant; ingens profectò malum est. Diez. conc. 2. festo S. Barthol.

Fili;

Fili Sion inchoy, & amicti auró primó, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli. Thren. 4. 2.

Major effecta est iniquitas filie populi mei peccatò Sodomorum. Thren. 4. 6. Major iniquitas nostra rectè plangitur, quàm eorum, qui non cœpère in fide Christi aliquid boni agere. Hinc & supplicia pertimescamus atrociora, quàm ejus fuère, quæ subversa est in momento. S. Paschal. hic.

Contempsit iudicia mea, ut plus esset impia, quàm Gentes. Ezech. 5. 6. *juxta iudicia Gentium non estis operati.* v. 7. Meritò de multis Christianis hæc dici possent, quod Deus de Jerusalem. Maurus ab eo, quod Legi suæ repugnat, abstinet; Christianus verò non. Cur saltem legem naturæ non ita servamus, ut suos ipsi ritus servent? quin etiam virtutibus moralibus sæpe nobis præstant. Diez conc. I. D. 3. adv.

Tu signaculum similitudinis &c. Ezech. 28. 12. &c. Sequitur. *& peccasti.* v. 16. *& eieci te de monte Dei.* Præcedunt laudes, ut culpa gravior habeatur. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 6. sect. 3.

Ex Novo.

Tolerabilius eris terra Sodomorum &c. Matth. 10. 15. Quia quò plura beneficia accepit à Deo, eò graviora in Deum peccata ejus erunt. Mendoza in 1. Reg. 12. annot. 11. sect. 2.

Et in Capharnaum, nunquid usq; in caelum exaltaberis? &c. Matth. 11. 23. S. Hier. ideo, quia exaltata es usque ad caelum, meò hospitio, & meis signis, atque virtutibus, tantum habens privilegium; majoribus plecteris supplicii. Mendoza ib.

Nemo nos conduxit. Matth. 20. 7. S. Greg. hom. 19. in Evang. quid est dicere, ad laborem nos nemo conduxit? nisi quia vitæ nobis vias nullus prædicavit. Quid ergo nos à bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus, qui penè à matris utero ad fidem venimus; qui verba vitæ ab ipsis incunabulis audivimus.

Ejecerunt illum extra civitatem. Luc. 4. 29. Videamus, de qua ratione, civitate rectius dicerem; quibus ex spelæis, sylvis, & latibulis, prodierint hæc monstra. Nazareth est, Christi patria; illa primum in Christi necem ictum vibravit. Ergo Nazareth, præ omnibus Palestinæ urbibus Christo devincta; unde cognomen assumere, ubi primum stationem figere, dignatus est; illa prima sit, quæ in Christum seditiosa infurgat, tantòque furore illum persequatur? Si exteri hoc auderent, nullis à Christo beneficiis affecti, forsitan veniam mererentur: quòd autem id facere ausint Nazareni, intolerabilis est ingratitude, nullà penà expianda. Si autem Nazareni ob id summè plectendi; plurimi cum illis magis. Eò res hodie devenit, ut, qui à Christo maxima beneficia accipiunt, sint maximi illius hostes; maximè conspicui dignitate, honore, divitiis, nobilitate, aliisque cœli donis, hi Christum ut plurimum impudentissime

offendunt. Paulus Segneri. Die Lunæ Dom. 3. Quadr.

Videns civitatem flevit super illam. Luc. 19. 41. Multæ alie civitates perierunt, & deletæ sunt: Babylon à Persis, Troja à Græcis, Romæ Roma sepulta jacet; nullam tamen aliam deflet: quia hæc una eò tempore Dei cultum habebat. Orig. hom. 34. in Matth. nos fumus Jerusalem, quæ defletur. (Jerusalem, id est, videns Deum) quòd si post mysteria veritatis, post sermonem Evangelii, post doctrinam Ecclesiæ, post visionem Sacramentorum ejus, aliquis è nobis peccaverit; plangitur, atque defletur. Si post multam continentiam, post aliquot annos castitatis, victus quis fuerit, patientiam, pudicitiamque amiserit; lapidem super lapidem non relinquunt super te. Multis lacrymis prosequitur Dominus fumus Lazari. Jo. 11. 35. nullum alium resuscitatum deploravit. Causam reddit Orig. tr. 38. in Jo. ex verbis: *ecce quem amas, infirmatur.* v. 3. si cadat virtute conspicuus, cum deflet maximè Christus. Pinna in Eccl. Ethol. 65.

Odiò habuerunt me gratis. Jo. 15. 25. Etsi aliqua excusatio esse posset, de Filio Dei latente in homine; nulla tamen adest de homine innocente, operante mirabilia docente utilia, disfuadente damnosa. Sed majus Christianorum peccatum; qui Christum credunt Dei Filium, & contemnunt; Redemptorem fatentur, & non diligunt; Deum, & non timent; Patrem, & non verentur; Magistrum, & doctrinam abjiciunt; præceptorem, & non obediunt; sed iterum atque iterum in cordibus, & damnatis moribus, crucifigunt. Sim. Cass. l. 12. c. 10.

Barbari præstabant non modicam humanitatem nobis. Act. 28. 1. Probrosunt Christianis Gentiles barbari, naufragos, peregrinos, inopes, nihil lucris sperantes, benignè susceperunt. Sylv. hic.

Qui veritatem Dei in injustitia detinent. Rom. 1. 18. Quasi incarceraverunt veritatem, eamque detinuerunt, feris iniquæ voluntatis; nè exiret ad effectus, operæque conformia veritati notæ: itaque vim illi intulerunt, illique summam injuriam intulerunt. Ità S. Chryl., Aug. f. 55. de verb. D. secundum Joannem. Hi ergo quasi in vinculis detinuerunt Judicem, nec recta dictare permiserunt Legislatorem menti suæ à Deo impressum, scilicet rectæ rationis, & veritatis dictamen. Idem facit quivis peccator, dum contra veritatis, & rationis, dictamen operatur, & peccat. Corn. hic.

Revelatur ira Dei super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem &c. ib. v. 18. Meritò conqueritur Veritas, & Fides Dei, de omnibus hominibus, de Mauris, Gentilibus, Judæis; multò tamen magis de Christianis &c. Diez fer. 2. D. 3. Quadr.

Utinam frigidus esses, aut calidus. Apoc. 3. 15. Frigidum de Infideli explicant; calidum, sive fervidum, de Fideli justo, tepidum autem de Fideli iniquo: S. Ambr., S. Greg., S. Thom., Anselmus, Salvianus. Licet absolute loquendo, melior sit conditio Christiani peccatoris, quam Infide-

Infidelis: quia ille fidem habet, & auxilia paratio-
ra: aeternaque praemia, & supplicia agnoscens,
& aliorum exemplis animatus, facilius speratur
convertendus; tamen negari non potest, Fidelem
peccatorem in re aliqua esse Infideli deterio-
rem, dum, illius culpa, ob majorem Dei notitiam, lon-
gè gravior, quam ignorantis Infidelis aestimatur.
Ramirez in ep. Chr. ep. 7. Utinam aut calorem,
aut fidem haberes, bonorum Christianorum; aut
certè frigus, & ignorantiam paganorum. Aut
enim fides calida te Deo insinaret; aut certè ad
praesens adhuc legis ignorantia aliquatenus excu-
saret. Nunc autem, quia Christum jam agnovi-
sti; & negligis, quem agnovisti, qui susceptus es,
quasi intrà os Dei, per fidei agnitionem, projec-
tis per teporem. Salvian. lib. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Cum etiam ignorantes Dominum nulla ex-
ceptio tueretur à poena (quia Deum in aperto con-
stitutum, & vel ipsi caelestibus bonis comprehen-
sibilem, ignorari non licet) quantum cognitum de-
spici periculosum est. Tertull. l. de poenit.

Descende, peccavit populus tuus. Ex.
32. 7. Acti ei divina vox diceret: qui in tali pec-
cato lapsus est, jam meus non est. S. Rupert. hic
l. 4. c. 27.

Levis multò est, Deum nescire, quam cog-
nitum irritare; tolerabilis est, viam Dei ignora-
re, quam post agnitam, retrorsum ire. Id ibi,
c. 31.

Criminosior culpa est, ubi honestior status.
Si honorator persona peccantis, peccati quoque
major invidia &c. Ita & nos, qui Christiani Ca-
tholici dicimur; si simile aliquid barbarorum im-
puritatibus facimus, gravius erramus: atrocius e-
nim sub sancti nominis professione peccamus.
Salvian. l. 4. de provid.

§. VI.

Christiani puniuntur pro Gentilibus.

Ex Veteri.

Philistinim autem tulerunt arcam Dei. 1.
Reg. 5. 1. Cur hi, arcam tangentes, non in-
tereunt, sicut Israelitae, non solum tangentes, sed
& aspicientes? Num. 4. 15. 20. Dicit aliquis:
quia Israelitae domestici erant, & familiares. Deus
autem, sicut familiaribus suis majora beneficia con-
fert; ita majores poenas infert, si delinquant. Sic
Oza occisus 2. Reg. 6. 7. Mendoza in 1. Reg. 5,
vers. 1.

Salmanazar rex Assyriorum, ut habetur 4.
Reg. 17. 24. 25. captà Samarià, duxit captivos
in regionem suam; Assyrios autem posuit in civi-
tibus Samariae pro Israelitis: cumque hi Assyrii
ibi habitare coepissent, idolis suis immolabant. *Et
misit in eos Dominus leones, qui interficie-
bant eos &c.* Non punivit illos Deus in patria
propter idololatriam; in regione verò, ubi Deus
verus adorari solebat, mittit leones, qui eos occi-
dant. Quid erit de nobis, qui in Ecclesiae Dei
gremio nati sumus, ejusque sanctissimam Legem,
& Sacramenta, suscepimus? Cur ergo in terra san-
cta tot idololatrias committimus? cur venter no-

Polyanb. Sacr. Tom. I.

ster Deus est? cur aurum? Hanc Legem Evange-
licam, quam Majores nostri custodierunt in his
regionibus; pro qua multi sanguinem fuderunt;
quomodo nos transgredimur? Et cur non descen-
dunt ex montibus leones, aut aliae immanes belluae,
quae nos devorent? ad magnum aliquod malum,
supplicium gravius, nos forsitan servat divina iusti-
tia. Licet dicere possimus, quòd pestes, infirmi-
tates, bella, quibus reges affliguntur, ut necessita-
te coacti graviora onera, & tributa, subditis suis
imponant; omnes haec calamitates sunt leones, &
dracones, qui ab ira Dei procedunt, in supplicium
peccatorum nostrorum. Diez Dom. Palm.

*In terra Sanctorum (Ecclesia) iniqua ges-
sit; & non videbitis gloriam Domini.* H. 26. 10.

*Quis miserebitur tui, Jerusalem? aut quis
contristabitur pro te? aut quis ibit ad ro-
gandum pro pace tua? Tu dereliquisti me, di-
xit Dominus, retrorsum abiisti; & extendam
manum meam super te, & interficiam te.
Laboravi rogans.* Jerem. 15. 5. 6. Attende
Christiane, quoties te Deus ita rogaverit, tum per
concionatores &c.

Ecce sex viri veniebant de via. Ezech. 9.
2. Nonne sufficeret unus Angelus ad Judaeorum
perniciem? cur sex mittuntur, ut perirent primo-
genita Aegypti? Imò, ut perirent Assyriorum ex-
ercitus unus Angelus mittitur, H. 37. 36. Eth-
nicorum peccata satis puniuntur per unum an-
gelum; verum Fidelium peccata adeò immania
sunt &c. Observatio hac est Theodoretii in Isaiam.
Baeza tr. 2. l. 12. c. 9 § 11.

Ex Novo, & aliis.

Tolerabilis eris terra Sodomorum. Matth.
10. 15. An hoc intelligendum sit absolute; ita
quòd simpliciter, omnibus consideratis, major e-
rit damnatio horum, quam Sodomitarum; diffi-
le est determinare; Videtur enim quòd sic: quia,
caeteris paribus, major est damnatio Fidelium,
quam Infidelium; & tantò gravius est peccatum,
quò major gratia offertur, & spernitur. Dion.
Carth. hic.

Legitur in Vitis Patrum; & liber approbatus
est ex Decreto Gelasii Papae, de B. Macario: qui,
eundo per desertum, invenit antiquissimum caput
cujusdam mortui. Cogitabat, si scirem, quòd
anima hujus esset in paradiso, tenerem caput istud
in reliquiis; si in purgatorio, orarem pro ipsa; si
in Inferno, vellem scire, pro quo peccato? Et dum
ista cogitaret, subito anima fuit in capite, &
locuta ei: quæras, & ego respondebo tibi. Tunc
Macarius: cujus es conditionis? Christianus? an
Paganus? Respondit, Paganus. In quo loco sit?
quærit: in Inferno, & quidem profundè. Inter-
rogat, an aliqui profundiores? respondit, Judaei;
quia habuerunt Scripturas, & Prophetas; & non
crediderunt? An aliqui profundiores Judaeis? re-
spondit, mali Christiani; qui tantas receperunt
gratias, & tamen ingrati Deum spreverunt; ideo
ex ingratitude sunt profundiores. S. Vinc. Ferr.
fer. 3. D. Palm.

Agareni tenent Sanctam terram, ad excusatio-
nem Christianorum: quoniam nullus potest se ex-
cusare de peccatis, & Christus non vult, quòd Chri-
stiani faciant peccata in illa sancta terra. Si dicatur:
quare ergo sustinet, quòd Agareni faciant ibi pec-
cata?

cata? respondeo: quia non tantum sibi displicet, quantum de Christianis. Id. ser. 4. post Latrare.

Refert Cæsarius Heisterbacensis illustr. histor. l. 4. c. 17. Guilielmo quodam Ord. Cisterc., qui ante Ordinis ingressum Cruce signatus mare trajecit, ad visitandum sepulchrum Domini, regnante Friderico I. Imp. quò tempore Saladinus Babyloniam rex terram sanctam occupaverat, & Noradinus ejus filius Achonis portum, & urbem, possidebat. Huc cum appulisset Guilielmus, conspecta navis Christianorum, Noradinus vir miti ingenio, & naturam beneficus, nobilem quandam à suis linguæ Gallicæ gnarum ad navem misit, qui advenas salutaret; & ne quid hostile metuerent, pollicetur. Misit ultro citroque munera; die postero ipse Noradinus ad navem venit. ægrotum nobilem invisens. Inter quæ officia prædictus Guilielmus cum aliis, revertentem regem comitari iustus est; & inter eundem à Nobili, qui primum ad navem missus fuerat, interrogatus: quomodo Christiani in patria illius servarent legem Christianorum? Verendum Guilielmus fateri, quod res erat, respondit: fat bene. Quò responsò auditò nobilis ille Saracenus: ego, inquit, exponam tibi legem Christianorum, qui in hac regione degebant. Pater meus, quia erat inter eminentiores Saladini, misit me juvenem ad regem Jerosolymorum, eà conditione, ut apud ipsum Gallicum idioma perdiscerem; ille autem vicissim filium suum parenti meo remitteret, ut linguam Saracenam disceret loqui. Itaque quæ tunc audivi, quæque oculis meis usurpavi, referam tibi, Christiani eò tempore ita vixerunt, ut nullus adeò dives esset, qui lucri causâ & pro pecunia, vel fororem, vel filiam, vel, quod execrabilius erat, uxorem propriam, libidini peregrinorum, non exponeret. Ita universi gula, & carnis illecebris, dediti erant; ut, si eos de moribus aestimares, profus à pecoribus non differrent. Superbia adeò eis dominata est, ut nunquam sibi satisfacerent in vestibus suis incidendis, stringendis, prætexendis, acupingendis, aurò illinendis &c. Et, ut cætera taceam, tot fuerunt, vel in solis calceis, mutationes, tot novitates; ut putares, aliud nihil dies, noctesque cogitasse, quam quò pacto unus alterum vestimentorum pompâ superaret. Addidit sub hæc Saracenus: Ecce ista sunt vitia, propter quæ ejecit Deus Christianos superbos, & luxuriosos, de terra ista: non enim diutius potuit tantas illorum iniquitates sustinere. Putas, quòd nostris viribus obtinerimus illam? nequaquam. Pergit quoque narrare Cæsarius ex relatione præfati Guilielmi: Saladinum regem, qui Jerosolymam occupaverat, valde etiam fuisse humanum in Christianos. Nam, licet ab ejus exercitu Christianorum copiam fuissent partim deletam partim dissipatam, partim captam; reliquias tamen in civitatibus, quæ se ultro dediderunt, permisit quietè vivere: adhibitam tamen custodiam, ne quid moverent. Evolatò verò nonnullò tempore inquisivit quomodo se gererent Christiani? responsum est: haud aliter eos vivere, quam pecudes intellectu carentes: totam eorum occupationem esse ludos commestiones, computationes, luxum, & illecebras voluptatum. Quare iratus Saladinus mandavit, quidquid in civitatibus Christianorum reliquum esset, pelli, & exturbati.

§. VII.

Christiani confunduntur à Gentilibus, & condemnantur.

Ex Novo & Patribus.

Ecce magi ab oriente venerunt. Math. 2. 1. 5. Chryl. l. 156. plus cœleste de magis, quam de Stella, signum est: quòd Judææ regem, quòd Legis auctorem, magus scit, nescit Judæus.

Vidimus stellam ejus in Oriente. Voluit Deus, ut Jerosolymam intrarent, ad majorem sui confirmationem, & Judæorum confusionem, ac condemnationem; videlicet, ut testimonio prophetali certificarentur de puero nato, & ut Judæi in excusabiles fierent; eorumque cæcias, atque desidia, confunderetur, dum, quibus Christum confitentibus, ac desideranter quærentibus, ipsi nec crediderunt, nec quæsierunt. Dion. Carth. hic.

Viri Ninivite surgent in Judicio cum generatione ista. Math. 12. 41. Frequens est Dei, gratia, rarus per humanam voluntatem usus gratiæ. Ergo Ninive ex rea fit repente arbitra, judæque Palæstina, & suis lacrymis obruit Jerosolymam. Nobis imputanda est duritia nostra; qui si occasione uteremur, felicitatis nostræ essemus proculdubio non algæ in limo, sed palmites in Carmelo, &c. Oliva ser. 3. D. 1. Quadr.

Quidam ex eis de longè venerunt. Marci 8. 3. Propiores erant aut esse debebant ad sequelam Christi, qui de Lege Domini erant, quam qui gentiliter vixerunt. Sed præposteratam est; ut, qui debebant esse propinquiores, sint remotiores; & qui de longè erant, proximi facti sint. Nec non & de longè ad Christum veniunt, qui extiterunt majoribus criminibus irretiti, & in Mundi deliciis, atque divitiis, plus affecti; quibus est celerius divino edulio providendum. Sim. Cass. c. 4. de multipl. pan.

Samaritanus autem. Luc. 10. 33. Vicit Samaritanus Judæos amore in proximum. Fecit Deus, ne Turcæ, Mauri, Ethnici, elemosynis, patientiâ, castitate, & aliis moralibus virtutibus, multos Christianorum superent. Barradius t. 3. l. 2. c. 16. hic.

Ubi S. Hier. Gentilium laudavit fortitudinem animi, ait: quanquam & hæc in fugillationem nostri breviter dicta sint, si non præstet fides, quod exhibuit Infidelitas. ep. 3. ad Heliodor.

Quærit Tertullianus: cur divina Providentia multos veterum Gentilium tam heroicis virtutibus orbi admirabiles esse voluerit? quis non stupet patientiam Socratis, contemptum terrenorum Cratis Philosophi, paupertatem ultroneam Diogenis? Respondet lib. ad Martyres: hæc non sine causâ Dominus in sæculum admittit; sed ad nos, & nunc exhortandos; & in illa die confundendos; si reformidaverimus pati pro veritate in salutem, quæ alii affectaverunt pro vanitate in perditionem. Did. Niss. ser. 2. D. 3. Quadr. §. 5.

Voluit Deus Alexandrum Fidelibus statuere in exemplum, & cõtem virtutis. Si enim Alexander solis naturæ viribus tanta præstitit; quanta nos viribus gratiæ, naturam longè superantibus, instructos facere oportet? si gloriæ vanæ, & caducæ cupido
Alexan-

Alexandrum ad tam heroica facinora impulit; quam ardua nos capeſtere decet, quibus celeſtis gloria ob oculos proponitur? Fuit Alexandro hoc axioma, teſte Curtio l. 2. cap. 8. nihil tam altè natura conſtituit, quò virtus

non poſſit eniti. Chriſtiano hoc axioma proponitur: nihil tam altè natura conſtituit, quò gratia Chriſti non poſſit eniti. Corn. in Dan. c. 2. v. 39.

TITULUS XII.

CHRISTUS DOMINUS.

§. I.

Figuræ.

Ex Veteri.

Chriftus Dei virtus, & ſapientia, ipſe eſt arbor vitæ. Gen. 2. 9. Origenes l. 4. in ep. ad Rom.

Et benedixit diei ſeptimo. Gen. 2. 3. Dies iſte ſeptimus ſplendor Paternæ gloriæ, lux lucis, & ſons luminis. Sol ipſe verus, & indeficiens. Hoc à cæteris diebus differt. quòd *veſpere, & manè*, non habeat. Nec enim dixit Scriptura: factum eſt veſpere, & manè, dies ſeptimus; ſicut dixerat: *factum eſt veſpere, & manè, dies quintus &c.* Dies enim iſte natus, non factus eſt; genitus, non creatus eſt. Rupert. c. 13. hic.

Adam figuram Chriſti geſtavit: nam ſicut ille ſextà die formatus eſt ad imaginem Dei; ita ſextà Mundi ætate Filius Dei carnis formam induit. S. Iſid. in allegor. S. Scripturæ.

Cur Abel in iuventutis flore occiditur? Gen. 4. 8. S. Aug. lib. 1. de mirabil. Script. primus poſt delectum, Salvatoris noſtri geſtavit figuram, qui virgo, & Sacerdos, & martyr. Sylv. in Math. Math. 25. c. 51.

Quæri poteſt: cur tam ipſe Dominus in Evangelio Math. 23. 35. quam Apoſtoli in ep. ſtoliſ ſuis, Abel ſpeciali iuſtitia titulo exornent, ubique illum iuſtum appellantes? ad quòd dicendum: quòd tantus martyr, qui Dei Filium in tribus ſpecialibus virtutibus præfiguravit, convenienter tantò myſterio condecoretur: fuit enim Sacerdos, virgo, martyr. In quo ejus typum geſſit, qui eſt ſos virginittatis; qui eſt Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedech; qui martyr pro vobis fieri, fuſo in cruce Sanguine, dignatus eſt. Haymo hom. in feſto S. Steph. Abel figuræſſe Chriſtum Paſtorem ovium, à populo Judæico per Cain figurato, nullus jam ambigit Chriſtianus. D. Proſper de promiſſ. & prædicat. Dei parte 1. c. 6.

Arca fuit Eccleſia, Noe Chriſtus, columna Spiritus Sanctus, olea folium Dei benignitas. Gen. 7. & 8. S. Chryſ. tomo 6. tr. in terræ motum.

Noe interpretatur *Requies*, & Chriſtus dicit Jo 16. 33. *in Mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem.* Noe ſalvavit familiam ſuam in aquis diluvii; & Chriſtus familiam ſuam per crucem in aquis Baptiſmi. Hugo Card. in Gen. 5. Quæ eſt requies? vel conſolatio? quâ conſolatur nos iſte verus Noe, ſcilicet Filius Dei? niſi peccatorum remiſſio, quam in Baptiſmo ſuo

Polyantb. Sacr. Tom. I.

nobis tribuit: illud enim diluvium Baptiſmatis figura fuit. Rupert. in Gen. c. 17. Noe per aquam, & lignum liberat ſuos; Chriſtus per crucem, & Baptiſmum, liberat Chriſtianos. V. Beda in c. 5. Gen. Noè per omnia, omnèſque actus ejus Chriſtum ſignificat. S. Iſid. c. 7. in Gen.

Arcum meum ponam &c. Gen. 9. 13. Arcus iſte Chriſtus eſt. *Vide arcum, & benedic, qui fecit illum.* Eccl. 43. 12. Ab hoc arcu procedunt ſagittæ præceptorum, & comminationum. Hugo Card. hic.

Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Gen. 27. 27. Ager iſte Chriſtus eſt. Orig. in c. 13. Math.

Vidiq, in ſomnis ſcalam. Gen. 28. 12. Scala Chriſtus eſt, per quem aſcenditur ad cælum. Hugo Card. hic.

Jacob habet imaginem Chriſti. Sed & lapis ipſe, quem ad caput itum poſuiſſe cognoscitur: quoniam *viri caput Chriſtus*. 1. Cor. 11. 3. S. Zeno Veron. Ep. ſerm. de ſomnio Jacob.

Moyſes typum Chriſti geſtavit, qui populum Dei à jugo ſervitutis diabolicæ eripuit. S. Iſid. in alleg. Sacra Scripturæ.

Joſeph unus ex duodecim filiis Jacob, quem pater præ cæteris filiis dilexit. Chriſtum D. figuravit. Gen. 37. 3. S. Iſidor. c. 30. in Gen.

Egyptus Mundus eſt iſte; Pharaò, cum populo ſuo, diabolus; *Israel* populus Chriſtianus, qui proficiſci jubetur, ut ad futura contendat; columna viam demonſtrans Chriſtus Dominus. S. Zeno ſerm. 5. de Exodo.

Gedon, Judic. 6. 11. typum gerit Salvatoris. B. Petr. Dam. opul. 2. Cleric. Aulicos.

Gedeon, qui cum trecentis viris, Judic. 7. 8. perrexit ad prælium, typum Chriſti geſtavit, qui in Signo Crucis, de Mundo victoriam reportavit: trecentorum enim numerò, qui in litera Thau continetur, ſpecies Crucis oſtenditur. S. Iſid. in allegor.

Duorum in Veteri Teſtamento conceptio, & nativitas, fuit per angelum nuntiata. *Iſaac*, Gen. 18. 10. & *Samſonis* Judic. 13. 3. duorum in novo, id eſt, Chriſti, & Joannis. *Iſaac*, qui interpretatur *riſus*, figura fuit Joannis, de quo ſcriptum eſt: *multi in natiuitate ejus gaudebunt*; & in ejus, id eſt, *Iſaac* conceptione nuntianda mittitur angelus tantum ad patrem, *Samſon*, qui interpretatur *ſol eorum*, figura fuit Chriſti: quia & *Samſonis* conceptio fuit prius per Angelum mulieri nuntiata. Hugo Card. in Luc. 1.

Samſon Salvatoris noſtri mortem, & victoriam, figuravit: quia poſt mortem plures lucratus. S. Iſid. in allegor.

Ii 2

David

David missus adversus Goliath, 1. Reg. 17. nihil aliud, nisi Christum adversus diabolum pro salute humani generis significabat, & in illo impletum est. S. Fulgent. serm. de Golia.

David ter unctus 1. Reg. 24. Sic Christus. Primò, ubi de S. Spiritu conceptus est; secundo, cum baptizatur, spiritus Sanctus in specie columbæ descendit super eum; tertio ubi resurgens ex mortuis unctiois suæ gratiam in suos Fideles transfudit: *accipite Spiritum Sanctum*. S. Rupert. in 1. Reg. c. 24. *Memento Domine David*, Pl. 131. 1. Jesum Christum David dici, testis est Jerem. 30. 9. & *David regi suo, quem suscitabo eis*, Etc. 23. 5. suscitabo David germinem justum. *Qui pascat eos, servum meum David*! Ezech. 34. 24. Constat autem, non esse dictum de David filio Jesse, quando isti propheta longò tempore post ipsum fuere. Cassiod. in Pl. 131.

Job Christi imaginem præferbat. S. Zeno serm. de Job. Job in factis, dictisque suis, personam exprimit Redemptoris. S. Iud. in allegor.

In petra exaltavi me. Pl. 26. 6. Nota differentiam inter lapidem, & petram: nam lapis est parvus, & politus; petra magnus, & rudis. Christus potest dici petra: quia conteret in iudicio inimicos suos; Lapis autem, qui parvus natus, & humilis. Inde dicitur Dan. 2. 35. quòd lapis ille prius parvus, postea crevit in montem magnum. S. Bonav. hic.

Calamus Scriba. Pl. 44. 2. Quod ad Christum aliqui referre volunt. Unò igitur locò & verbum, & calamus legitur, & Scriba. Verbum, quia de genitrici Patris processit arcano: *eructavit cor meum verbum bonum*; Calamus: quia Caro Christi Paternæ seriem voluntatis expressit, & Lingua mandata Divinæ, sacri effusione crucioris, implevit. Scriba: quia calamo suo, individuam quadam distinctione Novi, & Veteris testamenti, vel Divinitatis, & carnis, Paternæ nobis dispositionis mysteria revelavit. Hunc Calamum imitare tuæ carnis temperamentò. Et calamum tuum, id est, carnem tuam tinge, non atramentò, sed Spiritu Dei vivi; ut, quod scribis, æternum sit. Tali calamo Paulus illam epistolam scripsit, de qua dicit 2. Cor. 3. 2. *epistola nostra vos estis, scripta non atramentò, sed Spiritu Dei vivi*. Vide plura hic apud S. Ambr. in Luc. 7. l. 5.

Magnificavi opera mea. Eccl. 2. 4. 5. &c. Christus est: *quàm magnificata sunt opera tua Domine*. Pl. 103. 24. Ipse autem magnificat opera sua spiritalia; dum magnos, & multos facit servos, quoad vitam activam, & contemplativam: *domus*, id est, conscientias quietas, *vineas*, id est, affectiones devotas; *hortos*, id est, exteriores clausuras; *silvas*, hoc est, virtutes varias; *piscinas*, id est, lacrymas multas. S. Bonav. hic.

Flos Ego flos campi &c. Cant. 2. 1. id est, simplicitum; & liliu convallium, id est, decus, & gloria humilium. Quod autem generaliter florem se dicit, non determinando aliquem, inde est: quia non unicò modò floret in campo Ecclesiæ; sed, ut ita dicam, rubet in martyribus, candet in virginibus, viret in Confessoribus, pallet in poenitentibus, rutilat in Prædicatoribus. Hugo Card. hic. Amat florigeram patriam flos de radice Jesse;

& libenter inter lilia pascitur flos campi, & liliu convallium. S. Bern. in annunt. Dominica l. 3.

Salomon. Egredimini filia Sion &c. Cant. 3. 11. Significat Jesum Christum verum Salomonem: qui est *Salomon*, id est pacificus in exilio. *Eccl. siffes*, id est, concionator in iudicio; *ydida*, id est, Dilectus Domini in regno, ubique Rex: in exilio Receptor morum; in iudicio discretor meritorum; in regno distributor promiorum. In exilio mansuetus, in iudicio iustus, in regno gloriosus. In exilio amabilis, in iudicio terribilis, in regno admirabilis. S. Bern. serm. 6. in parvis.

Mons Galaad. Quæ ascenderunt de monte Galaad. Cant. 4. 1. Christus recte comparatur monti Galaad omnium illius regionis altissimo, optimis abundantius pascuis, de Ponte hic. Urbs fortitudinis nostræ. H. 26. 1. est Christus. S. Thom. hic.

Ezechiel. Filius hominis in captivitate prædicans, typus erat Christi. Ezech. 1. 1. Ezechiel, cum triginta esset annorum, apertus vidit cœlos. Et D. J. C. incipiens erat quasi triginta annorum, fecus fluvium Jordanem, & aperti sunt cœli. Orig. hic.

Facies quatuor animalium. Ezech. 1. 10. Facies prima similis homini, per quam intelligimus Christi naturam. Alia leonis, per quam victoriam. Alia bovis per quam victimam. Alia aquilæ, per quam doctrinam. S. Bonav. Proem. in Luc.

Amalia quatuor, sunt insignia Christi Filii hominis: Aquilæ, quia est Verbum Patris; Hominis, quia est verus homo; Leonis, quia est Rex, Vituli, quia est Sacrificium; & Sacerdos. Item humana facies significat Christi incarnationem, vitulina mortem, leonina fortitudinem, quam ostendit in Resurrectione; aquilina ascensionem in cœlum. Corn. hic.

Vir unus in medio eorum vestitus lineis. Ezech. 9. 2. & *atramentum Scriptoris ad renes eius*, Christus est Dei Filius; qui, carnis nostræ vestitus lineis, venit in hunc Mundum ad hoc, ut electos suos conscriberet in libro viventium. S. Rupert. in Ezech. c. 31.

Sigillum Dei. Ponam te quasi signaculum. Aggai. 2. 24. Mystice Christus est Sigillum Dei; quia suâ effigie, pura fide, gratiâ, virtute, & moribus, caractere in Baptismo, aliisque Sacramentis, obsignat suos Fideles. Deus enim misit Christum, qui voluit nos *conformes fieri imaginis Filii sui*. Rom. 8. 29. Ut, sicut portavimus imaginem terreni Adæ, ita & portemus imaginem celestis. *Vivo, jam non ego, vivit verò in me Christus*. Gal. 2. 20. 2. Christus, tanquam sigillum, obsignat, & custodit Fideles suos contra omnes tentationes, & hostes. Porro Christi sigillum est Crux, juxta Ezech. 9. 4. *Signa Thau super frontes vivorum gementium*. Et Apoc. 7. 2. *videt abserum Angelum habentem signum Dei vivi*. Crux enim nos munit contra omnes illecebras carnis, Mundi, & diaboli; facitque nos esse ascedas, milites, & Martyres Crucifixi. Corn. hic.

Orietur

Orietur fol. Malachiae 4. 2. Sol iste est Christus. Orietur in nativitate ad illuminandum; occidit in Passione ad redimendum. Occidet sol in meridie, id est, in vehementi amore charitatis; ad locum suum revertitur in Ascensione. Flebitur ad aquilonem in extremo examine. S. Bonav. in Eccl. 1.

EX NOVO.

Granum sinapis. Excrevit, & facta est arbor. Matth. 13. 31. Arbitror hoc ipsi Christo rectius comparari, qui nascendo in hominem humiliatus ut granum est; ascendendo ad caelum exaltatus ut arbor est. Granum plane Christus est; dum patitur; arbor est, cum resurgit: Granum est, cum famem esuriens sustinet; arbor est, cum quinque panibus saturat quinque millia virorum. Granum dixerim Dominum, dum caditur, contemnitur, increpatur; arborem autem, cum caecos illuminat, mortuos resuscitat, peccata condonat. S. Ambr. sect. 2. Christus est regnum caelorum, qui velut granum sinapis in hortum Virginei corporis missus, orbe totò Crucis in arborem crevit; ac tantum dedit fructus sui saporem, cum teritur Passione; ut, quidquid est vitale, suo saporaret, & conderet attractu. S. Chrysol. l. 98. de grano sinap. Potest in grano sinapis Dominicae incarnationis humilitas designari, quod acceptum homo Joseph sepelivit in horto. Crevit in arborem: quia surgens ascendit in caelum. V. Beda in Matth. Seipsum pulcherrime exponens grano sinapis assimilavit. Sinapi autem & bitem diminuit, hoc est, iram; & phlegma excindit, hoc est, fastum, ac superbiam. Clem. Alex. l. 1. paedag. cap. 11.

Margarita. Matth. 13. 45. Gemma, nisi auro, non convenit; margarita, nisi pretiosis monilibus, non aptatur. Estote ergo aurum optimum, estote monile pretiosum, ut possit in vobis margarita spiritalis includi. Margarita enim Christus est Dominus, quam negotiatur ille dives in Evangelio, venditis omnibus rebus suis, emere festinavit. S. Ambr. l. 6. de margarita. Illud pretiosum margaritum est Christus; ob quod dicit Paulus: omnium iacturam feci, ut Christum lucrifacerem. Cum omnia dicit, sentit bonas margaritas; cumque dicit: ut Christum lucrifacerem, sentit unicum illud pretiosum margaritum. Orig. hic. *Inventa una pretiosa margarita.* An putas, id recte factum à mercatore? Sanè mercatura petit, ut merces variae, & multiplices sint; ut sic facile emptores inveniantur: alii enim egent his, alii aliis. Lucrum videtur spernere, qui in unam solum margaritam opes omnes exhaurit. Sed prudens est hic mercator; ubi enim mare sulcandum, quid valent mundiales thesauri? primò undarum fremitu opes ejiciendae in mare, ut te salves. At unica illa margarita, quae Christus est; & mercatorem ditat, & lucrum auget, & securus est. S. Paulinus ep. 4. Ipse Iesus est margarita, cui coemendae si facultas nostra fuisset, non deprimentem sarcinam, sed levantem nos, per hoc mare magnum, & spatiosum, vehemus, dormienter in nobis pro nostra segnitie

Dominum (si vel dormientem vehere mereamur) excitare audebimus, ut increpans ventos salvos nos faciat in pusillo animo, & tempestate. Baeza t. 2. l. 11. c. 5. §. 11.

Vincenti dabo edere de ligno vitae. Apoc. 2. 7. Lignum vitae Christus est, qui suis Electis semetipsum participando per gratiam, vitam aeternam praebet. Rich. à S. Vict.

Leo. Agnus est Christus, Apoc. 5. 5. 6. leo magnus per Divinitatem, agnus parvus per Humanitatem; leo per potentiam majestatis, agnus per mansuetudinem; leo malos puniendo, agnus bonos redimendo; leofortitudine, agnus pietate. Rich. à S. Vict. l. 2. c. 3. de Christo. Christus est homo nascendo; est leo resurgendo; est vitulus patiendo; & avis alta petendo. S. Bonav. l. 5. D. Palm.

§. II.

Christi dignitas, Princeps, Rex.

PER me principes imperant. Prov. 8. 16. Christus, non tantum quia Deus, sed & quia homo, habuit, & habet, absolutum, & directum, dominium; non tantum spirituale, sed & temporale. Habuit potestatem super omnia regna Mundi, per quam posset illa moderari, regere, & mutare, pro arbitrio. Ita docet S. Thom. l. 1. de reg. princ. c. 22. S. Antoninus, Navarrus, Suarez. Hoc illi dominium ab instanti conceptionis suae debitum fuit, tum ratione hypostaticae unionis cum verbo; tum ratione redemptionis infiniti ejus meriti. Apoc. 1. 5. vocatur *princeps regum terra.* Et Apoc. 19. 16. *Rex regum, & Dominus dominantium.* Matth. ult. v. 18. *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra.* Corn. hic.

Liber generationis Iesu Christi filii David. Matth. 1. 1. Dicitur D. Christus, & ut Rex, quia contra peccatum regnavit; & ut Sacerdos: obtulit enim semetipsum sacrificium pro nobis. Theophyl. hic. Cur David hic regio titulo non insignitur? eum infra bis nominando eum, Regem vocet? Respond. David hic scribatur proximus Christo Domino, juxta quem nullus ex hominibus Rex potest nominari; ut ait Jf. 40. 17. *omnes Gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo.* Et 24. *Seniores mittebant coronas suas.* Apoc. 4. 10. Sylv. hic. q. 17. Christus, nomen est officii, & dignitas; dicitur enim unctus: quia à Deo Patre unctus, & consecratus est, in summum Pontificem, Regem, Legislatorem, Prophetam, Doctorem. Iesus est proprium nomen Verbi Incarnati. Corn. in Matth. 1. Iesus, nomen salvandi, & redimendi est; Christus verò cognomen dignitatis, ac regiae Majestatis: sibi ergo reservavit, quod passionem, & crucem, importabat; nobis verò id, quod splendorem gloriae innuebat, communicavit. Id. ib. q. 8.

Ut describeretur orbis. Luc. 2. 1. Si quidem Christus futurus erat Monarcha in assumpta Humanitate, unus imperaturus omnibus; unus non solum mortalibus, sed etiam supernis substantiis; non ad suam, sed ad subditorum tantum utilitatem; edicta proponens, ut ex eo cognoscatur perfectissimus, & summus per omnia, & super

super omnia Dominus; non quòd seruo, sed quòd ipso penitus indiget servus: qui non indiget investigatione, aut descriptione ministrorum, calculando scilicet subjectos: quoniam Angelorum, & hominum; honorum, atque malorum, sibi soli est cognitus certus numerus; qui etiam novit multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat; nec ignorat numerum capillorum, & foliorum arborum, & animalium, atque ferarum; & arenam maris ipse dinumerat. Sim. Cass. de gest. Salv. l. 1. c. 3. de Nat. Dom.

Omnia d. dicit et Pater in manus suas. Jo. 13. 3. Monarcham eum universalem constituit Matth. 28. 18.

Data est mihi omnis potestas. Multiplici titulo hanc Monarchiam accepit. I. Jure hereditario Divinae Filiationis. Rom. 6. 9. Gal. 4. 7. Ps. 2. 8. *Ego hodie genui te, p. stula &c. Gentes hereditatem tuam.* Luc. 1. 31. *Fili, omnia mea tua sunt.* II. Ex titulo mutuae dilectionis ejus ad Patrem: nam amicorum omnia communia. III. Ex titulo victoriose debellationis. Jo. Gerson ferm. de Dominio Evangelico.

Omnis viri Caput Christus est. 1. Cor. 11. 3. Quia in homine Christo est plenitudo omnium gratiarum, sicut in capite vigent omnes sensus: quia sicut caput superius omnibus membris, ita Christus Angelis, & hominibus, eminentior: quia, sicut caput influit ceteris membris, ita à Capite Christo in cetera membra Ecclesiae motus, & sensus spiritualis, derivatur. S. Thom. in ep. 1. Cor. hic. lect. 1.

Princeps regum terra. Apoc. 1. 5. appellatur: quia peculiarem in illos dominatum obtinet, qui terrenis cupiditatibus imperare didicerunt. S. Andreas Caesar. l. 1. de parad. animæ.

Primogenitus mortuorum. Apoc. 1. 5. S. Ambr. hic. Christus est: quia ipse princeps, & caput omnium Electorum. Verum est, quòd ante Christi adventum multi mortui sunt, ut Adam, Abel, Noe; tamen quia Christus Deus Electorum caput est; dicitur primogenitus mortuorum: non quia ante alios mortuus; sed quia cum suis in cruciatibus erat usque ad extremum halitum; & in illis, tanquam membris suis, compatiatur, ac commori videbatur. Sylv. hic.

Et à Jesu Christo, qui est restis fidelis. Apoc. 1. 5. Hinc Christus à S. Greg. Naz. or. 18. vocatur primus Martyr. & à S. Aug. l. 2. de S. Steph. Caput Martyrum. Corn. hic.

Habro claves mortis, & Inferni. Apoc. 1. 18. Quia sum Dominus vitæ, & mortis: Deus enim potest mortem inferre, & ab ea educere. Matth. 17. 3. Christus in monte Thabor inter Moysen, & Eliam. Cur non inter Abelem, & Seth? vel inter Abraham, & Isaac? Moyses mortuus, Elias superstes. Ut ostendat, se vitæ, & mortis, Authorem esse. S. Chryl. hom. 57. in Matth. ut discant, quoniam mortis, & vitæ, potestatem habet: propterea & Moysen, qui morte defecerat; & Eliam, qui nondum mortem passus fuerat, in medium adducit. Sylv. hic.

Dulcis Jesus Rex est cordium. S. Salef. de div. amore in Orat. dedicatoria.

Terra Dominum se ostendit in terræ motu in hora mortis; & aquarum, quando super aquas ambulavit; Inferni, in spoliatione descendens ad inferos; & aëris, & cœlorum, in Ascensione. Summa Prædic. Dominium Christi.

§. III.

Christi alia Prærogativa.

Ex Veteri.

Beatus vir. Ps. 1. 1. Primus psalmus hic idè non habet titulum: quia Capiti nostro Domino Salvatore, de quo absolute dicitur est, nihil debuit præponi; dum ipsum rerum omnium constat esse principium. Cassiod. hic.

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Ps. 4. 7. Quemnam vultum Dei Patris intelligi, cujus lumen super nos signatum est? Unigenitus Dei Filius vultus Patris appellatur. S. Cyrill. Alex. in Jo. 1. 1. c. 8.

Lumen vultus Dei est Christus Jesus, qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus: qui est vera lux, quæ omnem hominem illuminat. Hoc lumen est super nos signatum, cum Christi nomen in frontibus nostris per S. Crucis impressionem est fronsignatum. S. Honor. ferm. de Inv. S. Cruc.

Dextera Domini fecit virtutem. Ps. 117. 16. Dextera Domini Christus est, sicut propheticò docemur eloquiò. S. Chrysol. l. 33.

Dilectus meus. Cant. 1. 12. Nomen Dilectus proprium, & solius est Christi Domini; maxime ei attributum in Ps. 44. qui totus est de Christo, cujus inscriptio est: *Canticum pro Dilecto.* Hoc est filius meus dilectus. Matth. 3. 17. & c. 17. 5. Prov. 31. 2. *Quid Dilecti mei.* Quia Dilecti veri mei, quid Dilecti votorum meorum? quid loquar tibi, quid tibi faciam, in quo meam in te dilectionem ostendam? quid me vis facere? quid me vis pati? de Ponte in Cant. 1.

In manu ejus trulla cementarii. Amos 7. 7. Symmachus, Syr. & Sept. pro trulla vocant adamansum. S. Hieron. hic: Adamas sui nominis lapis est, quem nos indomitum possumus appellare; eò quòd I. nulli cedat materiæ, nè ferro quidem: nam, si ponatur super incudem, & gravi ictu feriat mallei; antea incus, & malleus, vulnus accipient, quam adamas conteratur. II. Cum ignis omnia domet, & universa metalla consumat, reddit adamantem duriorum. III. Nulla lima imminui potest, sed è contrario limam terit. IV. Est parvus, & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystalli. Deinde hæc symbolicè adaptat Christo: Talis est Dominus, & Salvator, de quo Jf. 53. 2. *non est species ei, neque decor.* &c. Corn. hic.

Ex Novo.

Penitentiam agere appropinquavit enim regnum cœlorum. Matth. 3. 2. Hoc dum in deserto prædicabat Joannes, ad unum hoc mysterium spectabat. Nec enim aliud ille regnum cœlorum annuntiabat, quam verbum Ca-

vo factum, hoc est, Christum. Viñt. Antioch. in Marci 1.

Qualis est hic, quia venti, & mare, obediunt ei? Matth. 8. 27. Quæstio hæc per professionem ignorantie, aut per taciturnitatem, melius solvitur. Sed si omnes ab origine Mundi peritos quæstionibus de Christo adoriremur, qualis est hic homo Christus? explicare non possent: & taciturnitas, & laus Bonitatis, essent in responsionibus aptiores. Sim. Cass. l. 5. c. 2.

Nonne duodecim sunt horæ diei? Jo. 11. 9. Quid sibi vult ista responsio? Ut diem se esse ostenderet, duodecim Discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, & vos horæ; nunquid horæ diei consilium dant? horæ diem sequuntur, non dies horas. S. Aug. tr. 49. in Jo.

Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Hebr. 4. 15. Ostenditur autem hæc pietas Christi magna: quia, in die summi honoris sui in terris, non cessabat à lacrymis per affectum compassionis. *Videns cruciatem, flevis super illam.* Luc. 19. 41. Sicut potestas, & honor, decet Regem; sic pietatis dolor decet Pontificem. S. Bonav. hic.

Pulcherrimum est illud reminisci: quia quot sunt illius Draconis capita. Apoc. 12. 3. totidem sunt hujus Agni cornua. Apoc. 5. 6. Rupert. l. 1. c. 6. de victoria Verbi.

Ex Patribus.

Universa Ecclesie corona Christus est. Clem. Alex. l. 3. pædag. c. 8.

Christus imago, characterque Patris est. Facies Filii spiritus S. est. Id. l. 9. c. 40. in Jo.

Os Dei Unigenitus ejus est: nam, sicut pro verbis, quæ per linguam fiunt, sæpe dicimus, illa, & illa lingua; ita pro Dei verbo os ponitur. S. Iñsid. lib. 1. Sentent. c. 5.

Novus homo Jesus Christus, primum ac præcipuum, Spiritus est opus: quippe qui de Spiritu S. conceptus est. S. Rupert. l. 1. c. 2. de operib. S. Spirit.

Manus est virtus Christi, quæ habet quinque attributa, quasi quinque digitos, quibus Deus cuncta operatus est: primus potentia; secundus sapientia; index; misericordia medius tangens venam cordis; iustitia auricularis, quia minor aliis apparet nunc. S. Vinc. Ferr. l. 3. de S. Jo. Baptista.

§. IV.

Christi sanctitas, virtutes.

Ex Veteri, Novo, & Patri- bus.

Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. Gen. 27. 27. Verè Christus fuit ager plenus floribus virtutum, scilicet rosis donorum, & liliis charismatum, Spiritus S. suavius consolationum. S. Bonav. serm. Dom. 5. Epiph.

Ego autem sum vermis, & non homo. Pl. 21. 7. Vermis nimia quidem abjectione contemnibilis, sed magna continet sacramenta.

Nascitur absque concubitu, repit humilis, repit sine sonitu. Quæ si consideras, non immeritò Christum D. vermem esse appellatum cognosces. Vermis ergo, quia mortalis, quia de carne, sine permixtione humani seminis, natus est: quia viæ ipsius silentiosæ, & humiles, extiterunt. Cassiod. hic.

Dominus regnavit decorum indutus est. Pl. 92. 1. Perspicuum est, Prophetam appellavisse decorem, corporis assumptionem; vocat decemiam propriam carnem; non ob corporis naturam, sed ob virtutum perfectionem. S. Chryl. tom. 6. serm. de inobed. hominis.

Ego flos campi. Cant. 2. 1. Dicitur indefinite flos: ut intelligamus, omnes gratiarum, ac virtutum flores in Christo contineri. Flos campi, juxta rationem Ambr. Aug. Cyril. Greg. &c. quia decus est totius Mundi, honor, & gloria, universi generis humani. de Ponte hic Exh. 20.

In quo mihi complacui. Matth. 3. 17. id est, de ipso, & ejus perfectione, in me ipso complacentiam, delectationemque habeo, tanquam qui talem Filium genui; tam speciosum, sanctum, & mihi in omnibus simillimum. Si enim lætatur Deus in operibus suis; & si beneplacitum est Domino in populo suo; quantò magis in Filio suo unigenito delectatur, & complacet; in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil mali invenitur. Dion. Carth. hic.

Positus est hic in signum. Luc. 2. 34. Est Christus sicut signum Crucis in via positum; ut per ipsum dirigamur, nè erremus, in via morum. Sed ubique ei contradicitur: nam quod Christus laudat, fugitur; & quod damnat amplectitur. Positus est Christus in signum humilitatis in præpio, in signum paupertatis in Purificatione, in signum patientiæ & charitatis in Passione; sed contradicunt superbi &c. Did. Stella hic.

Et surrexit legere. Luc. 4. 16. Ut unum de Minoribus Ordinibus, scilicet ordinem, officiumque Lectoris impleret, & approbaret. Sicut etiam officium Exorcistæ explevit, dæmones expellendo. Acolythis, seu Cerofetarii potestate: *ego sum lux Mundi.* Jo. 8. 12. Ostiarium quoque, ementes, & vendentes, de templo ejiciendo. Jo. 2. 14. Dion. Carth. hic.

Origo fontium, & fluminum omnium, mare est; virtutum, & scientiarum Dominus Jesus Christus. S. Bern. serm. 13. in Cant.

Societas, quam Deus Pater altissimus, secundum suam sapientissimam dispensationem voluit, ut Filius suus dilectissimus haberet in isto Mundo, hoc est: I. perfectissima, continua, & summa paupertas. II. perfectissimus, continuus, & summus, despectus. III. perfectissimus &c. dolor. Ex vita B. Angelæ de Fulg. 4. Jan.

§. V.

§. V.

Christus est nobis omnia.

*Ex Veteri, Novo, & Patri-
bus.*

Super unum montium. Gen. 22. 2. Iste mons est Charitas; super quem totum negotium Incarnationis, Prædicationis, Passionis, consummatum est. Hugo Card. hic.

Dilectus meus mihi. Cant. 2. 16. Dilectus meus est mihi Deus, & omnia; & ego illi subdita sum per omnia. Ille meus sponsus, & ego ejus sponsa; ille Pastor, ego filia; ille Pastor, ego ovis. de Ponte hic Exh. 36. §. 3.

Quam pulchri sunt super montes, pedes annuntiantis, & prædicantis, pacem. Il. 52. 7. Arab. *quam pulcher est, qui annuntiat pacem.* Alexandr. *quam decori, vel clari sunt pedes eorum, qui annuntiant bonum, & salutem.* Leo Castrius ex Prop. & Euseb. vertit, *prædicantis Jesum*; accedit Orig. in c. 10. Rom. v. 15. qui per bonum accipit Jesum: *annuntiantis Jesum*; & addit: nec miretur quisquam, si nomine bonorum numero multitudinis exposuerimus, annuntiantis Jesum: facile enim intelliges, quomodo multa bona sit Jesus. Vita bonum est, Jesus est vita. Resurrectio bona &c. lux Mundi, Veritas, Via, Sapientia; thesaurus denique bonorum omnium est Jesus. Corn. hic.

Ex denario diurno. Matth. 20. 2. Fit Christus paterfamilias, vinea, denarius, ad hominum salutem. Cyrill. Jerof. Cat. 10. unicuique varius fit Salvator ad utilitatem: qui enim indigent recreatione, & lætitiâ; illis fit vinea: qui opus habent, ut ingrediantur; his constituitur ostium. Et qui cuperent offerre orationes; illis fit Mediator, Summusque Sacerdos. Ruribus habentibus peccata fit ovis, ut pro ipsis macetur. Et omnibus fit omnia. S. Aug. conc. 1. ad Pl. 38. hoc aurum, quod est, non potest tibi esse argentum: quod vinum est, non potest tibi esse panis: quod tibi lux est, non potest tibi esse potus. Deus tuus, Salvator tuus, totum tibi erit. Manducabis eum, nè eurias; bibes eum, nè sitias; illuminaberis ab illo, nè sis cæcus; fulcietis ab eo, nè deficias. *Apud te est fons vita, & in lumine tuo videbimus lumen.* Pl. 35. 10. Elcob. 1. 6. Chr. par observ. 5. Christus ovis propter Incarnationem, Pastor propter benignitatem Deitatis. Quamvis multe sint appellationes, sed unum tamen subjectum: unicuique autem varius fit Salvator ad utilitatem &c. tanquam optimus Medicus, & Doctor compatiens, accommodat se ad infirmitates nostras. S. Cyrill. Jeroful. super, cit.

Omnia Christus est nobis. Si vulnus curare desideras, medicus est; si febris æstus, fons est; si gravaris iniquitate, justitia est: si auxilio indiges, virtus est; si mortem times, vita est; si cœlum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est. S. Ambr. 1. 3. de Virg. ante finem.

Omnia propter te Christus, Lapis propter te,

ut tu ædificeris; mons propter te, ut tu ascendas. Ideo inclinavit cœlum, ut tu esses vicinior; ideo furrexit in verticem montis, ut te elevaret. Id. in Pl. 41.

Repellis nos à te? da nobis alterum te. Ad quem ibimus, si te relinquamus? S. Aug. tr. 27. in Jo.

Ipsè erat eis omnia; neque cœlum ante desiderium ducebant, tu mihi cuncta illa. S. Chrylost. hom. 48. ad populum.

Quid quæris, quod in illo non invenias? si ægrotus es, medicus est; si exulas, dux est; si desolatus es, Rex est; si impugnaris, pugil est; si fitis, potus est; si alges, vestimentum est; si tristis, gaudium est; si obtenebraris, lux est; si orphanus, Pater est, sapientissimus est; omnia sine fine gubernans. S. Bernard. de Pass. Dom. c. 22.

Bonus pastor, qui animam suam dat pro ovibus suis. Animam pro illis, carnem illis: illam in pretium, istam in cibum. Res mira! ipse pastor, ipse pascaus est, ipse Redemptio. Idem serm. 31. in Cant.

Non serviam, inquit homo Creatori. Ego igitur serviam tibi, inquit Creator homini: tu recumbe, ego ministrabo, ego tibi pedes lavabo. Tu quiesce, ego languores tuos feram, infirmitates portabo; utere me, ut libet in omni necessitate tua; non modò ut servò tuò, sed etiam ut jumento tuò, ut peculio tuò. Si fatigatus, aut omeratus es, ego te, & onus tuum, feram; si esuris, aut fitis, & ad manum forte nihil melius habes; ecce ego paratus immolari, ut carnes meas comedas, & sanguinem bibas. Si in captivitatem ductus es, ecce ego. Vende me; teque pretio mei, vel me ipso pretio redime. Si infirmari, & mori times, ego moriar pro te; ut de sanguine meo tibi conficias medicamenta vitæ. Guarrie. f. 1. de rem. palm.

Tibi rex, tibi sacerdos, tibi pastor, tibi sacrificiū, tibi ovis, tibi agnus, tibi totum factus est, qui recepat totum. Et, qui sibi nunquam, tibi toties immutatur: propter te varias monstratur in formas, qui manet unica Majestatis suæ in forma. S. Chrysol. f. 23.

§. VI.

Christus est Lumen nostrum.

ERit in novissimis diebus preparatus mons Domini. Il. 2. 2. Tabor interpretatur lumen adveniens, ait V. Beda. Unde verò hoc lumen advenit? ab illo scilicet, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. Jo. 1. 9. quod est lumen, quod neque ab alio accenderetur, neque unquam extingueretur. Arcones hic Expofit, vaticinii secundi.

Lumen ad revelationem gentium. Luc. 2. 32. Lumen illuminans positum est ante conspectus hominum; ut, si non rectè ambulatur, non adscribatur Lumini, sed errare volenti ad splendorem ejus. Sim. Cassi. 1. 2. advertite lumen in lucerna testæ, solem in nube, Deum in homine, in luteo vaseculo carnis nostræ splendorem gloriæ, candoremque Lucis æternæ. Guarrie. serm. 2. in Epiph.

Ego sum lux Mundi. Jo. 8. 12. Velle lucere, ut ardeas, & uras; non est lucere ad morem Dei: qui non lucet, ut uisulet; sed ardet, ut luceat. *Ego sum lux Mundi.* Imò nunquam Evangelistæ illum solem vocant, sed semper *Lucem*: & sic semper illum tum seipsum, tum Discipulos suos, vocat. Cur Lux, non Sol, amat vocari? Respond. sol duo habet: illuminat, & urit; quòd lucet, blandum est, & gratum; quòd adurit, asperum. Sic Christus, quantum in illo est, semper sibi à sole mutuatur, non ardorem, sed splendorem; non quòd rigidum, sed blandum, non quòd amarum, sed dulce. Did. Niss. Sabb. post D. 4. Quadr. §. 2.

Surge, qui dormis - & illuminabis te Christus. Eph. 5. 14.

Dabo, illi stellam matutinam. Apoc. 2. 28. Hæc est Christus, qui ait c. 22. 16. *ego sum stella splendida & matutina.* Et Num. 24. 17. *orientur stella ex Jacob.* Christus enim vincens promittit semetipsum, suæque claritatis visionem. Dicitur Christus Stella matutina, id est, Lucifer. 1. quia in hac vita dispulit tenebras infidelitatis, & in futura dispellet tenebras mortalitatis. 2. quia, uti Lucifer noctis finem, diei initium præbet; ita Christus peccato, & ignorantie finem; fidei, & salutis, initium attulit. Corn. hic.

§. VII.

Christus est Consiliarius, Doctor noster.

Ex Veteri, & Novo.

Vox Domini in magnificentia. Ps. 28. 4. quia excitat ad magnifica, & heroica, facinora; ut non tantum præcepta, sed etiam consilia, corde magnanimò exequamur. Id. in Cant. 2. §. 4.

Vox Dilecti mei. Cant. 2. 8. Cum audieris voces ejus, præcepta scilicet, & consilia; veni ad obediendum, & exequendum celeriter. de Ponte hic. Exh. 4. §. 5.

Vocabitur Consiliarius. II. 9. 6. Haymo ait: Christus est Consiliarius: quia ab ipso omnè sacrum consilium procedit, ac præsertim castitatis, paupertatis, obedientiæ. Si hæres in dubio, nescis, quid eligendum; ad magni consilii angelum: erit tibi instar columnæ Hebræorum, in deserto viam ostendit. Corn. hic.

In principio erat Verbum. Jo. 1. 1. Cur hic secunda Persona potius dicitur *verbum*, quam Filius? Greg. Naz. in Carmine Nico: Nominibus cum multis ipse vocetur, nullum aliud nomen, quàm Verbi, gratius audit. Est enim nomen Doctoris, ut tradunt Orig. l. 1. in Joan. Clem. Alex. or. adhort. ad Gentes, Epiph. II. 61. 1.

Ut predicarem captivis indulgentiam. At Filius nomen Majestatis est, importans æqualitatem in natura. Voluit ergo Christus in prima facie Evangelii se potius Verbum, quàm Filium nominari: ut denotaret, se in primo loco ante oculos habere id, quod munus sibi commissum poscebat; non id, quod celsitudo personæ importabat: ut suò nos exemplò doceret; quantum debe-

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

at esse fixum in mente, commissio nobis officio respondere. Did. Niss. polit. p. 2. l. 9. Expol. 3. q. 8.

Sciens Jesus, quia venit hora ejus. Jo. 13. 1. Hora ejus, ad eum modum, quo in scholis hujus, vel illius, Doctoris dicitur; quâ præficutâ lectionem suam quisque inchoat. Horâ primâ Patriarchæ Legis veteris, operibus suis sanctis, populum docuerunt. Secunda Sacerdotes ritus, & caremonias, prælegerunt. Hebr. 1. 1. *multis fariam, multisque modis &c. novissimè verò in Filio suo.* Ecce Doctor à Patre ordinatus: *hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.* Totâ vitâ docuit; at in transitu ad Patrem maximè: filios obedientiam, justos pietatem, offensos charitatem, divites misericordiam, & liberalitatem; infirmos, & vulneratos patientiam; omnes amorem, & charitatem, docuit. Doultreman l. 1. c. 4. de amore sect. 3.

Ex Patribus.

Dicitur est magni Consilii Angelus. Magnum enim cogitatum Patris, super hominis scilicet restitutione, annuntiaturus sæculo erat. Tertull. lib. de Carne Christi.

Noster pedagogus Sanctus Deus Jesus. Clem. Alex. l. 1. pæd. c. 7.

Non aliter nos discere poteramus, quæ sunt Dei; nisi Magister noster, Verbum existens, homo factus fuisset. S. Irenæus l. 5. c. 1.

Lactantius vocat Christum, Doctorem justitiæ. l. 4. div. instit. vivam, præsentemque Legem. Lactant. l. 4. div. instit.

Rex Jesus, perfectus infantium Magister, parvulus factus est parvulus, ut erudiret imprudentes. S. Cyrill. Jer. Cat. 12.

Oratorem gratiæ, & veritatis, Christum vocat S. Rupert. l. 11. in c. 13. Jo.

Mea Grammatica Christus est, qui homo pro hominibus factus est: & in ipso quidquid potest fratrum meorum ædificationi consulere, huc solum novit mea epistola redolere. S. Petr. Dam. ep. 8.

Idè Joannes c. 1. 14. vocat Filium omnipotentis Verbum: quia, sicut quisque homo per Verbum suum manifestat alteri voluntatem cordis sui; ita Deus Pater manifestavit hominibus voluntatem suam per Filium. S. Honorius serm. in Nat. Dom.

Christus est Doctor internus; nec scitur alia veritas, nisi per ipsum. S. Bonavent. f. 12. de Virt. Cardin.

§. VIII.

Christus est letitia nostra.

Ex Veteri, & Novo.

Risum fecit mihi Deus. Gen. 21. 6. Isaac typus Domini à risu sortitus est nomen: ut discamus, hæmani cordis exultationem à Christi ortu pendere: Idè Angelus nuntiaturus pastoribus Christi ortu, præmisit: *angelizo vobis gaudium magnū.* Luc. 2. 10 Oliv. l. 11. Strom. hic. S. Ambr. l. de Isaac c. 1. Isaac risus Latine significatur:

Kk risus

ifus autem in figne lætitiæ est. Quis autem ignorat, quòd is (Christus) univerforum lætitiæ fit; qui mortis formidolofæ, vel pavore compreffò, vel mœrore fublato, factus omnibus est remiffio peccatorum. apud Corn. in Gen. c. 21.

Introduxi me Rex in cellaria fua. Cant. 1. 3. Nomen illud *Rex* non fatis aptum inftituto videtur. Cùm enim in hoc dramate, amor divinus, & Fidelis anima, pafteritias induant perfonas, fimilitudines, & exempla, à rure, pafteritias; cur hic ad regiam aulam divertunt? Agitur hic de lætitiâ, & fpiritalibus gaudiis. Horum abundantiam ut palàm faciât, non intrâ anguftias tenuis pafterorum vitæ fe continet. Induit Deus fæpe perfonam agricolæ, vinicolæ &c. fed in præbendis deliciis regem agit. Obfervat id Orig. hom. 1. ex. 4. in Cant. Pinna in Ecclefiaft. Ethol. 7.

Fulcite me floribus. Cant. 2. 5. Per flores, & poma, rectè intelligimus verba, & exempla, dicta, & facta, ipfius Chrifti: quorum jugis meditatio, & fervens imitatio, magnum folatium, & fulcimentum præftat iis, qui ipfum ardentè amant, quamdiu in hoc exilio ejus abfentiam patiuntur. de Ponte hic. Exh. 37. §. 1.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. If. 12. 3. Quis non videt latere in Salvatoris latere puteum gaudiorum? Oliva l. 11. Strom. hic.

Venite ad me omnes. Matth. 11. 28. Qui illi omnes? etiânnè deliciis innatantes? vocat folum eos, quos temporariæ lætitiæ copia defect: *qui laboratis, & onerati eftis.* Id. ib.

Fecit ei convivium magnum. Luc. 5. 29. Qui domiciliò Chriftum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. S. Ambr. l. 5. in Luc.

Vocatus autem & Jefus ad nuptias. Jo. 2. 2. Quid eft, quòd Evangelii lectio feftivitati nuptiali interfuiſſe Dominum perhibet invitatum? niſi quòd ibi vinum, id eft, virtus lætitiæ fpiritalis, defecerat. Et languebant fitientium convivarum ora vini lætificantis inopiâ: quoniam vinum lætificat cor hominis, S. Gaudentius tr. 8. delect. Evangelii.

Post hæc erat feftus dies Judæorum &c. Jo. 5. 1. Ad malè habentes, qui feftivitatibus vacare non poterant, fe convertit miſericors miſeris factus homo. Semper Chriftus fe tradidit ad folamen, qui mundi folatia deſpexerunt; aut quos ipſe mundus abhorret; ſi velint ſe in Chrifti bona transferre. Sim. Caſſ. l. 5. c. 27.

Abraham pater iſter exultavit, ut videret diem meum; vidit, & gaviſus eſt. Jo. 8. 56. Sæpius Abraham pro voto res obtigit, ſæpius deſideratis potitus eſt, divitiis abundavit, hoſtes vicit, filium ſenex ſuſcepit &c. at de nullo horum gaviſum eum dicit Dominus, niſi quando Chrifti diem vidit. Orig. hom. 10. Gen. non gaudebat de præſentibus Abraham, neque de divitiis Mundi, & actibus Sæculi. Viſio illa, quæ videbat Chrifti diem, & ſpes, quæ in ipſo eſt, gaudia cumulabat. Pinna in Eccleſiaſticum Ethol. 7.

Ego ſum vitis. Jo. 15. 1. Prætermiſit alias arbores, vitis duntaxat imaginem ſumens; quòd ex illa lætificans, & calefaciens, fructus exigit; ex quo jam ſanguinem ſuum fecerat, & propinaverat Diſcipulis. Sim. Caſſ. l. 7. c. 45.

Dabo illi ſtellam matutinam. Apoc. 2. 28. Eſt Chriftus conſolans ſuos in perſecutionibus, & afferens lucem proximè ſecuturæ proſperitatis. Sylv. hic.

Ex Patribus.

Annon Chriftus totus eſt dulcedo, & totus deſiderabilis? S. Jo. Damasc. or. de Dom. Transfiguratione. Ubi Jefus præſens eſt, luſtus voluptate commutatur, & lacrymarum vis in lætitiâ vertitur. S. Baſil. Seleuc. or. in Chana-næam.

Paradiſum habemus multò meliorem, & longè delectabiliorem, quàm primi parentes habuerunt. Et paradiſus noſter Chriftus Dominus eſt. S. Bern. f. 1. in Nat. Dom. Pro paradiſo, quem perdidimus, reſtitutus eſt nobis Chriftus Salvator. Id. f. 66. ex parvis.

Chriftus eſt ſuaviſſimus ad audiendum, ſpecioſiſſimus ad videndum, delectabiliſſimus ad guſtandum. Si ſic delectat auditum hominum melodia, ſi ſic concentus avium, ſi ſic harmonia inſtrumentorum omnium Muſicorum: quantum delectat in ſeipſo audire ſummum bonum ineffabile, quòd cauſa eſt, & principium, omnium ſonorum. Semper enim major eſt virtus in radice, quàm ſit in arbore; & major abundantia in fonte, quàm ſit in rivulo deſcendente. S. Bonav. l. 1. de adventu.

In illud Luc. 5. 1. *cum irruerent in eum turba*: deſiderabant enim, non ſolum eum aſpicere, & audire; ſed etiam tangere: & poſteriores impellebant priores; ità ut cum impetu quodam irruerent in eum. Quis enim bonæ mentis non appeteret tam dulcem, & pulchrum aſpicere; tam ſapientem, & eloquentem audire; tam virtuoſum attingere; tot, & tantorum mirabilium operatori aſtare: præſertim quia gratioſiſſimum habebat, delectabiliſſimum aſpectum. Imò in revelationibus S. Briggittæ credibiliter legitur, digniſſima Virgo Maria loqui ad Briggittam: quòd, quicunque deſolatus, ſeu triftis, vultum Filii ſui aſpexerat, mox levamen conſolatorium ſenſit; ità, quòd adverſitatibus, aut mœrore preſſi, dicere conſueverunt: eamus ad Filium Mariæ, ut ex ejus conſolemur aſpectu. Dion. Carth. in cap. 5. Lucæ.

Filius meus tam pulcher facie erat; quòd nullus videbat eum, qui non conſolabatur in conſpectu ejus, etiamſi præcordialiter dolorem haberet. Juſti verò ſpiritali conſolatione conſolabantur. Sed & mali à triftitiâ Sæculi, tantò tempore, quò eum videbant, relevabantur. Unde & dolentes dicere conſueverunt: eamus, & Filium Mariæ videamus; ut ſaltem tantò tempore relevemur. l. 4. revel. S. Briggittæ.

§. IX.

Christus est Advocatus noster, & Propitiatio.

Facies propitiatorum. Ex. 25. 17. Quid per propitiatorum, nisi ipse, qui est propitiatio pro peccatis nostris, figuratur? S. Rupert. l. 14. in c. 20. Jo.

Sanctifica eos. Jo. 17. 17. Infatigatus, & infatigabilis, amor Christi semper providet, & optat meliora dilectis; nec marceat otio, & feriari nescit. Ecce amator hominum Christus, maxime Discipulorum suorum; quos ex omni carne, & Mundo, elegerat; à Mundo segregaverat, & urbanizaverat ad cœcilia: quantâ curâ, quantôq; studio, super eos intendit, fungens advocacionis, & interpellationis officio apud Patrem: committens eos in curam, atque custodiam; ut sub eius tutela degant, agant, conserventur, sanctificentur, & unum sint. Sim. Cass. l. 12. c. 18. in Jo.

Qui est ad dexteram Patris, qui etiam interpellat pro nobis. Rom. 8. 34. Theophyl. ad Hebr. 9. Illud ipsum, quod Christus carnem ferens Patri affidet, intercessio est pro nobis; tanquam Caro pro nobis exoret Patrem: ut, quæ ob hoc ipsum assumpta, nimirum ob salutem nostram. Intuens enim illum Pater, recordatur dilectionem erga mortales, propter quam gestavit corpus Filii sui; hæcque ratione ad misericordiam inflectitur. Barradius D. 5. post Pascha l. 5. c. 12.

Orat Dominus, non ut pro se obsecret, sed ut pro me impetret. Nam, etsi omnia posuerit Pater in potestate Filii; Filius tamen, ut formam hominis impleret, obsecrandum Patrem putat pro nobis, quia advocatus est noster. S. Ambr. in c. 6. Luca. Erat pernoctans in oratione.

§. X.

Christus est Pax nostra, &c.

Sponsus. Sponsus sanguinum tu mihi es. Ex. 4. 26. Hoc dicit Christo verus Christianus, præsertim religiosus: sponsus sanguinis. &c. tum quia tuò sanguine animam meam tibi coemisti, & disponisti; tum quia à me vicissim, ut sim sponsa te digna, sanguinem meum; imò carnem, & vitam meam exigis, dum doces mortificandas concupiscentias carnis, & sanguinis. Corn. hic. Congruè sponsus à spondendo dicitur Christus, qui toties promissus est per Prophetas. Cassiod. in Pl. 17.

Altare nostrum. Lev. 3. Christus est; ignis, qui ex eodem altari est, Spiritus Sanctus est: quem utique ignem ille venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi. Porrò holocaustum nostrum cor nostrum est, totum incensum, id est, totum divino amori deditum, & propter illum ab omni carnis amore separatam. S. Rupert. l. 1. c. 28. in Levit. JElus, qui est altare nostrum, divina est divinarum mentium consecratio. Dion. Areop. l. de Eccl. Hier. c. 4.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Et in terra pax hominibus. Luc. 2. 14. Theophyl. hic; S. Sophronius or. in Natali, per pacem Christum D. intelligunt, juxta Ephes. 2. 14. ipse est pax nostra. Syr. Arias, S. Methodius de S. Simcone, & Anna, S. Basil. Epiph. Greg. Niss. legunt: *& in terra pax, & in hominibus bona voluntas.* Sylv. hic.

Formam servi accipiens. Philipp. 2. 7. Non servus servorum Dei, sicut Papa; sed servus servorum diaboli factus est, serviens in fimo peccatorum, expurgando. *Servire me fecisti in peccatis tuis.* II. 43. 24. Servivit autem nobis non unò annò, sed usque ad mortem. Unde nefas est, fraudare cum mercede suâ, id est, animâ tuâ, pro qua servivit. S. Bonav. serm. 7. Dom. 1. Advent. *Non venis, inquit, ministrari; sed ministrare.* Math. 20. 28. Bonus minister, qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministravit in pretium. S. Bern. l. 54. in Cant.

Medicus noster. Verbum Paternum solus est humanarum ægritudinum Pœonius medicus, & sanctus ægrotae animæ incantator. Clem. Alex. l. 1. pæd. c. 2.

Servus noster est Christus, serviens nobis miseris usque ad sanguinem. S. Bonav. spec. B. V. c. 12.

§. XI.

*Christi beneficentia varia nomina.**Ex Veteri, & Novo.*

Portavit te. Deut. 1. 31. Affecluosè portavit nos Dominus, ad poenitentiam expectando. Ol. 11. 3. *ego quasi nutritus &c.* Item in cruce peccata nostra sustinendo. II. 46. 4. *ego feci, & ego feram.* Item ad viam reducendo. Luc. 15. ovem errantem reportavit. Item ab hostibus liberando. Ex. 19. Vos ipsi vidistis, quid fecerim Egyptiis &c. Item in bono promovendo. II. 40. 11. *sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo &c.* Hugo Card. hic. *Fecit potentiam in brachio suo.* Luc. 1. 51. Dicitur Filius Brachium Patris, quia per ipsum operatur Pater. Est autem Filius ut brachium nutricis, ad portandum parvulos. Ol. 11. 3. *ego quasi nutritus Ephraim &c.* Id. hic.

Ego autem sum vermis. Ps. 21. 7. Lorini convenit Christo vermiculo proprietates ejus, quò pretiosæ vestes rubefiunt; & alterius, qui sericas suppeditat. Arcones in II. 1. Disc. 8. Præbent oves lanam, vermes bombyces sericum; ex quibus vestimenta pretiosa. Præbuit Christus agnus mansuetus, & vermis tenerrimus, materiam quasi de visceribus suis; cum apertò latere infinitum suum erga nos amorem effudit pretiosò sanguine tinctum; ut hanc charitatis vestem texeremus, ut amor ejus ad mutuum provocaret amorem. Diet. tit. Charitas.

Liber generationis Jesu Christi. Matth. 1. 1. Sicut Adam omnibus hominibus fuit Pater vitæ mortalis; sic Christus Fidelibus est Pater vitæ immortalis; uti docet Paulus. Rom. 5. 14. &c.

Kk 2

Et

Et sicut Adam fuit Mundi veteris, sic Christus novi, & melioris, origo. Corn. hic.

Panem nostrum quotidianum &c. Matth. 6. 11. Panis vitæ Christus est. Et panis hic omnium non est, sed noster est. Et quomodo dicimus Pater noster, quia intelligentium, & Credentium Pater est; sic & panem nostrum vocamus, quia Christus noster panis est. S. Cypr. lib. de or. Dom.

Betphage. Matth. 21. 1. ait Jansenius, & Adrichomius, fuisse vicum Sacerdotum, in eoque agnos, capras, & boves pro sacrificiis templi alitos. Quare ex Betphage Sacerdotes solebant educere agnos Paschales, aliasque victimas in templo offerendas. Ea de causa Christus ex Betphage cum triumpho deduci voluit per portam auream in Jerusalem, & templum: ut ostenderet, se esse agnum, qui tollit peccata Mundi. Corn. hic.

Ego sum via &c. Jo. 14. 6. Via in exemplo; Veritas in promisso; Vita in premio. Hugo Card. hic.

Existimans, quia hortulanus esset. Jo. 20. 15. Jesus est hortulanus, quia ipse seminat omne semen bonum in horto animæ tuæ, & in cordibus Fidelium suorum. Orig. hom. de Magd.

Ex Patribus.

Magnum quid attulit mercator iste (Christus) de regione sua. Mercator iste invenit in regione nostra, quod hic abundat. Quid hic abundat? nasci, & mori. Plena est terra ista nasci, & mori. S. Aug. serm. 86. de diversis.

Hæc mira commutatio facta est, & divina peracta sunt commercia: mutatio rerum celebrata in hoc Mundo à Negotiatore cœlesti. Venit accipere contumelias, dare honores; venit haurire dolorem, dare salutem; venit subire mortem, dare vitam. S. Aug. in Pl. 29.

Venit ad regionem peregrinationis nostræ accipere, quod abundat, opprobria, flagella, colaphos, sputa in faciem, contumelias, spineam coronam, suspensionem in ligno, crucem, mortem. Hæc abundant in regione nostra, ad talia commercia venit. Quid dedit? dedit exhortationem, dedit doctrinam, dedit remissionem peccatorum: accipit contumelias, crucem, mortem. Attulit nobis de illa regione bona; & in regione nostra ipse pertulit mala. S. Aug. in Pl. 148.

Mercatus est à nobis, quod hic abundat, nasci, & mori: resurgere, in æternum vivere, hic non erat. Invenit hic viles merces terrenas; & pro terrestribus attulit peregrinas, & cœlestes. S. August. f. 13. de temp. apud Did. Niss. D. 1. Pent. §. 1.

Cum nos impertisset Divinitate, vicissim à nobis accepit carnem. De qua permutatione dicebat David Pl. 88. 52. *exprobraverunt commutationem Christi tui*. Hoc est: carnem Filii tui affecerunt probrò, & contumeliâ. Did. Niss. D. 1. post Pent. §. 1.

Christus vestimentum nostrum est. Si volumus Christi habere vestimentum; mundi simus, quasi nix. S. Hier. in Pl. 147.

Christus est plenum Deitatis numisma. Christus est drachma nostræ redemptionis, & pretii. S. Chrysol. serm. 169.

Post diuturna tempora terræ noctis, aurora suæ desideratò splendore æternus dies Christus noster reluxit in lucem: qui duodecim suas horas in Apostolis duodecim signanter aptaret. Id. f. 170.

O bone JESU! totius B. Trinitatis thesaurum elargitor. S. Laur. Just. de incend. amor. cap. 6.

Pulchrum aurigam hominem Christum diligamus. Pullum sub veteri duxit sub idem jugum, & junctâ hominum bigâ, currum dirigit ad immortalitatem. Pulcherrimum est spectaculum Patri Filius æternus victor. Clem. Alex. Orat. adhort. ad Gentes.

Christum piscatorem hominum vocat Clem. Alex. in Hymno.

Totum nobis proficiebat, quidquid Salvator hominis agebat in homine. S. Maximus hom. 2. in Epiph. Dom.

Quidquid Christus fecit, aut pertulit, ut viator; nobis meritorium fuit. Dion. Carth. in Matth. c. 4.

De magnete lapide dicitur, quòd non solum ferrum ad se trahat, sed etiam ipsum ferrum ejus contactu recipiat virtutem, & trahat aliud ferrum. Ità Divinus magnes Christus Jesus non solum suos Discipulos ad se traxit, sed etiam contactu cœlesti sui eloquii, & conservationis, virtutem innumeros homines attrahendi communicavit. Diez. ser. 3. Pent. conc. 1.

Vide tit. Pastor.

§. XII.

Varia de Christo Domino.

Ex Veteri & Novo.

Ego flos campi. Cant. 2. 1. factus sum: hoc est, terrenum corpus assumpsit. Et, cum æternus, & excelsus, imò verò immensus essem, liliū sum factus; non montium, neque collium, neque camporum simpliciter, sed convallium. Non enim viventibus modò salutem, sed mortuis resurrectionem annuntiavit, descendens in inferiores partes terræ. B. Theodoret. hic. Liliū convallium est Christus, hoc est filius humilium parentum. S. Thom. hic. Flos campi Christus, quia non aratus, nec satus fuit: quia de Virgine sine viri ministerio natus apparuit. S. Ildephons. f. 6. de assumpt. B. V.

Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant. 2. 6. Orig. & S. Bernard. aliique Doctores, per lavam intelligunt Humanitatem, & omnia, quæ pro nobis in carne egit, & passus est: per dexteram Divinitatem, & cuncta, quæ ad ejus gloriam, & majestatem spectant, de Ponte hic §. 1.

Primum

Primum quidem sermonem. Act. 1. 1. Græcè *verbum.* Non dicit Lucas Evangelium, sed sermonem, seu verbum: quia cum in Evangelio scribantur Christi D. virtutes, opera, doctrinae, quæ ob suam multitudinem, tot, & tanta sunt; ut, quicquid dicatur, tam paucum, & strictum, videatur, ut unus sermo, unum verbum dicatur. Inde Rom. 9. 28. referens locum II. 10. 23. ait: *abbreviationem Dominus Deus faciet in medio omnis terræ.* Quod de verbo Evangelico, & doctrina explicat Orig. Sylveira hic q. 2.

Ex Patribus.

Si miracula faciens nihil pertulisset ut homo, plenè eis apparuisset Deus; & rursus humana patiens si nulla fecisset ut Deus, purus putaretur homo. Sed, quia & Divina fecit, & humana pertulit; quasi per fenestras, vel per cancellos, ad homines prospexit: ut DEUS & apparet ex miraculis, & lateret ex passionibus; & homo cerneretur ex passionibus; sed tamen esse ultra hominem ex miraculis agnosceretur. Sanct. Gregorius hom. 13. in cap. 40. Ezech.

Julianus apostata insultabat Christo, quòd non ex regina natus, nec filius terreni regis fuerit, nec Mundi gloriam habuerit. Respond. S. Cyrill. l. 6. contra Julian. hòc ipsò Christum testatum fuisse suam Divinitatem: oportebat, inquit, omninò JESUM existentem DEUM curam habere, nè videretur hominibus gloria minor, & desiderare nobiscum momentaneas has gloriolas, pompasque vanas. Etenim qui has, tanquam quid sublimè amat, minor videtur illis: qui autem contemnit, est illis major. De Ponte in Cant. c. 3. Exh. 10.

Ad mamillam Patris, quæ curarum oblivionem inducit, nempe Verbum confugimus. Clem. Alex. l. 1. pæd. c. 6.

Christus totus fuit matri simillimus: hoc enim, qui viderunt utriusque imagines ad vivum, asserunt, nunquam sic fuisse filium matris simillimum, vultu, & moribus; verbis, & habitu. Denique in omnibus Mater nihil fuit, nisi Filii adumbrata imago, & Filius Matris expressa figura. S. Thom. Vill. conc. 3. de Nat. B. V.

Emitur Redemptor quinque siclis à matre, Virgine, qui quinque plagis totum erat Mundum redempturus. Id.

Quòd si tu noster es, Domine, omnia quoque tua nostra sunt. Nostra igitur sunt merita tua, nostra sunt vulnera tua, nostri vagitus infantis, nostri labores docentis, nostri dolores morientis. Id. conc. de Paris.

Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Joan. 12. 32. Trahit omnes ad modum folis; qui de mari aquam dulcem, & puram, in altum trahit; salsa, ponderosa, atque terrestrem derelinquens. Summa præd.

Christus Requies nostra.

Noë, Gen. 5. 29. dicitur requies; & Christus ait Joan. 16. 33. *in Mundo presuram, in me autem pacem habebitis.* Hugo Card. hic.

Christus est lapis pulvinaris Jacob Gen. 28. 11. juxta Hieronym. in Psalm. 132. August. l. 16. de liv. cap. 38. Gregor. Naz., Gregor. M. Ut enim Jacob in eo lapide recubans suaviter obdormivit; ita Fidelis in Christo requiescens. Mendoza in l. 1. Reg. cap. 6. v. 29.

Et cum sedisset. Matth. 5. 1. Sedet ad quietem mentis, ex doctrina Christi hominibus asseruram. In ea æternus Pater quiescere voluit omnium hominum mentes. Sufficit enim omnibus præter omnia; & cuncta sine ipsò deficiunt. Sim. Cass. l. 10.

Per suam resurrectionem JESUS populo requiem comparavit: Requies enim in cælo, non in terra est. Requies nostra Dominus est JESUS qui ait Luc. 23. 43. *hodie mecum eris in paradiso.* S. Ambr. ep. 39.

Lectus Sanctorum Christus est, in quo universorum fessa Sæcularibus proeliis corda requiescunt. Sanct. Ambrosius l. 2. de Isaac & anima c. 5.

Quid per Sabbathum debemus intelligere, nisi Christum? in isto enim Sabbatho requiescimus, cum in illo solo spem ponimus, cum hunc totò cordis amore diligimus; ac, rerum temporalium concupiscentiam postponentes, à servilium operum labore cessamus. B. Petr.

Dam. l. 2. ep. 5.



TITULUS XIII.

CIBI.

§. I.

De Corporalibus.

GErmines terra herbam virentem. Gen. 1. 11. & hortum pomiferum: nam naturalis cibus jumentorum est herba; naturalis hominum cibus sunt fructus, & poma. S. Thom. hic.

Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. Num. 11. 6. Erat ille cibus Sap. 16. 20. *omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suavitatem;* unde ergo tantum illis fastidium? *A*bul. hic: in manna non erant varietates; quia, quam quam sapores essent diversi, tamen color unicus erat, & figura semper eadem; etiam odor non erat diversus: ista tamen in cibis multum immutant appetitum nostrum. Nimirum tantum hominem tenet varietatis amor; ut, si unus illi quotidie offeratur cibus, licet ab angelis adornatus, mox stomachum moveat. Did. Niss. in Phoenice l. 1. cap. 11. Cassiod. l. 2. ep. 3. ipse quoque annus, temporum pater, quadrifariam se diversitate componit; nec desiderium caperet, si novitatis gratiam non haberet. Ibid.

Innocentia decerpturos alimenta ex arboribus, adhuc sibi bene conscios homines, ad superna evexit; & commissum ad conquirenda frumenta homines terrae, soloque, dejecit. Tertull. ep. de cibis Judaicis.

Rex Artaxerxes, teste Plutarcho, cum in praecipiti fuga comearum omnem perdidisset, panem hordeaceum, & aridas ficus pauculas, appetentiã tantã comedit, ut diceret: *Dii boni!* cujusmodi voluptatis haecenus in expertus fui! quia scilicet nunquam esuriens comedit. Rex Ptolomæus longis itineribus Ægyptum peragrans in pauperem casam divertere coactus fuit. Hic panis niger, & crassus, in cœnæ caput appositus fuit. Rex avidè comedens: nunquam, ait, suaviorem cibum sumpsi. Drexel. de jejunio cap. 6. §. 2. Vide ibi plura.

§. 2. Cibus quomodo sumendus.

Egressus secundum consuetudinem, &c. Luc. 22. 39. Post cœnam non desidia, & ludi, & somnus, Dominum excipiebant; sed docebat, & orabat: propter nos hæc figurans, & demonstrans. Theophyl. hic. Senex Joannes ad senem Pestum veniens, & quærens, quid per 40. annos, quibus ab eo separatus fuerat, egisset? nunquam, ait, me sol reficientem vidit. Jo. Cass. de cœnob. instit. 27. Et c. 26. refert de quodam, qui nunquam solus comedit; sed licet per totos quinque dies ad ejus cellulam nullus è fratribus venisset, refectionem jugiter distulit.

Fames, & sitis, quidam dolores sunt; urunt, & sicut febris necant; nisi alimentorum medicina succurrat: quæ, quoniam præstò est, consolatione munerum tuorum, in quibus nostræ infirmitati terra, & aqua, & cœlum, serviunt; calamitates deliciae vocantur. Hoc me docuisti;

ut, quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem fatigatus ex indigentia molestia transeo; in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiæ. S. August. l. 10. Confess. c. 31.

Sicut ager ad medicinam, sic ad sumendas cæpes quisque debet accedere, S. Bern. D. 10. Pent. de villico iniquit.

Sicut ad crucem, sic accedas ad cibum. S. Bern. de formula honestæ vitæ. c. 10.

Nè in corpore curando universum vitæ tuæ tempus consumas; sed quodcumque corpus elurrit, & delicias appetit; cogita tunc, & animam tuam suò cibo refocillari velle. S. Ephrem. serm. de compunct. animæ, & salute.

S. Euticius Abbas 40. annis non sumpsit cibum, nisi prius flevisset. Athan. Kirch. vita S. Eustach. 13. Jan.

Afsecta spiritalis amabilem vitam, & passionem Domini JESU, tanquam pretiosissimam margaritam in serinio pectoris sui reconditam habeat. Dum corpus cibo, & potu reficit; buccellas, quas sumit, devotè cogitatione intingat in purissimum sanguinem illius, & hauriat potum è rostris vulneribus ejus. Ludov. Blofius Instit. spir. c. 6.

V. Lud. Blofius ad mensam magis de spiritu, quam corpore, saginando sollicitus, singulas cibi buccellas, ut ipse loquebatur, in Christi sanguine intingebat. Boll. 7. Jan.

S. Palamon in Paschate cum accederet ad mensam, vidissetque olei apparatus cum sale; fricans manibus frontem, & ubertim flens, ait: Dominus meus crucifixus est, & ego nunc oleum comedam? Boll. 11. Jan.

S. Henricus Suso, ante mensam genua flectens, æternam Sapientiam enixè precabatur; sociam se ipsi præberet, secumque ederet. Ad singula ferula scutellam cœlesti Patrifamilias offerebat, rogans, ut benediceret. In mensa quinque hauritus capiebat, eoque ex charissimi Domini sui totidem vulneribus. Si quis cibus injucundus illi oblatus fuisset, in cruentum cor Dilecti sui intingebat, nihil hæsitans, quin illi nihil incommodi allaturus. Delectabatur valde pomis: in visione putabat sibi pomum porrigi à quodam cum his verbis: accipe, & frueri; id est enim, in quo tu voluptatem aucuparis. Respondit ille, te non nisi in æterna sapientia delectari. Contrà ille eum mendacii arguit. Igitur pudore suffusus, totò biennio poma non attigit: quò evolutò cum malè crevisset, ita ut fratribus non apponerentur, & secum certans, rogavit Deum, ut, si ipsi placeret, ut pomis vesceretur, cunctis fratribus faceret ministrari. Manè homo ignotus illi multos nummos offert, eà conditione, ut poma emeret. Factum, & longò tempore suffecerunt. Tunc coepit Henricus vesci pomis gratò animò. Major.

Majora secabat in quatuor frustra; de iis tria comedebat in sacros, Trinitatis nomine: quartum in eo amore, quò Mater, & Virgo, suo Jesulo pomum præbuit edendum. Boll. 25. Jan.

§. III.

Cibi spirituales.

Cibus verus, & sanctus, & mundus est, fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima. Quisquis sic pascitur, Christo convectitur; talis epulatur conviva est Dei. Istæ sunt epulæ, quæ angelos pascunt; istæ sunt mensæ, quæ Martyres faciunt. Tertull. ep. de cib. Judaicis.

Sicut, qui sunt in navi, non bibunt ex mari, neque ex eo victum sumunt, sed aliunde important in navim; hõc modò Christianorum animæ, non à sæculo isto, sed desuper è cælo, cibum cælestem capiunt. Escobar. t. 1. Math. 8. Obf. 3.

Quantum quisque spirituales epulas edit, tantum & esurit: quæ, quia ad plenum nunquam comprehendi possunt, nunquam desideranti sufficiunt. Rich. à S. Vict. c. 14. in Cant.

Illæ æthereæ naturæ portio, scilicet anima, habet alimenta divina, æthereaque: nam scientiis nutritur. Philo l. 2. allegor.

TITULUS XIV. CIRCUMCISIO CHRISTI.

Circumcisio in genere.

Ambula coram me. Gen. 17. 1. Chald. Servias coram me. v. 10. Circumcisio præcepta, ut Judæi recordarentur, se transiisse in jus Dei, seque totos illius esse; sicut nostra signare solemus. Corn. hic.

Cum circumcisis labiis sim. Ex. 4. 10. Hebræi incircumcisum corde, mente, vel linguâ, vocant eum; qui aliquò vitio, cordis, vel mentis, vel linguæ, laborat. Corn. hic.

Nota, quòd multiplex est circumcisio: scilicet mentis à pravis cogitationibus; cordis, à pravis affectibus; oris, à pravis locutionibus, auris, à detractionibus. S. Thom. in Jerem.

Circumcisio Christi.

Conchylia, cum sunt tecla, ferramentis circumciduntur; ex quibus plagis purpurea sanies, ut lacryma, profluens, excussa in mortariis terendo comparatur. Vitruvius l. 7. cap. 13. Arcon. in l. 1. Disc. 8.

Christum D. à B. V. fuisse circumcisum in Bethlehem, traditur in libro de vera Circumcisione, qui est inter opera S. Hier. & tractatu de lamentatione virginis, qui tribuitur S. Bernardo; & communiter tenent Recentiores. Sylv. in Luc. 2. q. 1.

Cur circumdatur? S. Ambros. voluit legem cum honore sepelire: ut tu inde, cum res in magnam attolluntur celsitudinem, cognoscas; proximè instare illius ruinam, & occasum. Sylv. c. 3. Luc. 2. hic q. 1.

Circumciditur propter communitatis, & unitatis, commendationem; ut & nos singularitatem vitemus, nè pro peccatis nostris puniri spernamus. Dion. Carthuf. Sylv. cit.

Christus in Magorum adoratione, ut totius Universi Supremus Dominus, est recognitus. Benè ergo prius circumciditur: quia, ad dignitatis recipiendos fructus, prius molestiæ degustanda. Id. q. 3.

Accelera, festina. Is. 8. 3. Optimè noverrat Isaias nascentis Christi curam, quando vocavit illum: accelera, festina: nam vehementer festinabat sanguine suo nos redimere. Hoc e-

rat illi in optatis; & illius sacratissimus sanguis pungebatur aculeo, ut quàm citissimè fundere- tur. Baeza l. 1. c. 4. §. 1.

Nascitur in Judæa, non inter Gentiles: quia Gentilitas carebat circumcisione. S. Irenæus l. 3. Ludolph. à Saxonia p. 1. c. 10. tempestivè cepit pati pro nobis; & qui peccatum non fecit, pœnam hodie portare incipit pro peccatis nostris: non solum enim in virili, sed etiam in infantilitate, sanguinem suum pro nobis voluit fundere. Paoletti in festo SS. Innocent.

Christus octavam diem à Nativitate vix expectat, ut suum tibi sanguinem impendere incipiat. Tu, non dico, post octo dies, sed nec post octoginta menses; imò & octoginta annos, solam non rependis voluntatem. Ille vix natus sanguinem suum tibi effudit; tu jam moriturus, voluntatem tuam non refundis? S. Bernard. tr. de pass. Dom. super: ego sum vitis vera, c. 2.

Quotidie filios suos mater Ecclesia circumcidit circumcisione spiritali; nè fides Christi moriatur in illis; tangitque pedes ejus, dicitque inter circumcidendum filiis suis: *Christus passus est pro nobis, vobis exemplum relinquens, ut sequamini vestigia ejus.* Rupert. l. 1, in Exod. Arcones in l. 1. Disc. 4.

Videtur, quòd Christus in Circumcisione sua tenuerit modum magni Mercatoris, venientis ad feriam, pro emendo pretiosas merces; quas non solvit; sed dat signum, vel arrham. Deinde tempore statuto solvit totum pretium. Ità fecit D. N. J. C. qui venit de cælo ad terram, in quam intravit in die Nativitatis, ad emendum pretiosas margaritas, id est, animas, dicens Mundo: *da mihi animas, cætera tolle tibi.* Gen. 14. 21. S. Vinc. Ferr. in Circumcis. Dom.

Christus primò Nativitatis die lacrymas, octavo die sanguinem effudit. Quàm serò cepit Filius Dei concionari! & quàm citò pro nobis sanguinem fudit! Did. Stella in Luc. 2.

Die octavâ voluit sanguinem effundere, qui primus anni est; ut totò annò fixum in nostra me-

memoria haberemus sanguinem, quem hodie pro nostra salute effudit Salvator. Nam sicut nobiles in fronte domus stemmata figunt; ita Deus in principio anni vult, ut Christi Sanguinem contemplemur, ne beneficia collata obliviscamur. Idem ibidem.

Amorem non modò humeris, & pedibus; sed etiam manibus, alatum nonnulli depingunt; quòd, secundum Plauti mentem, celerem oportet esse amatoris manum. Scribunt historici, Pyrrhum, Epiri regem, ut fari coepit, primam

omnium hanc vocem misisse: *volo*: imperiosi animi signum & imperata rigidè exacturi. Christus contra Hebr. 10. 7. *in capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam*. Hac desumpsit Paulus ex Pl. 39. 7. 8. 9. Ubi additur: *Deus meus! volui, & legem tuam in medio cordis mei*. Ecce circumcisio; ecce titulus tibi; ecce nomen Jesu; ecce obedientia, ecce patiendi desiderium; quòd ultra differre non poterat amor patientissimus. Doultreman. l. 2. c. 2. de amore.

TITULUS. XV.

CIVITATES.

§. I.

Variarum Civitatum denominationes.

Hec est *Bethlehem*. Gen. 35. 19. id est, *domus panis*, à fertilitate, quæ ibi fuit post famem, quæ acciderat tempore Elimelech, ut habetur Ruth 1. 1. Sic Rachel Benjaminum; ita B. Virgo peperit Christum in Bethlehem, quasi suum Benoni, id est, virum dolorum. Ephrata Hebr. significat fertilem, fructiferam: est enim hic locus fertilis. Corn. hic. Adrichomius in descriptione terræ Sanctæ: Bethlehem, sita est in monte mediocriter alto. Terra subiecta rerum omnium copiâ multum præstat, vini potissimum; ut comparandum non sit, quod ex aliis Palæstinæ locis affertur. Iter verò, quod Jerosolymâ euntibus Bethlehem est, usque adeò sui amenitate, arboribus, hortis, odoratis herbis, transeuntes delectat; ut, si ad tam præclaram naturæ faciem cœlestis aliqua & digna Christianò, meditatio accedat; non jam in terris sibi esse videatur, sed in paradiso Christi Nativitatem, & incunabula, præsentibus oculis contueri. Idem Corn. in Mich. c. 5. 2. Scribit V. Beda l. de locis sanctis, c. 8., Borchardus, & alii: in Orientali angulo Bethlehem, esse rupem ipsi muro adjacentem, ab hominum turba, & oculis, semotam; in quo quoddam quasi naturale semiantrum est, quò, quasi stabulò, pro pecoribus utebantur; cujus exterior pars Nativitatis Christi fuisse dicitur locus. Ex hac rupe miraculosè scaturivisse fontem aquarum, eâ ipsâ nocte, quâ natus est Christus, eumque ad sua tempora duravisse, scribit Beda locò citatò; & ex eo Baronius. Ex Bethlehem prodire plures principes, & viri illustres. Primus fuit Abesam Judex, id est, princeps Israelis, *qui habuit triginta filios, & zoidem filias*. Judic. 12. 8. 9. Secundus Elimelech, maritus Noëmi. Ruth. 1. 2. cujus filio nupsit Ruth, & eò mortuò nupsit Booz, ex quo genuit Obed patrem Jesse; ex quo natus est David. Tertius David Rex; à quo tota familia regum Israel, & Juda, descendit, usque ad ultimum regem Sedeciam. Id. Cornelius ib.

Porrò Saul morabatur in extrema parte

Gabaa, &c. 1. Reg. 14. 2. Nobilis illa Hispaniæ civitas, regniq; caput, dicta est Granata, à malogranatorum copia, vel figura. Sic hic locus Hebraicè dictus est Remmon, à malogranatorum præstantia, & abundantia. Sic Jericho dicta est civitas palmarum, ob earum fertilitatem; pluresque aliæ civitates dictæ sunt Thamar, id est, palma, à palmetis, quibus abundant. Sic Bethel prius dicta est Luza à nucibus, corylis, & amygdalis Gen. 28. 19. Corn. hic.

Jericho, Jos. 2. 1. Olim urbs fuit magna, populosa: unde & suum regem habuit, ut patet v. 2. Sita in regione campestri, & pinguis; ibi balsamum præstantissimum, nusquam alibi Abundat rosetis, cannis mellis, palmetis; unde & civitas palmarum appellata est. Est typus Mundi, qui mutatur ut luna; odoratas delicias suas amatoribus exhibet; sed instar odorum evanescunt. Corn. hic.

Tempore Josue. 15. 15. *Cariath Sephor*, id est, urbs literarum, quasi diceret, Academia. Corn. in Gen. 25.

Sita est Susan, Esth. 1. 2. juxta Chosaspem fluvium locò amenissimò, ita dicta à liliorum feracitate, & copiâ, testè Athenæo l. 12. Porrò reges Persarum, Xenophon l. 8. hyemem Babylone transigunt, quæ regio calidissima est; ver Susis; æstatem Ecbatanis: & ideo neque hyemem sentiunt, neque æstatem. Corn. hic.

Susan à liliis dicta; Rhodus insula à rosa: quia habet speciem rosæ. Cornelius in Dan. 5.

Roma, si per singulas literas explicetur, idem est, quod Radix Omnium Malorum Avartitia. Id. ib.

Quasi palma exaltata sum in Cades. Eccl. 24. 18. Judæa abundat palmetis. Unde Vespasianus, de ea victa triumphans, nummum excudit, in quo Judæa capta sedens, mœrensque, & manus complodens; ipse verò astans juxta palmam visebatur. Hinc & Palmira urbs à Salomone ædificata, Hebr. dicta est Thamar, id est, palma. Corn. hic.

Damascus ex Hebr. dicitur *dam sac*, hoc est, *sanguinis*, id est, vini rubri *saccus*: optimò enim vinò abundat. Fuit caput, & regia Syriæ; tandem Pompeji tempore à Romanis capta. Circa

Circa annum 1400. Tamberlanes eam funditus delevit; & in trophaum tres ex calvariis caesorum turres summò ingeniò erectas reliquit. Corn. in Jer. 49. 24.

Surge, & vade in Niniven. Jon. 1. 2. Ni-
nive Hebr. idem est, quod *pulchra*, à radice na-
ve, id est, species, pulchritudo. Ità S. Hieronym.
2. Idem est, quod habitata, frequens, plena popu-
lis, & domibus. Fuit urbs potentissima; in qua
prima Assyriorum Monarchia sedem suam fixit, te-
nuitque mille annis, & amplius. Sita est ad Ti-
grim fluvium, teste Ptolomæo l. 6. c. 1. Corn.
hic.

Metropolis Hispaniæ olim, *Mantua dicta*,
à Mauris occupata Africanè vocata est *Madrit*,
id est, mater scientiarum; regnorumque revolu-
tiones, procellas, & turbines, spernit. Corn. in
Jof. 15. 15.

Quæ urbs regis Hispaniæ igne est circumda-
ta? Madritum; cujus muri ex silicibus constant.
Corn. in Jer. 48.

Argentorum nomen *Strasburg* habet
ab Attilâ Hunnorum rege; qui eâ utreptâ, & mœni-
bus dirutis, polydopolim edixit appellari; quòd
multis viis accessibilis esset. Matthæus Tympius
quaest. Sympos.

Joannes Leo in descript. Africae l. 3. *Festam*
Africae urbem dictam putat ex eo, quòd cum ur-
bis fundamenta jacerentur, *ses*, id est, auri cumu-
lus inventus sit.

§. II.

Civitates in orbe celebriores.

Decora, sicut Jerusalem. Cant. 6. 3. Lau-
datur à Jeremia Thr. 2. 15. *urbs perfecti*
decoris, gaudium universæ terræ. Maximè
autem tempore Salomonis erat laudatissima ab am-
plitudine, fortitudine, murorum; à divitiis: *tan-
ta enim erat abundantia argenti, quantum*
lapidum. 3. Reg. 10. 27. à mœnibus, pace, an-
nonæ copia, ab augustissimo templo. Lud. de
Ponte hic l. 9. Exh. 1. §. 2. De Jerusalem pulchri-
tudine ità censent Hebraei: decem pulchri-
tudinis mensuræ in Mundum descenderunt;
novem abstulit Jerusalem; unam universus Mun-
dus.

Nunquid melior es Alexandria? Nahum
3. 8. Hæc urbs, cum Romanis paruit, pende-
bat plus tributorum singulis mensibus, quàm
Jerosolyma totò annò; & præter pecuniam, an-
nonam quatuor mensium plebi Romanæ mini-
strabat. Fuit Alexandri M. opus, nomen, & bu-
sum, emporium totius Ægypti vetustissimum.
Urbs olim magnifica superbissimis ædificiis.
Quam deinde ob cultum divinum isthic floren-
torem, plebisque sanctimoniam, Paradisum Do-
mini Veteres dixerunt; sicut Antiochiam Theo-
polim. Alexandrinos S. Marcus, à S. Petro eò mis-
sus, fide, & Religione Christianâ, imbuit per vi-
ginti annos, & pro ea ibidem Martyr occubuit.
Insuper ipse Alexandriae Ecclesiasticam Scholam
instituit; cui doctissimi semper, & sanctissimi vi-

Polyant. Sacr. Tom. I.

ri præfuerunt, ut Pontenus, deinde Origenes. O-
rigeni successit Heraclas, huic Dionysius Antio-
cheus, Didymus, S. Athanasius, Cyrillus, Theo-
phylus, &c. Hic S. Hieron. S. Basil. S. Gregor.
Naz. eruditi sunt. Denique Alexandrina fuit
S. Catharina, quæ ibidem decollata lac pro fan-
guine fudisse fertur. Corn. hic.

Rome numeravit Publicus Victor 9780. ma-
gnifica palatia, domos privatas civium 46602.
Paulus Aringus de Roma vetere, & nova. Ta-
meti aliunde queam Romam laudare, nempe à
magnificentia, antiquitate; & à pulchritudine, à
multitudine, à potentia, divitiis, & à rebus in bello
fortiter gestis. Sed, relictis istis omnibus, ob id illâ
beatâ prædico, quòd erga illos Paulus, dum viveret,
adeò fuit benevolus, adeò illos amavit, coram disse-
ruit, & postremò vitam apud eos finivit. Nec ità fo-
lum splendescit, quando radios suos sol ex sese de-
mittit; quemadmodum Romanorum urbs duas
illas lampades ubique terrarum effundens. S. Chry-
sost. l. 32. in ep. ad Rom.

Constantinopolis. O nova Roma! tantùm
urbes omnes antecellens, quantum cælum terræ
præstat. S. Greg. Naz. carn. ad Constanti-
nopolitanos.

Babylon. Diodorus l. 3. ait: muros Baby-
lonis adeò latos fuisse, ut per eas sex currus pos-
sent procedere. Urbs centum aereis portis clau-
debatur. Teste Aristotele l. 3. polit. c. 2. tanta
fuit, ut urbe ab hostibus captâ per triduum inco-
læ alterius urbis partis eam captam esse non fen-
sint. Stengel t. 2. div. Judic. c. 53.

Cum Philippus II. Hispaniarum Rex vidisset
Ulfisiponem, dixit: est orbis in urbe. Sylv. in A-
cta 17.

Ulfisipone civitas non ab ædificiis, sed ab in-
habitantibus, admiranda redditur. S. Chryso-
st. hom. 4. in li.

Inhabitantium virtus, & pietas; hæc est dig-
nitas, & ornatus, & tutela civitatis; ità ut, si hoc
desit, omnium sit vilissima, licet infinitum ab Im-
peratore consequatur honorem. Mihi civitas
non habens pios cives, omni villâ vilior est, &
quæcunque speluncâ ignobilior. S. Chryso-
st. hom. 17. ad pop. Antioch.

Meacum urbs olim amplissima, quondam,
ut ajunt, tectorum 180. millibus constabat;
nunc, etsi magnâ parte everia, domo-
rum millia amplius continet ducenta. S.
Franc. Xav. Societati Goam lib. 3. Episto-
la 7.

Paguinum, & Nanquinum, tantæ urbes,
quarum ambitum eques unò vix die, non compre-
hensis etiam suburbis, decurrat. Ex
thesauro rer. Indic. P. Petri Janici
l. 2. c. 19.

§. III.

Quid Civitates muniat, & tueatur?

Tunc civitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portæ iustitiæ muniatur. Cæterum nihil prodest muros munire propugnaculis; & Deum provocare peccatis. S. Ambr. f. 88.

Lucernæ isti sunt, ubique terrarum fulgentes; mœnia urbium isti sunt. S. Chrys. hom. 37. in Matth. 23. de Monachis in Matth.

Tamerlanes volens vi capere Jerusalem, impeditus per bruchos; qui ejus exercitum adeo vexarunt, ut versus eandem civitatem ulterius ire non potuerit. Rainaldus ad an. Chr. 1403. ex Theodorico Niemio l. 2. c. 30.

Civitas peccatis plena jam jam obsidenda à potenti rege, misit ad magnum principem, offerens magna pro subsidio; simul civitatis robur per legatos exponens, muros, turres, cives &c. quos princeps interrogavit: estne cooperatura superius, nè via Dei super illam descendere possit; peccata civitatis fugillans. Summa prædicant. Civitas peccat. plena &c.

Eremita habitabat locò incultò triginta, & amplius annos; vitæ abstinentiâ, orationibus, & prophetiâ præsertim insignis. Afflicta republicâ adiit quidam è primoribus virum Dei, rogat, num Veneta Resp., ut ferebatur, deplorata esset? ad quem Eremita: commotus est furor Domini super vos, quia Verbum Domini projecistis; & nisi Pontificis vestri lacrymæ interpellarent pro vobis, jam dudum quasi Sodoma periissetis. Boll. 8. Jan.

Attila Hunnorum rex multis Italiæ urbibus vastatis, Ravennam obsidebat. S. Joannes, eorundem Episcopus, Sacris viris comitatus, vestibus sacris indutus, extra urbem ad Attilam venit; oravitque urbi, & civibus, ut parceret. Rex Deo sic animam inclinante, se, sine nocimento quidem ingressurum; sed, dejectis tamen postibus, fidem servavit. Boll. 12. Jan.

Theodosio imperium suscipiente bellum grave in occidente motum est. Percussus non pecuniam, non milites, cogit, non fœdera quarit, sed Dei opem. Intelligens virum quendam Anachoretam nomine Seraphium, sanctissimè vivere, miracula patrare, confestim Theophylum Alexandrinum Episcopum cum literis ad illum expedit, ut quamprimum Constantinopolim se conferat. Diu restitit vir Sanctus; tandem cucullò, & baculò in coelum sublatis, Domine Deus, inquit, Deus virtutum; huic, obsecro, cucullo, & baculo, vim tantâ imperti, quantam mihi, si adessem, tribueres. Tum, quæ manibus tenebat, Antistiti tradens: hæc, inquit, defer Imperatori; ut cucullum imponat capiti, baculum manu ferat; primam ipse aciem in hostem dux educat. Fecit, quod suatum, Theodosius; hostis mox in fugam conversus, caesus, victus, sine suorum sanguine. Boll. 31. Jan. c. 5.

S. Laur. Sipontinus Ep. Totilam, sibi conciliat, & ut Sipontinis parcat, obtinet. Boll. 7. Febr.

S. Conon. Monachus Ord. S. Basilii, patriam suam Nisum in Sicilia post mortem à Turcarum obsidione hac ratione liberat: jam muros subierant; cum terrore subito correpti in fugam se dant; obfessis eos inquirentibus, & graviter cædentibus, Captivi retulerunt, in ipsa porta visum à se Monachum atro habitu, specie terribili; ac vexillum plurimâ luce collucens manu tenentem; terrore ejus aspectu, velut fluminibus impetitos. Boll. 28. Martii.

S. Leo, teste Petrò Canisio in vita c. 2. Attilæ ob ingentes victorias insolenti, post plures Italiæ urbes devictas, Romam properanti occurrit, mitiorem reddit modestò alloquiò, apparentibus SS. Petrò, & Paulò, ultrò recedentem ex Italia videt. Romam redux ut pater patriæ solutatur. Boll. 11. April.

§. IV.

*In Civitatibus plura, & majora, peccata committuntur.**Ex Veteri, & Novo.*

Vidit iniquitatem, & contradietionem, in civitate. Pl. 54. 10. Notandum, quòd Dominus mittens prophetas in Mundum, frequentius misit eos in civitatem, quàm ad alia loca minora; ut Jerusalem, Ninive, Babylonem &c. quia in civitatibus sunt plures, quàm in aliis locis; item ibi sunt plura peccata, de quibus Pl. *vidit iniquitatem &c.* B. Humbertus l. 72. ad Laicos in civitatibus.

Quid debui facere vineæ meæ, & non feci? Il. 5. 4. Verùm in quo statu hodie famosa illa civitas sit, ite, ite, & videte. Perit omnis decor illius; idque nulla alia ex causa, quàm quia *malos male perdet.* Segnor. fer. 6. Dom. 2. ferm. 55.

Super montem caliginosum. Il. 13. 2. Ità per tropum vocat Babylonem, licet in loco campestri sitam; scilicet montem, ob magnificentiam, & fastum palatiorum, turrium, murorum &c. *Caliginosum* verò ob omnium rerum in ea caliginosam confusionem; ob quam Hebr. dicta est *Babel.* 2. Quia idololatria, & errorum tenebris erat involuta. Corn. hic.

Tunc Herodes clam vocatis Magis. Matth. 2. 7. Misera planè civitas, in qua regnat Herodes. S. Bern. l. 3. in Epiph.

Jam securis ad radicem posita est. Matth. 3. 10. Adverbium *jam* advenisse tempus significat, quò securis posita est ad radicem arboris; procul dubiò ad excidendam illam, id est, Jerusalem. q. d. hætenus tolerati estis, expectati estis, velut arbor ad faciendum fructum. Sed jam tempus venit, quò, velut arbor infructuosa, excidenda est gloria gentis vestræ, templum vestrum, cellitudo vestra ad radicem posita, ut in æternum non reviviscat. Cajet. in Matth. c. 3. Constantinopolis à Turcis capta die Pentecostes An. 1454. Excidium hoc Græcorum vaticinatus fuerat Nicolaus V. Pontifex; qui ad Græcos Romanæ Sedis auctoritati se opposentes, scripsit literas plenas honoris, teste Bozio de Sign. Eccl. l. 6. tole-

toleramus adhuc dilationem vestram, respicientes in Jesum sempiternum Sacerdotem, & Dominum; qui sterilem illam ficum usque ad tertium annum jussit adseruari, agricolam jam ad excindendam arborem se accingente; quia nullum fructum ferebat. Tres annos expectabimus, si vos forte à schismate, & separatione, converteritis, juxta Salvatoris de ficu præceptum. Sin minus, excindemini, nè terram otiosam, & inutilem reddatis. An. 1451. hanc scripsit epistolam; & An. 1454. capta est Constantinopolis. Marchant. D. infra. Oct. ascens.

Cur Christus dixit Matth. 10. 13. *Cum vos persequerentur in civitate ista. & non potius in via, vel in agro? quia in civitatibus maxime grafsantur scelera, & injustitia.* Sylveira in Luc. 6.

Ue ad exitus viarum. Matth. 22. 9. Cum in civitate ordinetur epulum, cur non è civitate, & ejus foro, ac plateis, quærit convivas? quia in convivio solum sedem habituri erant, nuptiali charitatis, & puritatis, veste induti: in civitatibus autem tales non reperiuntur. Sylv. in Matth. 10.

Et multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, &c. Luc. 6. 17. Cur expressè Lucas ponit Jerusalem, cum sub Judææ provincia intelligatur? Erat Jerusalem totius regni caput; & velut rem miram, & raram, ponit; in ea aliquot aptos repertos, qui ad Christum venient, & ipsum sequerentur. Idem habet de occursum ad Joannem Matth. 3. 5. *exibat ad eam Jerusalem, & omnis Judæa.* Sylv. in Luc. 6. quæst. 6.

Eras in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Si in vico vitam degeret, ubi raræ sunt conciones, ubi non habentur divina officia, & homines vivunt sicut bruta; tolerabile videretur. Sed in civitate: ubi tot conciones, tot templa, Sacerdotes, Religiosi, & auxiliatores animarum. Sed nunc peius in civitatibus, quàm in vicis. Stella hic. Multæ aliæ civitates deletæ sunt, & perierunt; Babylon à Persis, Troja à Græcis, Romæ Roma sepulta jacet; nullam tamen aliam deslet: quia hæc una eò tempore cultum Dei habebat. Orig. hom. 34. in Matth. nos sumus Jerusalem, quæ desletur (Jerusalem videns Deum) quòd si post mysteria veritatis, post sermonem Evangelii, post doctrinam Ecclesiæ, post visionem Sacramentorum ejus, aliquis è nobis peccaverit; plangitur, atque desletur. Si post multam continentiam, post aliquot annos castitatis, victus quis fuerit; patientiam, pudicitiamque amiserit; *non relinquent in se lapidem super lapidem.* Pinna in Eccl. Ethol. 66.

Fidens civitatem flevis super illam. Luc. 19. 41. Maledictæ urbes, Salvatori meo lacry-

mas excitatis. Nusquam invenietis Christum super pagos, aut oppida, flevisse, sed super urbes: tanta quippe in urbibus mala fiunt, ut Dei Filium ad sterum cogant. Bessius Dom. 9. Pent. Roma septies ab hostibus everfa. 1. annò ab urbe condita 364. à Gallis duce Brenone. 2. 800. à Visigottis. 3. à Vandalis. 4. ab Erulis. 5. ab Ostrogottis. 6. à Totila. 7. Annò 1527. sub Clemente à Marte Cæsareo. Aringe de Roma veteri.

§. V.

Miscellanea de Civitatibus.

Disparavit Cain civitatem. Gen. 4. 17. Impiorum progenies in ipsa Mundi origine civitatem construxit: quia omnes impii in hac vita fundati sunt, ubi habent thesauros: Sancti verò hospites sunt, & peregrini. Abel in terra non condidit civitatem. V. Beda hic. Peregrini fumus, quamdiu in hoc Mundo fumus: nam in Mundo est proprietas hominum peccatorum; sed exilium est Sanctorum: nam mali sunt hic tanquam in propria patria; sed boni sunt tanquam in patria aliena. Hinc Cain ædificavit sibi civitatem; Abel verò, quia filius Dei, & peregrinus, nullam. S. Bonav. l. 69.

Civitates eorum destruxisti. Ps. 9. 7. id est, impiorum, quæ sunt tres in regno diaboli, id est, in hoc Mundo: concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Hugo Card. hic.

Quatuor sunt minima terra &c. Prov. 30. 24. Salazar appositè per hæc quatuor animalia, accipit quatuor hominum genera, quæ rempublicam constant, fovent, & promovent: nimirum per formicas coacervantes grana, accipit agricolas; qui fruges parant, cibumque Reip. Unde Plato in Phadone constituens metempsychosin Pythagoricam, sive animarum post mortem in alia corpora, & animantia, quorum mores in vita imitati sunt, transmirationem; asserit, agriculturalium animas migrare in formicas: quia earum laborem, dum viverent, agros colendo, imitati sunt. Per lepusculum, accipit cives in uribus, quasi in antris suis degentes. Per locustas, milites, qui urbem, & Remp. ab hostibus defendunt: locustarum enim exercitus, ordines, & acies, militiam quandam præferunt; imò ipsorum forma galeatos milites refert. Per stellionem, aulicos: Stellio enim circa aulae fores, & forium cardines, versatur. Corn. hic.

Notum est, Hebræos urbes, præsertim opimas, & amœnas, agris, & vineis, metaphoricè vocare, vineas, & ejus vites. Corn. Comment. in II. 48.



TITULUS XVI. COGITATIONES.

§. I.

In genere. Symbola.

Lavabunt in ea Aaron, & filii ejus, manus suas, & pedes. Ex. 30. 19. hinc Sacerdotes Aarōnici in tabernaculo nudis pedibus sua munia obibant. Quin & Pythagoræ fuit dogma: nudis pedibus sacrificia. Nunc quóque Mauri, & Saraceni, templa, in quibus sacrificaturi sunt, non ingrediuntur, nisi calceis depositis. Eurhymius in Pl. 72. per pedes intelligit cogitationes, veluti quæ animæ nostræ religionem, pedum instar, regunt, & sustinent. Corn. in Ex. c. 3. v. 5.

Tolle q̄ capillos ejus. Num. 6. 18. Quid est, quòd, devotione completâ, caput Nazaræus radere, capillósque in igne sacrificii ponere jubetur? nisi quòd tunc ad perfectionis summa pertingimus, cum sic exteriora vitia vincimus; ut etiã cogitationes superfluas à mente reseceamus: quas nimirum sacrificii igne concremare, est flammâ eas Divini amoris incendere, ut totum cor in Dei amore ardeat. S. Greg. l. 2. mor. in Præfat. Caput tondere, Job. 1. 20. est, cogitationes superfluas à mente resecare. Id. ib.

Capilli tui sicut greges. Cant. 4. 1. Crines capitis, sunt cogitationes cordis. S. Amedeus hom. 2. Mens nostra, quasi pictor est; in anima, velut in tabula, cogitationes, prout vult, format. S. Basil. lib. de vera Virg.

Ponamus, velut aliquam animæ cutem, cogitationem; carnem affectionem; ut consequenter os ejus intensionem possimus accipere. S. Bern. f. 6. de verbis Abac.

Quid est aqua, nisi cogitatio humana? quæ semper ad inferiora labitur, nisi sub districtiōnis magnæ moderaminē cohibeatur. Rich. à S. Vict. de arca myst. l. 5. c. 6.

§. II.

Varia de Cogitationibus in genere.

Nè fortè peccaverit filii mei. Job. 1. 5. Cur non contra peccata oris, aut, operum, litavit? S. Basil. M. orat. de pauperibus amandis: meritò hic justus de peccato, quod est in latebris, in recessu, verebatur: quæ enim corpore administrantur, tempore, atque opportunitate, opus habent; mentis verò, cogitationisque motiones, momentò efficiuntur, sine labore absolvuntur, improvisò, & absque negotio, conformantur; nullum est eis tempus importunum. Ubi autem subitus est casus, illic metum, & cautionem majorem esse oportet. Id cum Jobus intelligeret, ad hoc peccati genus expandum Sacrificiis utebatur. Did. Niss. polit. cœl. p. 2. l. 9. c. 3.

Abyssus abyssum invocat. Pl. 41. 8. Quæ abyssus? quam invocat abyssum? Si profunditas est abyssus; putamus, quod cor hominis abyssus

est. Quid enim est profundius hac abyssò? Loqui homines possunt, videri possunt per operationem membrorum, audiri in sermone; sed cujus cogitatio penetratur? cujus cor inspicitur? quid intus disponat? quid intus velit? quid intus nolet? quis comprehendet? S. Aug. hic.

Non potest fieri, ut habet mala facta, qui habet bonas cogitationes. S. August. in Pl. 148.

A cogendo cogitatio nomen accepisse videtur. S. Bernard. ep. ad fratres de monte Dei.

Quis dignè pensare, quis sufficienter aestimare, valeat. Si diligenter attendat, quæ sit illa tam multiplex cogitationis humanæ volubilitas; quæ sit ejus tam inquieta, & infatigabilis velocitas, quæ per tam multa, tam varia, & tam infinita, discurrit; quæ nullâ horâ, nullò temporis momentò, quiescit; quæ tot spatia locorum, quæ tot volumina temporum, in tanta festinatione, transcendit; cui undique patet tam facilis transitus, tam agilis discursus, de summis ad ima, de imis ad summa, de primis ad novissimas, de novissimis ad prima. Rich. à S. Vict. de arca myst. c. 21.

Non possumus impedire latrones venire ad forum, corvos super domum, hirundines in domum; sed camerâ excludi possunt. Phantasia forum; camera cor, & voluntas. Apud Religiosos, tres examinant suscipiendos; sic cogitatio examinet: an sit licitum, honestum, utile? Summa prædic. verbo Cogitatio.

§. III.

*Cogitationes bonæ.**Symbola.*

Nazaræi sanctificatio, Num. 6. 18. Maxime sita erat in casarie nutricada: hæc autem mysticè est sanctarum cogitationum germinatio, quibus homo sanctus efficitur. Corn. hic.

Si rasum fueris caput meum, recedet à me fortitudo. Judic. 16. 17. Causa literalis: cur, durante comâ Samsonis, duravit & fortitudo, fuit; quòd durante comâ permaneret ipse Nazaræus, hoc est, Deo consecratus. Tropologicè: quia capillus notat cogitationes, & intentiones, hominis. Sicut enim à capite sano germinant sani capilli; sic ex mente bona oriuntur bonæ cogitationes, à quibus omnium virtutum fortitudo germinat. Corn. hic.

En lectulum Salomonis 60. fortes ambulant. Cant. 3. 7. Tres Patres apud Theodoretum: isti milites sunt efficaces cogitationes, & sacræ meditationes; quæ divinâ virtute undique tumentur animam, ad Dei quietem præparatam, adver-

adversus fallacias spirituum improborum. Fortissimi conscientia custodes, sunt cogitationes de quatuor novissimis. Barrad. D. 1. Epiph. c. 1. l. 10. c. 18.

Seminavit bonum semen in agro suo. Matth. 13. 24. Ager mundus est, vel cuiusvis anima. Porro Christus est, qui seminavit. Bonum semen boni homines, vel bonæ cogitationes. Theophylactus hic.

Dirigite viam Domini. Jo. 1. 23. Via, quam jubet parari, vita est Christiana. Potest item per viam anima intelligi; semita verò, cogitationes, & opera. Theophylactus hic.

§. IV.

Varia de bonis cogitationibus.

Cogitatio hominis constituitur tibi, & reliqua cogitationis diem festum agent tibi. Pl. 75. 11. Ità Deus complacet sibi in sancta cogitatione; ut non solum ipsa cogitatio ei placeat, sed etiam reliquæ, seu minutissimæ cogitationes, seu earum vestigia, diem festum ei faciant. Sylv. Addit. in Evang. Matth. 10. 9. 7.

Eruditis intersum cogitationibus. Prov. 8. 12. id est, sapientibus, & prudentibus; putà honestis, piis, sanctis. Discite, utilissimum esse, talia cogitare, legere, audire, loqui: his enim rebus quasi ad se pertinentibus, inserit se, & immiscet se sapientia divina; ideoque eas promovet, auget, perficit, per lumina, quæ intellectui immittit; & per pios impulsus, quos voluntati afflat. Corn. hic.

Oportet, ut Dei cultor omni studio in ejus amore ita feratur; ut nulla humana cogitatio tempus ullum inveniat, propriis cupiditatibus indulgendi. Si enim quilibet cupiditas, cum in eo, quem possidet, moratur, rationem tanquam compedibus vincitā continet; cur non virtutis amorisimum ab omni alia cogitatione remotum continebit? S. Nilus lib. ascetico.

Vas plenum, & occupatum, alterius rei non est capax. Animā occupatā bonis cogitationibus, malæ locum non inveniunt. Stella de cont. van. Mundi p. 3. c. 59.

§. V.

Cogitationes malæ.

Symbola, & nomina varia.

Ex Veteri.

Volucres abigebat Abram in sacrificio. Gen. 15. 11. id est, malas cogitationes. S. Bonav. in Pl. 35.

Alluvione paulatim terra consumitur. Job. 14. 19. Mare mens hominis, & quasi fluctus maris, sunt cogitationes mentis; quæ aliquando per iram tumescunt, per gratiam tranquillæ fiunt, per odium cum amaritudine desfluunt. S. Greg. mor. l. 12. c. 14.

Nunquid aperta sunt tibi porta mortis? Job. 38 17. S. Greg. mor. 28. 8. Porta mor-

tis sunt cogitationes pravæ: quia profectò via ad interitum, per iniquas semper cogitationes, aperitur. Pinna in Eccl. Ethol. 86.

Humiliata est in pulvere anima nostra. Pl. 43. 25. Pulvis sunt cogitationes vanæ; terra autem prava desideria. Hugo à S. Vict. hic.

Effundite coram illo corda vestra. Psalm. 61. 9. S. Basilio, cor effundere, est evacuare cor à vitiiis, affectibus malis, perveris cogitationibus, & similibus; quasi liquoribus noxiis. Belarm. hic.

Ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. Pl. 100. 8. id est, ab anima malas cogitationes; quæ sunt mali cives. S. Bonav. hic.

Musca morientes perdunt suavitatem unguenti. Eccl. 10. 1. Musca notat malitiosas cogitationes, à diabolo, vel carne, vel mundo, suggestas. Ità S. Hier. Corn. hic.

Capite nobis vulpes parvulas. Cant. 2 15. Competenter sanè, cum adhuc parvæ sunt, capi eas mandat: dum enim cogitatio mala in initiis est, facilè potest objici à corde. Dum pusilla est capi debet, & abjici; nè, si adulta fuerit, & inveterata, jam non possit expelli. Orig. hic.

Hortus conclusus foror mea. Cant. 4 12. Hic hortus conclusus est serà silentiis. Cogitationum terrenarum multitudo, si hortum hunc irruerit, bestialiter conculcat. Rich. à S. Vict. hic.

Ex Novo.

Sinite utraq; crescere. Matth. 13. 40. Triticum est voluntas bona, quam seminavit Deus in homine; Zizaniam autem mala est cogitatio, quam diabolus seminavit per carnem. Cum ergo omni voluntati bonæ adhaereat & desiderium malum; si volueris malam cogitationem tuam ad plenum tollere, simul tollis & opus bonum. S. Chrys. hom. 13. in Matth. 6.

Cupiebat implere ventrem suum de filiquis, quas porci manducabant, & nemo illi daboat. Luc. 15. 16. S. Antonius D. post Trinit. per filiquas porcorum diversas cogitationes intelligimus, quibus maligni spiritus, tanquam porci, incrassantur; quæ aliquando cupienti non dantur: frequentè enim homo plus peccat, quàm diabolus suggerat: pravenit enim homo sæpe diabolum. Unde Ezech. 16. 27. *dabo te in animas odientium te filiarum Palestinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata.* S. Anton. Pad. Dom. post Trinit. Grandis pudor, quòd diabolus erubescit de peccato hominis, quod ei non suggerit; & homo non erubescit. Sylv. in Jo. c. 7. q. 3.

Ex Patribus.

Malæ cogitationes sunt radices pestiferæ; & quasi ova diaboli, quæ fovet in nidulo cordis nostri. *Ova aspidum ruperunt.* Il. 59. 5. & quod confortum est, erupit in regulum; id est,

L 1 3 in

in consensum, vel in opus malum. Hugo Card. in Prov. c. 5.

Sicut vipera à filiis in utero positis lacerata perimitur; ita nos cogitationes nostræ intra nos enutritæ occidunt, & conceptæ interiùs vipereò venenò consumunt, animamque nostram crudeli vulnere perimunt. S. Isid. l. 2. c. 25.

Nè à memoria repellat Deum irruens turba plurimarum cogitationum, quæ solent effluere tanquam vilis plebs in atrium; ponatur ad ejus portam janitor, cujus nomen est, recordatio propriæ professionis; ut, cum turpibus senserit se se animus prægravari, increpet se, & dicat sibi: tunc hæc debes cogitare, qui Sacerdos es, qui Clericus es, qui Monachus es? cultor justitiæ debet in se quidquam iniquum admittere? decet servum Christi, amatorem Dei, tale aliquid ad modicum meditari? - Similiter ad portam voluntatis, in qua solent manere carnalia, tanquam in domo domestica familia, statuatur ostiarius, qui vocatur, recordatio coelestis patriæ. -- Jam verò, ad thalamum rationis talis, & tam ferrox, adhibendus est custos, qui nemini parcat; sed quicumque hostis, sive clam, sive palàm, ingredi præsumpserit, procul eum, arceat. Ethic sit recordatio gehennæ. S. Bern. serm. de triplici judicio, proprio, humano, atque divino.

Summè cavendum est, quid homo in corde revolvat: quia omne malum intrat per sensus, & cogitatus. Unde est janitor diaboli, scilicet oculus, & malus cogitatus, qui introducit bestias Inferni, quæ animas vastant. S. Thom. in Gen. c. 2.

§. VI.

*Miscellanea de malis cogitationibus.**Ex Veteri, Novo, & Patribus.**Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam.*

Pf. 72. 8. Frænandum omnino cor est: nam, si cogitaveris, loqueris. Non ibi quiescit scelus, ubi nascitur; instar fluminis fontem deserit, & mare petit: mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. Oliv. Strom. t. 2. hic.

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt. Pf. 93. 11. Vanæ, quia non intendentes hominis finem, id est, beatitudinem. Diez Cogitatio.

Usquequò morabuntur in te cogitationes noxia? Jer. 4. 14. Ubi S. Greg. non reprehendit, cur veniant? Sed cur morabuntur? Etenim in bona corda cogitationes illicitæ veniunt; sed morari prohibentur; stulti tamen eas abigere nesciunt. Id. ib.

Percutiebat pectus suam. Luc. 18. 13. velut cor cadens, propter malas cogitationes; ac tandem, quòd obdormierat, excitans. Theophyl. hic.

Et cogitationes ascendunt in corda ve-

stra. Luc. 24. 38. Aliæ cogitationes ascendunt, aliæ descendunt in cor. Descendentes de alto cor non turbant; de Deo, de coelestibus, quietant, solantur; ascendentes ab amore Mundi, & carnis turbant; Unde Christus, ubi dixit, *quid turbati estis?* mox addit: *& cogitationes ascendunt in corda vestra.* q. d. vestræ turbationis causa est, quòd cogitationes in corda vestra ascendunt. Sic aqua turbatur, quando terra, & limus, ex profundo in superficiem vergunt. Si quiescere sinas, & sordes in profundum labantur; aqua munda, & clara, redditur. Cur odiò, & irâ, turbaris? quia injurias fuscitat memoria. In Magdalena cor, sedentis ad pedes Christi, coelestes cogitationes descendebant; ideò quieta erat: In Marthæ cor curæ ascendebant; ideò turbatur. Stella in Luc. 24.

Nihil in nobis est corde fugacius; quod à nobis toties recedit, quoties per parvas cogitationes defluit. S. Greg. lib. past. curæ c. 15. p. 3.

Non in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes; quæ improvise effusa, mentem, animùmque confundunt; atque aliò trahunt, quàm tu proposueris. Ad sæcularia revocant, Mundana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt; ipsoque in tempore, quò elevare mentem paramus, infertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerumque dejicimur. Beatus planè, quem delectatio non revocat, quem voluptas non inclinât, qui ad inferiora non respicit. S. Ambr. l. 1. c. 1. de fuga sæculi.

Si aliquis carbonem vivum apprehendat in manu sua, & eum statim projiciat; nec combusturam habere poterit, nec dolorem. Si verò eum unius horæ momentò tenuerit; sine vulnere jactare non poterit. Hæc ergo, quod de carbonibus vivis observamus in corpore, quare de cogitationibus malis non timemus in corde? D. Cæsar. Arelat. hom. 10. Expellendæ malæ cogitationes de corde; tanquam prunæ ignitæ de manu. S. Vinc. Ferr. f. 3. Dom. infra Oct. Epiph.

Colloquebatur B. Juniperus cum Fratibus de medio contra carnis tentationes; singuli dixerunt suum sensum. Juniperus ait: cum in castro meo sentio similes tumultus, mox ostium cordis claudio, & obfirmo piis meditationibus, ac desideris melioribus. Cum malæ suggestiones ad cordis ostium accedunt, ego ab intus respondeo, ostiò minimè referatò: foris, foris, manete; jam capta est arx, & ab aliis præventa; recedite, procul abite. Jonghen Exhort. 9. pro sacr. professionibus.

Bombyces sunt initiò certa grana, velut sinapis, eaque portant mulieres ligata in linteo ad pectus; quæ, ubi incaluerint, reviviscunt, fiuntque vermes. Cave, imprimas sensualitati inhonestæ femina, de quibus calore pectoris reviviscat vermis mordens, & rodens conscientiam. Stella p. 3. de vanit. Mundi c. 41.

TITULUS XVII. COGNITIO DEI.

§. I.

Laudes, & utilitas.

Quomodo obscuratum est aurum? Thr. 4. 1. Aurum erant, propter notitiam Dei, & naturam Patriarcharum; & obscurati verò fordibus delictorum, & perfidiae inquinamentis. S. Pachal. hic.

Satis agnitio Dei, quid sibi incumbat, intelligit. Tertull. lib. de patientia. Sub initium.

Summum in rebus humanis bonum est, Deum nosse. S. Iustinus M. lib. q. q. Christianar. ad Gentiles.

Est alioquin homini à natura ingeneratum, ut ei quadam intercedat cum Deo conjunctio. Quemadmodum ergo equum non cogimus arare, neque taurum venari; ad id autem, quod natura aptum est animal unum quodque, trahimus: sic certè hominem, qui natus est ad coeli contemplationem, & verè est planta coelestis, hortamur ad Dei cognitionem, id quod est ejus proprium. Clem. Alexand. Orat. adhort. ad Gentiles.

Facili sumus, non ut comedamus, & bibamus; sed facili sumus, ut essemus ad DEI agnitionem. Clem. Alexand. Pædag. l. 2. cap. 1.

Beata vita cognitio Divinitatis est. S. Isid. l. 2. c. 1.

Perfectissimum quiddam est in rerum natura, Cognitio Dei. S. Greg. Naz. orat. de recta doctrinae sententia.

Infelix homo, qui scit illa omnia, te autem nescit; beatus autem, qui te scit etiam si illa nesciat. Qui verò te, & illa, novit; non propter illa beator, sed propter te solum beatus est: si cognoscens te, sicut Deum glorificet, & gratias agat; & non evanescat in cogitationibus suis. S. Aug. Confess. l. 5. c. 4.

Notitia unius Dei, omnium virtutum possessio est. S. Hieronym. in Jer. c. 31. post medium.

Nisi cognitio Dei pro fundamento ponatur, frustra est, quicquid ædificatur. S. Bonav. f. 10. de tempore.

Cognoscere Deum, & se; est perfectio nostra: & in totò Mundo nihil modò me delectat scribere, nec dicere; nisi solum hæc duo: cognoscere DEUM, & se. Boll.

4. Jan. vita B. Angelæ de Fulgino cap. 12.

§. II.

Cognitionis Dei effectus boni.

Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus. Ps. 99. 3. Felices servi, si Dominum nosserent suum! putas, recessuros aliquos à domo Domini, si scirent à se Deum derelinqui? putas tam moestos remanere pleròsque in hac servitute, si meminissent, se Deo militare? putas, tam negligenter servituros nos Domino, si eum sciremus Deum? hoc est, dignissimum cultu, remuneratione largissimum, sublime imperiò. Oliva t. 2. Strom. hic.

Per aliam viam reversi sunt. Matth. 2. 12. Alià vià venerunt Magi, alià redeunt. Qui enim Christum viderant, Christum intellexerant; meliores utique, quam venerant, revertuntur. Duæ quippe sunt viæ; una ducit ad interitum; alià, quæ ducit ad regnum. Illa peccatorum est, quæ ducit ad Herodem; hæc viâ Christus est, quæ redit ad patriam. S. Ambr. in Luc. 2. initiò.

Vidit, & sequebatur illum. Luc. 18. 43. Nascitur ab illuminatis oculis Dei sequela. Euseb. Emis. cæci non sequuntur JESUM; illi eum sequuntur, qui illuminati sunt. Bæza t. 2. l. 10. cap. 4.

Initium bonæ vitæ Monachi, est cognitio Dei: ignorantia autem de Deo Monachi mentem obæccat. S. Ephrem. Parænesi 1.

§. III.

Cognitio Dei oritur ex desipientia sui, & reverentia Dei.

Exempla

Ex Veteri.

Cum sim pulvis, & cinis. Gen. 18. 27. Sancti, quanto magis Divinitatis interna prospiciunt; tanto magis de nihil esse agnoscunt. Nusquam Abraham legitur se pulverem, & cinerem professum esse, nisi cum meruit Dei locutionem habere. S. Greg. Mor. l. 18. c. 33. Disce, cognitionem Dei in nobis humilitatem gignere: qui enim videt Deum, videt seipsum; videt, quantum distet à Deo; quàm parum, imò quàm nihil, sit. Ità Moyles Ex. 3. 6. Audiens Deum ex rubo, abscondit faciem suam: non enim audebat respicere contra Dominum. Corn. in II. 6. 5.

Veni mihi, quia taci; vir pollutus labiis ego sum. II. 6. 5. Tum se pollutum dicit, cum Deum, omnis Sanctitatis, & puritatis, fontem intuitus est: tunc se polluta labia habere fatetur; cum loquentes Seraphinos audivit: quò enim quis in coelestium contemplatione proficit, eò se amplius

amplius despicit. Pinna in Eccl. Ethol. 40. Ità Tobias 12. 22. cum suis agnitò Raphaelè, *prostrati per tres horas in faciem, benedixerunt Deum.* Ità Daniel 7. 15. & c. 10. 8. visò angelò. Ezech. 2. 1. Viginti quatuor Seniores Apoc. 4. 10. S. Franciscus in spiritu elevatus: quis tu Domine? quis ego? tu abyssus essentia, veritatis, & gloria; ego abyssus nihili, vanitatis, & miseriae. Corn. in Il. c. 6. v. 5.

Nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo. Job. 42. 5. 6. S. Greg. l. 35. moral. c. 5. quanto quis majoris gratiae lumen percipit, tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit.

Nunc autem oculus &c. q. d. multa de gloria, & majestate tua, famà, & auditu, acceperam; sed, cum te presentem video, multò magis sum commotus; & ad conspectum tuum omnia peccata mea, etiam levissima, tanquam atomos ad radios solis intueor, meque maximè inquinatum video. Sylv. in Apoc. l. q. 70. v. 17.

Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum, magnus, & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt. Pl. 88. 8. Genebrardus ait: terribilis, formidabilis, verendus, admirandus apud omnes angelos eum circumflantes. Nota: non dixit, Deum esse terribilem, & admirandum, apud homines, qui in terra degunt, nec illum vident; sed apud felices illos spiritus, qui eum semper ob oculos habent. Did. Niss. fer. 5. post D. 1. Quadr. §. 6.

Ecco tu pulchra es amica mea. Cant. 1. 14. Audiens hæc sponsa, iisdem verbis sponsò respondet: *ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* v. 15. Sciebat quidem, se pulchram esse; sed, in comparatione pulchritudinis sponsi, turpis sibi videbatur: sicut lumen lucernæ, exortò sole, propè nihil esse videtur. Diez. Humilitas.

Sicut virgula fumi. Cant. 3. 6. Fumo comparatur sponsa: quia fumus, quanto magis ascendit, tanto magis attenuatur. Sic, quanto magis quis ascendit in cognitione Dei, tanto magis humiliatur in se. Hugo Card. hic.

Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis. Eccl. 24. 24. ait de se divina Sapientia. Nota: agnitionis, & timoris. hoc est, in cordibus notitiam sui, simulque reverentiam, & metum generat. Did. Niss. fer. 5. post Dom. 1. Quadr. §. 6.

Ve mihi, quia tacui. Il. 6. 5. Sept. quia *compunctus sum.* Prado in Ezech. 2. 1. sic explicat: heu me! perii, occidi, defeci, ex conternatione tantæ visionis! Si enim Seraphim coram Deo velant facies, quidni cadat Isaias mortalis homo videns Deum cum Seraphinis? Addit Sanchez: Isaiam, licet facundum in conspectu Domini; & auditò ardore, quò à Seraphinis laudatur Deus: murum se putasse, & elinguem. q. d. vè mihi, quia tacui, nec laudavi Majestatem tantam, quam ab angelis nunc tantò spiritu laudari cerno; tacui, inquam, cum loqui poteram. Corn. hic. Postquam hæc vidit, ac vocem illam sanctam audivit; tunc demum, velut seipsum magis dignoscens, me, inquit, miserum! S. Greg. Naz. or. 7.

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Il. 6. 1. mox clamat: *vè mihi &c.* Luce cœlesti donatus, nihil prius, quam peccatorum foeditatem, videt; ut ad penitentiam excitetur. Escob. t. 3. Colloq. Chr. l. 5. sect. 1. obs. 1.

Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus Sapientie, & replebit eum spiritus timoris Domini. Il. 11. 2. 3. Quem adimplet spiritus timoris Domini? eum, qui Deum ignorat? minime; sed eum, qui est plenus sapientiâ, scientiâ, & intellectu: Ubi enim hujusmodi dona, ibi residet timor. Sylv. in Luc. 5. q. 15.

Ex Novo & Patribus.

Joannes autem prohibebat eum. Matth. 3. 14. non per modum imperii, cum hoc sit superioris; sed per modum humillimæ abnegationis; sciens, se indignum ad baptizandum Filium Dei. Sicut etiam Petrus ad JESum Jo. 13. 8. *non lavabis &c.* Considerans namque Joannes suam parvitatem, & Christi majestatem incredibiliter mirabatur de tanta dignatione, & humiliatione Dei incarnati. Dion. Carth. hic.

Adoravit eum. Matth. 15. 25. Ex usu vicina, & familiaris, consuetudinis, uti majestas humana vilescit, ita augetur divina. S. Hier. nota: quòd ista mulier primum filium David, deinde Dominum vocet, & ad extremum adoret ut Deum. Quò familiaris Christo communicavit, eò reverentius illum observavit. Did. Niss. fer. 5. post D. 1. Quadr. §. 6.

Exi à me, quia peccator sum Domine. Luc. 5. 8. Uti quemodo præceptorem dixerat. v. 5.

Ex magnitudine, miraculosi effectus majestatem causâ penlavit, & quanto Petrus Christi virtutem, excellentiamque, magis attendit; eò propriam culpam, ac pravitatem, evidentius intellexit, atque humilius fassus est. Sylveira hic q. 15.

Non sum. Jo. 1. 20. Joannes Baptista, illum considerans, qui solus est continuò respondit: *non sum.* q. d. in comparatione ejus, qui solus potest dicere, *ego sum, qui sum;* ego de me dico, non sum, nihil sum. Marchantius D. 3. adv.

Domine, tu mihi lavas pedes. Jo. 13. 6. Expavit, de Domino, & Magistro suo magna, de se verò humilia, sentiens. S. Rupertus hic l. 11. *Tu mihi &c.* q. d. tu talis, ac tantus; cui dixi: *tu es Christus Filius Dei vivi;* cui & turba paulò antè acclamabat: *benedictus, qui venit.* tu tantæ Sapientiæ, Sanctitatis, & Potestatis; qui solus sine peccatò inter viros - mihi piscatori, & peccatori; mihi idiota, impotenti, fragili; in tam abjecto, & infirmo, actu ministras; ante genua mea te prosternis; tuis sanctis, & venerabilibus manibus, pedes meos immundos, ac sordidos, tangere vis, & purgare? hoc nullatenus decet. O quam magnus fuit JESus in oculis Petri, cum dixit: *Tu,* & quam parvus fuit in oculis pro-

prius, quando adjecit *Mihi*. Dion. Carth. hic. Quis tu? quis ego? quis tu? quis mihi? tu Deus mihi! tu creator mihi creatura! tu justus mihi injusto! tu Dominus mihi servo tuo! tu beatus mihi misero! tu magister mihi discipulo! tu immortalis mihi mortis subiecto! Agnoverat Petrus altitudinem, quam in Christo antea fuerat confessus: *tu es Christus Filius Dei vivi*. Matth. 16. 16. Sim. de Cassia l. 12. c. 13. v. 6.

Cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus &c. Apoc. 1. 17. Quare cecidit tanquam mortuus? quia qui priusquam hæc conspiceret, stare in iustitiæ culmine, quasi Christi discipulus, & dilectus præ cæteris, præsumebat; ubi divinæ claritatis lux, & iustitiæ splendore, perfusus est; quidquid sibi de ipso complacuit, despexit; unde & quasi mortuus ad pedes Domini cecidisse dicitur: quia nunquam tenebras suas mens humana melius dijudicat; quam cum divinæ Sapientiæ lucem, & iustitiæ, quæ de cælis est, veritatem agnoscit, Joachimus Abb. Quanto quis magis penetrat, & cognoscit, divinam celsitudinem, tanto magis in illa, tanquam speculò, intuetur suam exiguitatem: ex quo tantò rubore confunditur, ut ad agonem mortis veniat. Sylveira hic.

Quærit Rupertus: cur olim reges tantopere se oculis, & alloquio subditorum, subtraxerint? maximè rex Assverus, qui totos aliquando triginta dies, etiam Eltheri delicio suo, conspicuum se nunquam fecit. Cur erat tanta difficultas adeundi regem? quærit ille l. 8. de victor. c. 10. Respondet: hoc venerat ex nimia ventositate misere vanitatis; nè vilior fieret ex usu publicæ visionis. Humana erat majestas Assveri, adeoque immutationis periculo exposita, si oculis crebro patuisset.

Divina verò ex communicatione venerationem majorem habet. Did. Niss. fer. 5. post D. 1. Quadr. §. 6.

Si credimus, quòd Deus sit infinitæ excellentiæ, & dignitatis; requiritur, ut, secundum hanc fidem, faciamus ipsi reverentiam. S. Vinc. Ferr. l. 3. D. 17. post Trinit.

§. IV.

Motiva varia ad studium Cognitionis DEI.

Faciamus hominem ad imaginem nostram. Gen. 1. 26. ut cognoscat; ad similitudinem, ut diligat. Hugo Card. hic.

Ostende nobis faciem tuam. Pl. 79. 8. Facies Dei in scripturis sacris non caro, sed divina cognitio, intelligitur; eaque quidem ratione, quæ per faciem conspectam quisque cognoscitur: hoc enim Deo in oratione dicitur: *ostende nobis faciem tuam*; ac si dicatur: da nobis cognitionem tuam. S. Isid. l. sentent. c. 5.

Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habui scientiam. Il. 5. 13. Quia abdomini suo serviens, non respexit opus Domini, de quo v. 12. quasi nesciret se ad cælestem, & æternum; non ad carnale, & perituum, Polyanth. Sacr. Tom. 1.

creatum esse. Sept: *quia non cognoverunt ipsi Dominum*. Corn. hic.

Ego sum pastor bonus - & cognoscunt me. Jo. 10. 11. S. Basil. hom. 26. *Oves meæ*, inquit, *vocem meam audiunt*. Ecce quomodo cognoscatur Deus: ex eo, quòd præcepta illius audimus; ex eo, quòd ea audientes, opere impleamus. -- Satis sit scire, pastorem esse bonum, animam suam posuisse pro ovibus. Terminus hic fit divinæ cognitionis: quantus verò Deus sit, & quæ illius mensura, & qualis scientia? talia sciendi sunt periculosa ei, qui rogatur perplexa: talium remedium silentium. Pinna in Eccl. Ethol. 25. Matth. 1. 20.

Inter primas hominis curas meritò sit cognitio Dei: ex hac enim manat omne bonum animi, omnis bona dispositio. Sap. 15. 3. vocatur notitia Dei *justitia consummata*: quia scilicet ex ea nascitur. Hinc B. V. MARIA, ob eximiam Dei notitiam statim perfecta, ut nec adiaphorum opus admiserit. Parit contemptum Mundi perfectionis Christianæ desiderium, observationem præceptorum, solatia Spiritus, Dei timorem, & amorem. Jo. 17. 3. *hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum*. Paulus tam frequentibus, & ardentibus votis rogat, ut Fideles crescant, *in scientia Dei*, Eph. 1. 17. 19. 1. Cor. 1. 15. Philipp. 1. 9. Coloss. 1. 9. Dei enim ignorantia fons omnis mali, juxta Pl. 13. 1. *dixit insipiens in corde suo &c.* Quis tam sceleratus, qui admittat peccatum, sciens, quantum Deo displiceat; si potentiam, omnipotentiam, iustitiam &c. Lessius de perfect. moribusque divinis.

Absque notitia sui Creatoris omnis homo pecus est. S. Hier. ep. 3. ad Heliodor.

Primum instituti, atque in lucem editi, hominis officium est, proprium agnoscere auctorem, cognitumque suscipere; vitamque, id est, divinum donum in divinum officium, cultumque, conferre. S. Eucherius ep. parænet. ad Valerian. cogn. suum.

Nihil prodest rerum omnium eruditio, nisi DEI scientiâ coronemur. V. Beda in Ex. cap. 20.

Nec charitas, nec virtutes cæteræ, esse valent, ubi Dei ignorantia locum habet. S. Laur. Just. l. de casto connub. c. 1.

Quid desiderabilius, quid optabilius, quid dulcius homini, quàm nosse artificem, & conditorem suum? S. Thom. Vill. l. 1. festo SSS. Trinit.

B. Coleta, sive Nicolaita, cognitionem Dei accipit quadriennis; in prima ætate eligit sibi locellum in domo paterna à cæteris sequestratum; ubi devotis orationibus vacabat: nulla in ea observata puellaris levitas. Boll. 6. Martii.

S. Catharinæ Senensi apparens Christus dixit scisne filia, quæ tu sis? & quis ego sum? Si hæc duo noveris, beata eris: tu enim es illa, quæ non es; ego sum autem ille, qui sum. Boll. 30.

April.

§. V.

Media Cognitionem Dei consequendi.

1.

Ex beneficiis Divinis.

Renumerare Joanni. Matth. 11. 4. In quo se Deum ostendit, cui proprium est beneficere. Vide Baruch 6. de Diis non liberantibus. Nè ergo, ut Ochozias 4. 3. consulas Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel. Osorius D. 2. Adv.

Amplius Deus innotuit in Filio, quam in Mundo, & perfectius in homine, quam in orbe.

In hoc monstrasti, quid esses, quid sceres, quid posses, quantum amares, quantum ignosceres; quam bonus, quam pius, quam misericors, & quam magnificus esses. S. Thom. Vill. l. 3. in Nat. D.

Fuit quidem & alius modus redimendi nos possibilis Deo; sed nullus convenientior: nihil enim aequè potuit nos incitare ad intelligendum Deum, quam quòd animam posuit pro nobis. Blefensis serm. 9. in Purif. Beati V.

2.

Ex Creaturis.

Tantus ordo, tamque singularis dispositio, non ultio hæc facta, declarat; sed causam præcessisse significat, per quam tanti operis principem, & Creatorem Deum esse, datur intelligi. S. Athanas. lib. de Incarn. Verbi. Quæ esset utilitas conditis; nisi scirent Creatorem suum? aut quomodo rationales essent, si Patris ignorarent verbum, in quo etiam conditi sunt? nihil enim profectò à brutis excelleret; si nihil, præter terrena, cognoscerent. Id. ib.

Nemo est mortalium, cui non hoc ab eo naturaliter institum sit; ut, Deum esse, perfectum habeat. Quin ipsæ quoque res conditæ, earumque conservatio, atque gubernatio, Divinæ Naturæ majestatem prædicant. S. Jo. Damasc. de orthod. fidel. 1. c. 1.

Citharam qui intuetur elegantissimè instrumentam, ejusque summâ arte, & ordine factam compositionem; vel pulsatarum fidium concertum audit; aliò cogitationes animi non refert, quam ad ipsum artificem, ac citharædum: hunc animò concipit, ad hunc se convertit, utut oculis eum non aspiciat. Sic & nobis non potest non esse manifestum id, quod & condidit universa, & condita movet, ac conservat, utut animi cogitatione comprehendi à nobis nequeat. S. Greg. Naz. Or. de recta ratione differendi de Deo.

Non desunt, qui fortuito res omnes facta esse asserant. Quid miserius, & insipientius his? qui talia dicere attentant. Navis nunquam poterit absque gubernatore maris fluctus pertransire; & domus non extruitur, nisi sit, qui ædificet. S. Chrysol. hom. 3. in Gen. tom. 6.

Tanquam purum speculum creaturarum decor offertur homini quatenus ex earum notitia discat se; sequè cum agnoverit, contempletur suavi-

ter, qui fecit se. S. Laur. Just. opusc. de inter. conflictu c. 1.

In sole Deus hominibus se depinxit, in eo se figuravit; ut esset in eo quòdam modò visibilis invisibilis Deus. Quid enim est sol iste corporeus, nisi simulacrum quoddam, & effigies in creati luminis; & speculum nitidissimum, quò Deus mortalium oculis præsentatur? In eo Divinitatis unitas, Personarum Trinitas, lucet. In eo Dei majestas, virtus, potentia, immensitas, æternitas, decor, Sapientia, effigata cernuntur. S. Thom. Vill. Conc. 1. de S. August.

Habet puer aliquis in manibus librum, in quo multæ imagines, plurimæque profundissimæ sententiæ; infans autem folia volvit, & imaginibus solum delectatur. At si prudens eundem librum in manusumat, grandia discit mysteria. Mandus liber, literæ creaturæ; peccatores delectantur pulchritudine cœli, solis, stellarum, plantarum, animalium; sed in his hærent; nec progrediuntur. Pii verò homines ex creaturis cognoscunt Dei potentiam &c. Diez. Cognitione Dei.

Trismegistus Dial. 5. Cum statuat, & imaginem, absque fabro, & pictore, fieri nullus asserere audeat, miram Mundi hujus constructionem sine Conditoris constituisse putabimus? O cœcum homunculum! ô nimis impium! ô profundis obrutum ignorantia tenebris! Cave, cave, ô fili mi Tau, nè unquam artificium prives arte. Corn. in Sap. c. 14.

3.

Cognitio Dei ex teipso, tui notitia, & humilitate.

Mirabilis facta est scientia tua ex me. Pf. 138. 6. Ex parva fabrica magnum opificem animadverto. S. Greg. Niss. or. 1. in S. Script. loca. *Mirabilis facta est:* id est: dum meipsum intueor, ineffabilis sapientiæ disco virtutem. S. Basil. l. 9. hexam.

Præcipuum, & speciale, speculum ad videndum Deum, animus rationalis absque dubio invenit seipsum. Tergat ergo speculum suum, mundet spiritum suum, quisquis sitit videre Deum suum. Rich. à S. Vict. lib. Benjam. minor. c. 72.

Frustrâ cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus est ad videndum seipsum. Id. ib. c. 71.

Vis videre Christum transfiguratum? ascende in montem istum (cognitio) discis cognoscere teipsum. Id. ib. c. 78.

Ut cognoscere Deum possis, te ante cognosce. S. Cypr. ad Demetrianum.

In figura incisionis sculpens nihil ponit, sed removet; & tamen relinquit formam nobilissimam. Ità notitia DEI per ablationem relinquit in nobis nobilissimam dispositionem in intellectu. S. Bonavent. l. 2. de ingressu ad Sapientiam.

Disciplinaram omnium pulcherrima, ac maxima, se ipsum nosse: si quis enim seipsum

norit,

nōrit, Deum agnoscit. Clem. Alex. Padag. l. 3. c. 1.
 Quāto in cognitione mei proficio, tantō ad cognitionem Dei accedo. S. Bern. lib. de anima cap. 1.
 Nihil scire convincitur, qui, sui igna-

rus, de Divinitatis scientia multa scire videtur. Porro DEum scire non valet, qui ignorat se. Ordinatissima verò scientiæ regula hæc est; ut homo prius se, deinde Deum agnoscere studeat. S. Laur. Just. Proœm. fasc. amor.

TITULUS XVIII. COGNITIO SUI.

§. I.

Necessaria.

NOveris licet omnia mytheria, noveris lata terra, alta cœli, profunda maris; si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamentō, ruinam, non structuram, faciens. S. Bern. l. 2. de confid. cap. 3.

Nihil est ante omnia homini timentī Deum tam necessarium, atque conveniens, quàm ut se ipsum noverit. S. Zeno Ver. l. 2. de Gen.

Punctam, & meditatio de sui ipsius cognitione, panis est, qui ad omnes cibos quantumlibet delicatos, in orationis via adhibendus est. Lum. & dogm. ex vita S. Theresia.

§. II.

Utilis.

Exi à me. Luc. 5. 8. Initium citò habendæ bonitatis, ac divinæ potentia virtutis, est propria vilitatis, & indignitatis, cognitio; & humilis consideratio, quanta nostri inæqualitas est ad Christum: & eò ipso nos dignos suò confortio facit, & appropinquat nobis, qui nos ipsos iudicamus indignos, & ex humilitate longè esse ab illo credimus. Sim. de Cass. l. 9. c. 15.

Si cognovisses & tu. Luc. 19. 42. Sermo est abruptus præ dolore. q. d. si cognovisses ea, quæ ad pacem tibi, & summam felicitatem spectant, meum scilicet adventum, meumque regnum; non perires. Barrad. t. 3. l. 7. c. 9. D. 9. Pent. Citò corrigitur culpa, quæ citò cognoscitur. V. Beda hom. fer. 4. Quadr.

Sicut mare, dum undis erigitur, veniens ad arenâ confringitur; sic spiritus, dum in superbia elevatur, consideratâ suâ miseriâ, dissipatur. S. Bonav. l. 93. D. 5. Pasch.

Quid mirum quæso, si in recordatione conditionis meæ, si ad aspectum animæ meæ, subito, & absque mea, confusio faciei meæ cooperuit me? quem enim non pudeat civem cœli, Dominum Mundi, dilectam Dei, addixisse servituti corporis, prostruisse spiritibus immundis? diu tenuisse sub iugo servitutis, ad faciendam carnis curam in desideris? Rich. à S. Viêt. l. 3. de arca myst. c. 13.

Non est ferè quisquam, qui scire curet, quid ipse sit? facilius cœlum, quàm nos ipsos, cognoscere possumus. S. Greg. Niss. or. in illa verba: faciamus hominem.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Cognitio sui, est fundamentum solidissimum, & stabile; supra quod humilitatis structura locata est, augetur, atque perficitur. S. Laur. Just. l. de humilit. c. 2.

§. III.

Motiva varia studentī Cognitio- ni sui.

Ex Veteri, & Novo.

Scrutemur vias nostras. Thren. 3. 40. Videlicet actiones; & quæramus, à quò discessimus ad Dominum per lamenta, à quò discessimus per flagitia. Magnum igitur est, unumquemque se ipsum nôsse: idcirco iubemur, ut scrutemur vias, scilicet actiones nostras, actiones fidei nostræ, & nosmetipsos cognoscere possimus. Unde Moyse Deut. 27. 9. *asende*, inquit, tibi. Tibi utique, & non pecuniæ tuæ, non possessionibus, non viribus tuis; sed animo tuo; unde omnia consilia, & facta, cogitationesque manant. S. Paschal, hic.

Unum quodque ante faciem suam gradabatur. Ezech. 1. 9. Animantia illa singula quadruplices vultus, & oculos, habebant: aquilæ, hominis, leonis, & bovis; Viri probi similes habent oculos: aquilæ, quibus Deum intuentur; hominis, quibus proximum cernunt; leonis, quibus mundum; bovis, quibus seipsum inspiciunt. Aquilinis, id est, purissimis, fidæque illuminatissimis opus est, ut solem fulgentissimum, id est, Deum contemplari possimus: humanis oculis, id est, humanitatis, & misericordiæ, plenis proximus aspiciendus: leonis, hoc est, atrocibus mundus despiciendus: bovinis homo seipsum aspiciat; nimirum ut bovis instar, in terram, corpus suum, crucis aratrum immittat, sulcos altos in cor ducat, se perfrutetur frequentè, & roget: tu quis es? Barradius t. 2. l. 2. c. 13. D. 3. adv. Jo. 1. 19.

Vade in domum tuam. Math. 9. 6. Quid hoc aliud est dicere, quàm, habita tecum, teque ipsum cognosce: sunt enim plurimi, qui à semet longè peregrinantur; & nullibi rarius, quàm in domo propria moram faciunt. Jo. Gerson serm. de 4. domib.

Simile est regnum calorum thesauro abscondito in agro. Math. 13. 44. Est cognitio sui margarita quædam pretiosissima, atque thesaurus desiderabilis, in cordis agro absconditus; ad quem non nisi cum maximo pervenitur labore. S. Laur. Just. lib. de casto connub. c. 17.

M m 2 Tu

Tu quis es? Jo. 1. 19. Breve thema, sed magnum pelagus. Utinam scires, utinam intelligeres, tu quis es?

Plus tibi prodesset, quam scire omnes scientias Mundi, & omnes bibliothecas. Quid enim tibi prodest scire motus cœlorum, & influentias astrorum, virtutes herbarum, proprietates animalium, & ut totam naturam scias? & nescire te ipsum. Ecce curam habes de domo, de hereditate, de negotio, de familia; de mola, quam habes, in stabulo; & te ipsum solum negligis? Omnibus tuis das partem aliquam diei, & curam; tibi nullam. Te ipsum tam vilem aestimas, & sic parvi pendis, ut non digneris de te curam habere! O anima misera! quid extra te vagaris effusa, & diffusa per Mundum, à te alienata, & exul? S. Thom. Vill. serm. D. 3. Advent. De Joanne, Levitæ, ac Sacerdotes, quaerunt: *tu quis es? Elias es tu? &c.* nihil autem de se fatigant quaerere. Angelum rogamus, tu quis es? cœlum, solem, lunam &c. tu quis es? animantia, plantas, herbas, morbos, rogamus, quidnam sint? nos autem ipsos non rogamus, tu quis es? S. Bern. ep. 193. de Abailardi inutilibus quaestionibus: Abailardus nihil nescit omnium, quæ in terra sunt, præter seipsum. Elcob. t. 1. Chr. Perfec. l. 1. sect. 1. obs. 4. v. 19. Quot quaestiones hi Sacerdotes, & Levitæ excitarunt? de Joanne omnes, de se nullam. Superârunt illos turbæ, quæ Luc. 3. 10. eundem Baptistam de se interrogant: *quid faciemus?* & militum, cum Joannes diceret: *medicus vestrum stetit &c.* Quærendum erat, quid faciemus, ut illum repeniamus? Nos similiter multa quaerimus, sed omnia de aliis rebus; de nobis pauca, aut nihil. Angelum rogamus, tu quis es? cœlum, solem, lunam, elementa, philosophiam rogamus, motum, tempus, locum; tu quis es? &c. nos autem ipsos non rogamus, tu quis es? Elcob. t. 2. Perfec. Chr. l. 1. Sect. 1. obs. 4.

Tu quis es. Jo. 1. 19. Quisque crebrò se interroget, *tu quis es?* obeundo singula prædicamenta I. Substantiæ. Tu, quoad substantiam, quis es? audiat conscientiam sibi respondentem: Dei Creatoris mei nomen est, *ego sum, qui sum;* sive, *qui est.* Ex. 3. 14. Ergo meum, qui creatura sum, nomen est: ego sum, qui non sum; quia ex me nihil sum, sed ex meo nihilo ductus sum à Deo. II. Quantitatis: quis? id est, quantus es tu? quatuor cubitorum: extende brachia, & mensuratus es. Si spectes discretam quantitatem, id est, numerum; ego inter hominum miliones sum unus, exiguus, & pusillus. III. Qualitatis: qualis es tu? corpore sum infirmus, miser, ærummosus; animâ rationalis, similis angelis; sed appetitu sensitivò, asinis, & bestiis. IV. Relationis? id est, cujus filius es tu? sum filius Adæ, primi peccatoris; ideòque peccator natus sum in peccatis; moriar in peccatis, nisi Christi gratia ex iis me eripiat, sanctificet, & salvet. Interroga sapientissimum Salomonem: quis es tu? respondet Sap. 7. 1. *Sum quidam & ego mortalis homo &c.* V. Actionis: tu quis es? quid agis? quid exerces? exerceo artem fabrilem &c. ago prætorem, advocatum &c. A-

ge, stude, labora æternitati. VI. Passionis: quis es tu? quid pateris? patior in corpore famem, sitim, frigus, morbos &c. in anima longè majora: dolores, angores, scrupulos, timores, iras &c. VII. Ubi es tu? sum in terra; situs inter cœlum, & infernum: ut, si sanctè vivam, in cœlum transferar; si impiè in infernum. VIII. Quando es tu? quando natus? quamdiu vixisti? quando morieris? heri natus, hodie vivo, cras moriar. IX. & X. Situs, & habitus: quem habes situm? quem habitum? Nunc sto, nunc sedeo, nunc jaceo. Habitum, & vestem, gero Christiani, Sacerdotis, Episcopi, Religiosi. Vide, ut tuò habitu, & statu, condignè vivas. Corn. hic.

Plena sunt oculis antè, & retrò. Apoc. 4. 8. Prodest ad salutem notitia nostri principii, & finis. Sylv. hic.

Ex Patribus.

Scientiam terrestrium, cœlestiumque rerum, magni aestimare solet genus humanum; in quo profectò meliores sunt, qui huic scientiæ præponunt nôsse semetipsos: laudabiliorque est animus, cui nota est, vel infirmitas sua; quam qui, eâ non respectâ, vias siderum scrutatur; etiam cogniturus, aut qui jam cognitas tenet, ignorans ipse, quâ ingrediaur ad salutem, ac firmitatem suam. S. August. de Trinitat. l. 4. Proemio.

Quantum quotidie in tui cognitione proficis, tantum ad altiora semper tendis. Magna altitudo scientiæ, seipsum perfectè cognovisse. Mons magnus, & altus, plena cognitio rationalis spiritus. Rich. à S. Vict. lib. Benjam. minor. cap. 75. Vis videre Christum transfiguratum? ascende in montem istum, disce cognoscere te ipsum. Id. ib. c. 78.

Cum me putavero ad calcem pervenisse virtutis; tunc habeo principium: principium enim Sapientiæ timor Domini; qui expellitur, atque destruitur charitate. Hæc hominibus sola perfectio, si imperfectos esse se noverint. S. Hier. ep. 67. adversus Pelag. & Ctesiph.

Quantum quotidie in tui cognitione proficis, tantum ad altiora semper tendis - magna altitudo scientiæ, seipsum perfectè cognovisse. Mons magnus, & altus, plena cognitio rationalis spiritus. S. Hier. ep. 75.

Initium salutis est, sua intelligere, & flere peccata. S. Hier. l. 6. in Is. c. 15.

Primum est in hac consideratione; ut redeas ad te ipsum, intres ad cor tuum, discas aestimare spiritum tuum. Discute, quid sis? quid fueris? quid esse debueris? quid esse possis? Quid fueris per naturam; quid modò sis per culpam; quid esse debueris per industriam; quid adhuc esse possis per gratiam. Rich. à S. Vict. de Arca myll. l. 3. c. 3.

Ex hoc exercitio cognitionis sui, cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatatur. Nihil rectè aestimat, qui seipsum ignorat. Nescit, quòd sub pedibus ejus omnis mundana gloria jaceat, qui conditionis suæ dignitatem non pensat. Nescit omninò, nescit, quid

quid de spiritu angelico, quid de spiritu divino, sentire debeat, qui spiritum suum prius non cogitat. Id. ib. c. 6.

Cogita animos perfectorum, nec non perverforum; & animos spirituum bonorum, & spirituum malignorum; ut ex contrariorum consideratione elucescat, quid imitari, quid vitare te, expediat. Attende, quid scias; attende, quantum nescias. Agnosce, quantum emineas per ingenium spiritibus brutis. Agnosce, quantum subiaceas per intellectum spiritibus angelicis. Si attendas, quantum procedas sensu spiritum brutum, cantabis precordialiter: *benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum*. Si cogites intelligentiam angelicam, clamabis profecto: *Deus! tu sis insipientiam meam*. Id. ibid. cap. 6.

Fecerunt civitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui, usque ad contemptum Dei; coelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui. S. August. de Civ. DEI l. 14. cap. 28.

Quis sis naturâ quoad corpus, interroga mortuos, & dicent tibi: vade ad sepulchra, & cœmeteria; & aperte videbis: non opus est aliâ scholâ. S. Thom. Vill. D. 3. adv.

§. IV.

Ignorantia sui noxia.

O mne, quod vocavit Adam anime viventis, ipsum est nomen ejus. Gen. 2. 19. Si Adam omnibus animalibus nomina imposuit, cur non & sibi? Philo Hebr. l. 1. allegor. nē in re propria erraret. Nam mens, quæ inest unicuique nostrum, cætera potest comprehendere, seipsam nosse non potest: quemadmodum enim oculus alia videt, seipsum non videns; sic & mens intelligit alia, seipsam non comprehendit. Mendoza in 1. Reg. c. 3. v. 9.

Signoras te, ô pulcherrima &c. Cant. 1. 7. Idēd quæris me absentem, & dicis, *ubi pascas &c.* id est, quia ignoras te. Site cognosceres, quæres me in teipsâ. S. Thom. hic. Per cognitionem sui cessat omnis querela contra Deum de malis, quæ patimur. Precatio enim sponse involvit querimoniam de absentia sponsi, ob quam in tot miserias est prolapsa. Cui respondet sponsus: *si ignoras te &c.* q. d. si te cognosceres, non quæreris. *Ahi post vestigia gregum*; discite obedientiam, subjectionem, & sufferentiam, à gregibus irrationabilibus. Sicut oves percutienti pastori non contradicunt, ab illo se duci sinunt, quò vult; ita tu te committe meæ providentiæ. de Ponte hic.

Quomodo, tu Judeus cum sis bibere à me possis, quæ sum mulier Samaritana. Jo. 4. 9. hęcne scelerum tuorum summum est, quòd redderis indigna Christo propinare, *sum Samaritana*. Et cur non dicis, *sum sex virorum pellex, & charybdis pudoris*? Planè vel nostra non novimus vulnera; vel, si novimus ea, minùs nobis putent, quæ maximè foetent; aut, si foetent, non putidiora manifestamus, sed honestiora. Oliv. l. 10. Strom. hic.

Cæcus. Apoc. 3. 17. quia se ipsum non videbat, & alium se judicabat, quam erat. Sylv. hic.

Collyriò inunge oculos tuos. Apoc. 3. 18. Ad literam, collyrium cognitio sui ipsius: nam hic Episcopus ignorabat se, dicebat se esse divitem &c. Sylv. hic.

Hęc pravitas est causa, ignorantia sui: quam si quis cognitâ veritate discusserit; sciet, quò referenda, & quemadmodum sibi vita degenda sit. Lactant. Tirmian. l. 1. de falsa Relig.

Qui seipsum non considerat, & solùm attendit res proximi, illasque taxare vult, certum, quòd superbiâ capitur, & obliviscitur sui. Theophyl. in Luc. 6. 36.

Semper ad malum proclives sunt mali; voluntatis appetitus propria ducuntur, & tanquam jumenta indomita per vitiorum præcipita colliduntur. -- Et grande malum hoc unde? utique ex tumore animi ex ignorantia sui, ex veri nescientia. S. Laur. Inst. serm. in Purific. B. V.

Sui ignoratio omnia invexit mala, rerumq; omnium confusionem hanc, quæ in Mundo est. Isid. Clarius l. 1. or. 60.

Hęc videtur causa fuisse, quòd Dominus nullum stultum curavit: quia stulti seipsos non agnoscunt mente captos esse; sed potius judicant, se esse sapientissimos. David Ps. 50. 5. veniam petens ait: *quoniam iniquitatem meam ego cognosco*. Stella in Luc. 18.

§. V.

Via, & media, cognitionem sui consequendi.

Ostendam tibi, tanquam in speculo, quis, & qualis sis. Non vidisti in loco publico, sepeliendis hominibus destinato, naturæ nostræ mysteria? non vidisti ostium, aliis super alia temerè abjectis, congeriem? calvarias carnibus nudatas, terribilem quandam, ac deformem, aspectum exhaustis oculis præbentes? si illa vidisti teipsum in illis spectasti. S. Greg. Niss. or. 1. de beatudinibus.

Sole ortò asuaverunt. Math. 13. 6. Per solem orientem intellige tentationes; eò quòd tentatio ostendat homines; & declaret, quales sint: sicut sol manifestat abscondita. Theophyl. hic.

Fecit lutum ex spuato. Jo. 9. 6. Ex luto Dominus cæco illuminando medicinam confecit, ut edoceat visu donari eum, cæcitate pulsâ, qui diligit pulveres rei terrenæ, quam diligit. Escob. t. 1. mir. Chr. l. 3. Obs. 10.

Inventa est ars, lacte in charta candida scribendi literas; ut legi possint, cineres asperguntur. Cognitio sui pro cinere. Speculum. Lem. Incerto authore.

Aqua in vitro vase, sole absente, limpida videtur; sed mox, ut sol suis radiis vas ferit, turbida, & atomis plena apparet. Ex vita S. Theresæ, lum. & dogm. spirit.

Tandiu quis peccata sua, quæ nôsse aut deflere, debet, ignorat, quamdiu curiosè aliena considerat. S. Prosper. l. 1. c. 6.

Dico tibi : nulla pejor ignorantia, quàm tui.

Si ignoravero Logicam Philosophiam, & omnes artes liberales mechanicas ; & omnia Jura, Leges, & Medicinam ; salvari potero : sed si te ignores, non salvaberis. S. Thom. Vill. D. 3. adv.

TITULUS XIX. COLORES.

Candidus. Funebri apud Japones color albus ; niger festus, & hilaris. Bartoli vita S. Xav. l. 3 n. 20.

Ruber. *Viri exercitus in coccineis.* Nazhum. 2. 3. q. d. Milites Chaldaeorum erunt nobiles ; ideoque vestientur chlamydis coccineis : coccus enim erat nobilissimus, imò regum vestis ; uti dixi Thren. 45. De Cyri exercitu Xenophon l. 6 universus exercitus ære fulgurabat, Puniceoque florebat ornatu. Causam dat noster Martinus à Roa l. 1. singul. c. 2. ut scilicet sanguis, si quis ex vulnere esset impressus, absorberetur à cocco, tum illi confidentius, & sine pavore, pugnarent. Hoc verius in sanguine Christi, qui nostra est purpura, & coccinea vestis, ait S. Ambros. in Ps. 118. Addit secundam : scilicet Gentiles credidisse : quòd coccinea vestis totos præstaret in præliis, & periculis. Unde & olim pueri Christiani funiculus coccineus è collo suspendebatur, ad averrendum falcinum, & quævis discrimina ; uti recenset, & redarguit S. Chrysost. hom. 12. in c. 4. ep. 1. Corinth. Ægyptii quoque quotannis omnes arbores, pecora, & multa alia rubricâ illinebant, adversus incendium, teste Epiph. har. 18. Tertiam dat l. 4. c. 7. quòd coccineus color, sive purpureus, ad ignem accedit, ignisque animi sit index, & stimulus. Corn. hic.

Induit me vestimentis salutis. If. 61. 10. Teste Alex. ab Alex. l. 1. c. 20. mos erat Afris, Cauris, Numidis, & Masagetis, in bellum pro-

fecturis, Puniceas ferre vestes : ut sic vulnera, & sanguinem effusum, non internoscerent, audaciisque dimicarent. Tu quoque Puniceam induere vestem, de sanguine Christi, sub qua non internoscas vulnera, & difficultates obventuras. Jonghen Exh. 20.

Unus illi rubor placebat, quem giguit candor ; unus candor, quem parit abstinentia. S. Greg. Naz. or. 25. in laudem fororis suæ Gorgoniæ.

Caruleus. Utitur Romana Ecclesia violaceo colore in quatuor temporibus Septembris ; & in Vigiliis Sanctorum, in quibus est jejunium, quando Missa est de Vigilia ; & in Diebus Rogationum &c. Cum enim jejunamus, carnem nostram crucifigentes maceramus ; ut sic facta livida Christi livoribus conformetur. Durand. rational. div. offic. In Mogor color caruleus lugentium est. Janic. rerum Indic. tom. 3. c. 11.

Flavus. Color regis cæterisque interdicitur, flavus est ; è quo vestis ejus contexta variis ex aureo filio draconibus. Ipsa tecta flavum colorem, & dracones spectandos exhibent. Si quis eum colorem, aut dracones, in propriis usus adhiberet, perduellis haberetur. Nicol. Trigautius de Christiana expedit. apud Sinaf.

Niger. Indi, utpote naturâ nigri, suum cæteris anteponunt colorem ; ideoque Deos atros arbitrantur. S. Xav. ep. 5. Societ. Romanæ lib. 1.

TITULUS XX. COLUMBA.

Emisit quoque columbam. Gen. 8. 8. Spiritum Sanctum in sua maximè persona illa columba significavit, quam de arca Noe emisit. S. Rupert. hic.

Qua cum non invenisset, abi requiescit pes ejus, reversa est ad eum in arcam. Gen. 8. 9. S. Chrysost. hom. 26. hic querit : quomodo non inveniret requiem, siquidem teste Scripturâ, cacumina montium fuerunt visa ? & respondet : quia cacumina adhuc limò erant plena.

Cum Cardinales, & Episcopi, de S. Fabiano P. M. eligendo agerent, nemine de Fabiano cogitante, columba capiti ejus desuper volans insedit ; inde populus Pontificem summum clamat. Boll. 20. Jan.

S. Ephrem vidit humeris S. Basilii concionantis columbam insidentem, & dicenda fuggerentem. Boll. 1. Febr.

Anima S. Aventini Ep. à morte ejus in specie columbæ candidæ ab ejus ore visa sursum evolare. Boll. 4. Febr.

S. Schosticæ fororis suæ animam post triduum mortis S. Benedictus in cella sua columbæ specie videt in cælum evolare. Boll. 10. Febr.

Post martyrium S. Eulaliæ V. M. anima specie columbæ visa cælum petere. Boll. 12. Febr.

Fames regnum Navarræ depopulabatur ; fame ingravescente ad tria millia ad Sanctum Veremundum Abbatem pro victu conveniunt. Verum non

non redierint, qui extra provinciam iussu eius cibos empturi abierant. Ille ad altare accedit peracturus Divina; & ecce, cum gemens orat pro populo, columba candida cœlo de-

lapsa super singulorum capita volitabat; moxque sublime petens disparuit. Tantum quisque inde refectus, velut exquisitis epulis passus esset. Boll. 8. Martii.

TITULUS XXI. COMPASSIO.

§. I.

Passus compatitur.

Ex Veteri.

Currit in occursum eorum. Gen. 18. 2. Unde illi tanta festinatio? S. Chrysol. s. 121. peregrinus ipse jugiter laboravit, nè peregrinus peregrinum se esse sentiret; sub tentorio manens ipse sine tectò advenam manere non est passus; & hospitem hospes ipse temper suscepit. Sylv. in Luc. 16. q. 14.

Cur tristior est hodie solis facies vestra? Gen. 40. 7. Ad captivorum merorem solandum nullus aptior medicus Josephò: quis enim vincitorum afflictiones melius agnosceret, quam qui simul vincens est? Alvarez Joseph Illustr. hic Illust. 134.

Ego proprie servus tuus sum. Gen. 44. 32. Non amat patientem, qui simul non patitur. Deprehensò Benjaminò in scyphi furto, vestes in lignum doloris lacerant fratres. *At illi scissis vestibus* v. 13. apud Proregem antè de explorationis crimine redarguti didicerunt compati indigna ferenti. S. Chryl. hom. 64. in Gen. vide, quomodo calamitates mentem eo. um fecerunt ad misericordiam promptiorem, & eos mansuetiores. Alvarez. Joseph. Ill. hic Ill. 239.

Sum si fisciellam scirpeam. & exposuisti eam me veltor & a fluminis. Ex. 2. 3. Providentià Dei ordinabatur Moyses ad populos ex captivitate, & multis periculis, eruendos: ut ipse prius à periculis eruat; quò promptius aliis exhibeat, quod ipse tam misericorditer ex Dei benignitate redeperat. Sylv. in Actor. 7. 21.

Surg. & transi Jordanem istum. Jos. 1. 2. tu enim sorte divides populo huic terram, pro qua juravi Patribus suis. v. 6. Ut populum in terram lacte, & melle manantem inducat, Jordanem trajicere monetur. Quid autem sit Jordanem trajicere, audi ex Hugone: *transi Jordanem istum*, id est, bibe de torrente Passionis. Nascitur à doloribus affectio erga alios suavissima. Naxera hic §. 25.

Noxi, quid locutus sit Dominus ad Moysen &c. Jos. 14. 6. 7. Caleb præmium, tot peregrinationibus, & laboribus exactis, promissum exigit; utque citius impetret, Josue in memoriam revocat eosdem secum toleratos: *noxi, quid locutus &c.* Et ecce Josue mox annuit: benedixit ei, & tradidit ei Hebron in possessionem. Ut qui apprimè noverat, quam ardua in illa exploratione perpeffus Caleb, ab alio inexperto similia votis fortan frustraretur, aut in ævum protraheretur. Afflictorum lacrymas vel aspice-

re dedignabitur, cui semper blanda fortuna fuit. Patientiam misericordiæ matrem vocat Tertullianus lib. de pat. c. 3. passus scit compati. Ferrea viscera in voluptatum officina conflantur. Naxera hic §. 13.

David verò, cum factus esset rex durum jugum imposuit. 3. Reg. 12. 4. S. Odo Abb. Cluniac: lib. 2. collat.

A Saule David insectabatur, & super contritionem eorum, qui amarò erant animò, compatiebatur; quæ commiseratio Roboamum in deliciis natum non capiebat. Sylv. in Luc. 2. l. 2. de Infantia Christi. q. 2.

Va pastoribus Israel, qui pascebant semet ipsos: sed cum austeritate ingerebatis eis. Ezech. 34. 24. Væ pastoribus; sed & ovibus væ! quando a nimis indulgentibus sibi reguntur. Quàm austerus ovibus, qui lacte suavitate ablatatus; quàm rigidus, qui profosis indutus: nudum, famelicum, ægrum, subditum, aspiciet; non tamen panem, vestem, aut medicinam, exhibebit. Naxera in Jos. 1. §. 25.

Ex Novo.

De Christo Domino.

Domine! puer meus jacet in domo paralyticus. Matth. 8. 6. Hugo Card. meus, inquit: ecce compassio. ! quasi dicat: morbus est meus.

Esurivi, & dedistis mihi manducare. Matth. 25. 35. S. Chrysol. dixisse suffecerat: dedistis mihi manducare, dedistis mihi bibere; sed præmisi: *esurivi, & sitivi*: quia parvus fuisset amor pauperis, quòd pauperem suscepisset; nisi & passiones pauperis suscepisset. Verus amor est, fecisse suas angustias angustias. Salvianus lib. 4. ad Eccles. ego plus addo aliquid: Christum non solum egere cum cæteris, sed plus multò egere, quàm cæteros. In omni enim pauperum numero non est univerforum una paupertas. Christus tantummodò totus est, cui nihil est, quod in omni humano genere non desit: omnis enim egestuosus pro se tantum, & in se, eget; solus tantummodò Christus est, qui in omnium pauperum universitate mendicat. Escob. t. 3. Colloq. Chr. l. 11. Obs. 3.

Ut describeretur universus orbis. Luc. 2. 1. Cur Christus, qui omnium Dominus nascebatur, tam festinat servitutem profiteri? Cùm esset omnium rex, disposuit in primo ingressu jugum subiecti, & onus inferioris, portare: ut per experientiam haberet, omnium mi-

miseris condolere, & compati. Sylv. in Luc. 2. l. 2. q. 2.

Imponit in humeros suos. Luc. 15. 5. Cur humeri ovis requies? quia illos flagris, & cruci subiecit. Ea membra, quæ dolores tolerant, alienæ fuerant fatigationis levamenta. Ibi ovi requies, ubi crux pastoris: qui sibi rigidus, vel cruci humanus. Naxera in Jos. 1. §. 25.

Pater Abraham! - mitte Lazarum. Luc. 16. 24. Cur, cum in sinte Abraham multi essent Patres, dives non alium petit refrigeratorem, nisi Lazarum? S. Greg. mor. l. 19. c. 12. potius pauperem advocat, cujus viscera misericordiæ plena sunt ex miseris perpeffis, quam alium. Non petit Isaac, Jacob, vel alium; quia illi fuerant divites. Sylv. hic.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 43. Christus D. ad preces B. V. *vinum non habent*, moratur, miraculum differt; *nondum venit hora mea.* At latronis petitis mox annuit: *hodie mecum eris in paradiso.* Christi dolor alieno dolori acceleravit remedium; propriis cruciatibus pietas nutritur. Sylv. Addit. in Luc. 23.

Unde ememus panes? Jo. 6. 5. Cur non Apostoli pietate commoventur super hanc multitudinem, ut eis cibos quarant; sed solum Christus compatitur. Matth. 4. 2. *iam jejunasset 40. diebus & noctibus, postea esurii.* Tantam famem Apostoli nondum experti. Sylv. in Marci 6. q. 6.

Scio tribulationem tuam. Apoc. 2. 9. Rupertus: quod nunc dicit scio, eodem pondere debet intelligi, quò propheta de illo dixerat Is. 53. 3. *vidimus eum virum dolorum, & scientem infirmitatem;* id est, experimentum infirmitatis habentem. Itaque & hic scio infirmitatem tuam; id est tribulationis, quam patris, experimentum habeo; & paupertatem, quam sustines, in memet ipso expertus sum. Pro magno solatio tibi sit, quòd tribulationem, & paupertatem, sustines pro me, qui pro te hæc sustinui. Sylv. hic.

De aliis ex eodem.

Ambulans JESUS juxta mare Galilee &c. Matth. 4. 18. Quare juxta mare Dominus Apostolos vocat? Euseb. Gall. hom. de S. Andrea: ecce primos discipulos Dominus de mari vocat: quoniam multos alios per eos de hujus Mundi fluctuosa amaritudine ad fidem disponebat; ut; quia de mari à Domino vocantur, ipsi quòque periclitantium animas de Mundi hujus naufragio, & de vitiorum insurgentibus procellis, liberare discant. Sylveira hic quaest. 9.

Serve nequam. Matth. 18. 32. Servus graviter offendit patremfamilias, quòd, expertus angustias debitorum, confervi debitoris miserus non sit. Drexelius Gymn. pat. p. 2. c. 2. §. 2.

Neceavit coram omnibus. Matth. 26. 70. Considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ Ecclesiæ præficere disposue-

rat, ancillæ vocem pertimecere, & seipsum negare, permittit? Quòd nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus: ut is, qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa discedet, qualiter aliis misereri deberet. S. Greg. hom. 21. hic in Evang.

Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines: eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes. Tit. 3. 2. 3. Primasius. quia nos tales fuimus, debemus eorum insipientiam ferre patienter. Did. Niss. vitæ Abraham l. 2. c. 7.

Vocem, quam audivi, sicut citharadorum citharizantium in citharis suis. Apoc. 14. 2. Notandum quòd in cithara chordæ audientes quidem delectant, sed ipsæ in extensione sua quodammodo laborant. Sic denique hi audientes suos delectaverunt, sed ipsi apud semetipsos laboraverunt, & plerumque fatigati sunt. Rupertus l. 9. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Medicus, qui non fert infirmitates, curare necit; & qui non fuerit cum infirme infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. S. Chrysol. l. 50.

Experimentò propriò nostra didicerunt incommoda; ex quo singularem erga nos gerunt compassionis affectum. S. Laur. Just. in fusto OO. Sanctior.

Cum sit ars omnibus communis, illam omnes laudare debent; nè seipsos, illam vituperando, depriment. Maxime qui passi interdum fuerint aliquam infirmitatem; si postmodum convalescant, infinita consilia dant. Castaneus catal. gloriæ Mundi p. 11. confid. 48. de arte medica. Ex propriis miseris dicit aliis compati. Did. Niss. vitæ Abr. l. 2. c. 7.

Tu turbaris, quia domum congruam Romæ tibi invenire non potuisti. Scias igitur, quòd hoc ego permisi ad utilitatem tuam: ut per experientiam probares dolores illos, quos pauperes peregrini sentiunt, ut scias iis compati. ex Revel. S. Brigit. c. 107. v. 1.

§. II.

Motiva aliis compatiendi.

Domine exaudi orationem meam. Pl. 101. 2. Scilicet eam, quam prius allegator pro totius Mundi liberatione fundebat. Sanctorum enim consuetudo est, sic dolere calamitates alienas ut proprias. Sicut Apostolus ait. 2. Cor. 11. 29. *quis infirmatur? & ego non infirmor?* Cassiodorus hic.

Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 2. 35. Quando ex corde afflictis compatere, quasi vulnus doloris in anima recipis, & gladiò illo transverberaris. Unde de B. V. dicitur: *tuam ipsius &c.* S. Bonav. serm. 3. Diffract. Nativ.

Lacrymis capit rigare pedes ejus. Luc. 7. 38. S. Greg. hom. 33. in Evang. lacrymis mulier

mulier pedes ejus rigat. quod nos quoque veraciter agimus; si quibuslibet ultimis membris Domini per compassionis affectum inclinamur; si sanctis ejus in tribulatione compatimur; si eorum tristitiam nostram putamus. Capillis pedes Domini tergemus, quando sanctis ejus, quibus ex charitate compatimur, etiam ex his, quae nobis superfluum, miseremur. Pinna in Eccl. Ethol. 218.

Lacrymatus est Jesus. Jo. 11. 35. Disce à Christo D. terrenam miserationem in aliorum miseris; ut eas sentias paternò affectu efficaci, quasi tuae forent. Hæc dos primaria præsidis, suos reputare dolores suorum subditorum: fleant, illis lacrymantibus, sicut Christus: ut vidit eam plorantem, lacrymatus est. Oliva 6. 3. conc. 19.

Ordo consolationis est; ut, cum volumus afflictum aliquem à mœrore suspendere, studeamus prius mœrore ejus lætui concordare. S. Greg. mor. 1. 3. c. 10.

Tunc plena est cordis nostri compassio cum malum inopiæ pro proximo suscipere non metuimus, ut illum à passione liberemus. Quam videlicet pietatis formam Mediator nobis Dei, & hominum dedit: qui, cum posset etiam nobis non moriendo concurrere, subvenire tamen moriendo hominibus voluit: quia nos videlicet minus

amâisset, nisi & vulnera nostra susciperet: nec vim nobis suæ dilectionis ostenderet; nisi hoc, quod à nobis tolleretur, ad tempus ipse sustineret. S. Greg. mor. 1. 20. c. 26.

Melior, & major, est in conspectu Dei elemosyna de bursa cordis, quam de bursa coti sine compassione cordis. S. Vinc. Ferr. f. 2. D. 2. post Pascha.

Corporis membrum, quod dolores non sentit aliorum membrorum; aut est paralyticum, aut putidum, aut omnino à corpore separatum. Impossibile enim est, esse in corpore, & dolores corporis non sentire. Sed quantum corpus spirituale est carnali nobilius, tanto ejus membra uniantur districtius. Tu ergo, qui dolores non percipis proximorum, scias certissime, nec putes esse ambiguum, te esse membrum paralyticum, vel divinum. Nullum verius argumentum ad te ipsum judicandum, si sis, vel non sis, Dei membrum. S. Bonav. serm. 4. de adventu.

Non est membrum Christi, qui non compatitur membris Christi; & qui eis manum non aperit, si habet, unde possit. Plangent, plangent corda Fidelium divina pietate concussa; quando major pietas invenitur in bestia, quam in rationali creatura. S. Bonav. serm. 31. D. 1. post octav. Epiph.

TITULUS XXII.

C O N C I O .

§. I.

Symbola.

Conerescat, ut pluvia, doctrina mea &c. Deut. 32. 2. Quaedam prædicatio est, quasi imber hyemalis; cum peccatores minis terrentur, ut convertantur. Alia est, inquit vernæ pluvie, suavitas, & placida; cum exhortatur homines, vel ad poenitentiam, vel ad majores in virtute progressus, spe regni cœlestis; vel ex gratitudine propter accepta beneficia &c. de Ponte in Cant. 2. q. d. Utinam doctrina mea non sit casta in vobis, sed fructum afferat, ut pluvia in agro herbas fecundat. Cornel. hic.

Sapientia foris prædicat. Prov. 1. 20. *Pro prædicat.* Hebr. est, *jubilat.* Sept. *hymnizat;* id est, canit, & laudat. Vel passivè hymnizatur, canitur, laudatur. Sept. pro *foris* habent, *in exitibus.* hinc Salvianus l. 4. ad Eccl. Cathol. sapientia in exitu canitur. Cur eam non dixit cani in præsentia, non in juventute, non in statu rerum incolumium, non in prosperitatibus secundorum? quia in his omnibus, quicquid laudatur, incertum est: quamdiu enim quis subiacet mutationi, non potest cum securitate laudari. Quid est, quæso, Sapientia Christiani? nisi timor, & amor Christi. Cornelius hic.

Imber abiit. Cant. 2. 11. Per hunc Patres prædicationem intelligunt; de qua Moyses: *conerescat ut pluvia &c.* de Ponte hic.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Mittentes rete in mare. Matth. 4. 18. Prædicare idem est, quod piscari; sermo est rete, quò corda audientium trahuntur. S. Vinc. Ferr. serm. de S. Andrea.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Granum sinapis prædicatio est, & Apostoli: pauci enim videntur hi; & totum orbem occupaverunt. Theophyl. hic.

Exiit qui seminas seminare semen suum. Luc. 8. 5. Prædicare, est seminare triticum de grano Novi Testamenti; vel horreum de Veteris. S. Vinc. Ferr. f. 4. Sexag.

S. Chrysost. t. 6. hom. de Anna, seu quid sit festum, vocat concionem suam convivium: pari alacritate hodie quoque convivium vobis exhibebo.

Sanè ego videns inexplebilem vestram spiritualium doctrinarum aviditatem, etiam satis conciscus magnæ meæ tenuitatis; non intermitto quotidie apparere ex Divinis Scripturis convivium. S. Chryl. hom. 28. in Gen.

§. II.

Quæ conciones, & quorum effi-
caces?

Viri fratres, & Patres. Act. 7. 2. Prudens exordium. Optimum concionis ad populum, irâ exæstantem, principium. - At ubi vidit obfirmatam malitiam, - artificium omne, quod blandè animos demulcere, conciliareque posset, omittens, nullis verborum ambagibus,

Na

aperte

apertè vocavit eos *durâ cervicè &c.* S. Asterius Laudatione S. Stephani.

Da mihi navim vacuum, gubernatorem, nautas, funes, anchoras, omnia disposita; & nusquam esse spiritum venti: nonne cessat omnis qualiscunque apparatus, si desit operatio spiritus? Itâ fieri solet, licet sit ampla sermonis suppellex, & mens profunda, & intelligentia, & eloquentia; si non adsit Spiritus Sanctus, qui vim suppeditat, otiosa sunt omnia. S. Chrysostomus hom. de Spiritu Sancto adorando.

Quercus est fornicatio, glandes ferens, irrationabilium animalium escam, multo tempore tuâ in mente radicata. In arborum circuitu tuam dejecit conscientiam sermo meus. Meus sermo securis est; unô audisti die: quomodo unâ die cadat, quæ tantò tempore radices immisit? S. Chrylost. hom. 3. de pœnit.

Si quis acediosus invenitur inter nos, nolo, diutius ut fatigentur aures ejus sermone nostro contemptibili.

Transseat usque Bethlehem, & illud, in quod desiderant Angeli prospicere, prospiciat ibi Verbum Dei, quod Dominus ostendit nobis. Guar. ric. serm. 7. de Nativ.

Quotidie cernimus, simplices sermone, propter Spiritus assitentiam, spirituales viros utiliter

hominum corda ferire; alios verò ornatò eloquiò in ventum verba perflare: ut non coram Deo glorietur omnis orator. S. Thom. Vill. ser. 4. post. D. 1. Quad.

Quandòque magis expugnatur diabolus virtute orationum sedentis in claustrò, quàm virtute prædicationis loquentis in publico. Unde in vita B. Hilarii legitur: plus perficiebat S. Martinus orando, quàm Hilarius prædicando. Hugo Card. in Jos. c. 22.

S. Antonius Pad. ex longa meditatione, & oratione, premens conciones, loquebatur, non ut homo, sed ut angelus. In Quadagesima concionans ita Patavinos commovit ad plañctum, & pœnitentiam; ut turmatim per plateas se cadentes incederent, inelamantes misericordia! misericordia! Corn. in Jer. Thr. præfat.

P. Ignatius Martínez S. J. vir magnæ doctrinæ, & majoris sanctitatis, Paduam veniens, linguamq; S. Antonii visitans, & exosculans, ita immutatus est, ut spiritum, & linguam, Sancti induisse videretur. Rediens enim in Lusitaniam, depositò veteri Rhetorum more, cepit concionari Apostolicè, tantò spiritu, & fructu; ut totam Lusitaniam converterit: quæ etiamnum ejus quasi Apostolici viri, memoriam veneratur, & celebrat. Cornelius ib.

TITULUS XXIII. CONCIONATOR.

§. I.

Figuræ, Symbola, similitudines ordine Alphabeti.

A.

A *Damas. Ut adamantem, & ut sili-*

cem, acidi faciem tuam. Ezech. 3. 9. Sed cur his comparatur Propheta, cum ad populos prædicaturus mittitur? adamas candidus, pulcher, & pretiosus est; silex deformis, niger, ac vilis. Talis suis auditoribus futurus erat, qui eum benignè aspicerent, & diligerent; velut adamas ipsis videbatur. Qui eum contemnerent, & odio haberent, velut silex incompositus erat. Sylv. in Matth. 3. capite 3. q. 1. Adamas attrahit ferrum; ecce zelus, qui attrahit peccatores. Silex ictus sustinet, neque reclamatione: ecce patientia; quæ verba sustinet, neque remurmurat. Hugo Card. in 2. Reg. 23.

Agricola. Unusquisque Doctorum pro eo, quod prædicat, docet, & instruit Auditores: agrum Ecclesiæ illius, quam docet, id est, credentium corda, videtur excolere. Orig. hom. 11. in Num.

Nemo mittens manum ad aratrum &c. Luc. 9. 62. Apparet, hunc fuisse de numero Discipulorum; alioquin non assimilaretur ei, qui applicuit manum suam ad aratrum. Aspiciere retro, est, mentem, affectumque habere ad impertinentia, & contraria evangelizandi statui, & officio; qualia sunt mundana negotia. *Aptus*

est regno Dei. Subaudi, evangelizando: ad hoc enim Discipuli eligebantur ad sequelam Christi. Cajetan. hic. Aratrum lingua est Prædicatoris, arans terram conscientiarum, ut faciat fructum &c. S. Vinc. Ferr. f. 3. Dom. Sexag.

Ancilla Sapientie. *Misit ancillas suas.* Prov. 9. 3. Sept. *misit servos suos.* Per ancillas accipe Prædicatores, Doctores, Prophetas, & Apostolos. Addit Hugo: hos vocari ancillas ob vilitatem, & humilitatem; & quia tractabiles erant ad infirmitatem proximi sublevandam. Sic enim ancillæ ad infirma, & durissima quæque se demiserunt, ut heræ suæ obsequantur. Corn. hic.

Angelus. *Angelus autem Domini descendebat &c.* Jo. 5. 4. Gilbert. f. 27 in Cant. bonus aquæ motus disputatio, & exagatio sacra pagina. Bene movetur, cum ejus discussione Conditor promovetur. Sed non est passim omnibus hæc permittenda licentia. Nec aquæ motus sanabat, nisi cum angelus descendens tempore suo movisset eam. Si a viris Angelicis divina Scriptura tractentur, in Ecclesia nullus erit tam deformis leprosus, nullus ita paralyticus, nullus tam amens; quin recipiat sanitatem. Sin viles homuli, impudentes, histriones, salubres aquas Evangelii moverint; eos adeò polluent; ut, quæ infirmis sanitati erant, sanis morbos allaturæ sint graves. Oliva t. 1. conc. 25. Piscina est pœnitentia, quâ lavamur à sordibus peccatorum; angelus

gelus autem est Doctor, qui movet aquam; dum movet ad compunctionem, vel ad lacrymarum gratiam. S. Bonav. l. 2. D. 4. Pent. Prædicandi scientia est quodammodo Angelica. Clem. Alex. l. 1. Strom. Per angelos intelliguntur homines angelorum officium habentes; qui sic aliis hominibus divina annuntiant. S. Thom. in 1. Cor. 13. lect. 1. *Qui facis angelos tuos spiritus.* Pf. 103. 4. Spirituales quique in Ecclesia spiritus appellantur, juxta illud: *qui facis ang. &c.* qui sunt angeli, cum sunt Prædicatores, & nuntii veritatis: ique sunt ignis, cum fervent spiritu; & eos, quos exhortantur, accendunt. S. Prosper hic. *Cum audieris, quod fuerit missus à Deo,* Jo. 1. 6. nihil privatum, vel humanum, dicere putes; sed divina omnia. Et idcirco etiam Angelus dicitur: Angeli enim virtus est, nihil proprium dicere. Theophyl. hic. Per Sodomam, Gen. 19. 1. significatur Mundus, per duos angelos Prædicatores; quos Dominus misit binos, & binos, propter geminam charitatem; aut propter mali destructionem, & boni ædificationem. Hugo Card. hic. Angeli Dei, id est, Nuntii sancti, in scala Jacob Gen. 28. 12. Prædicatores sunt veritatis. Rupert. c. 22. in Gen. Angeli ascendentes, & descendentes, Prædicatores sunt. V. Beda in Gen. c. 28. Jacob Patriarcha dormiens vult apertos caelos, scalam è caelo in terram, & Angelos ascendentes, & descendentes. Fiat hoc in Ecclesia. Angeli Dei, annuntiatores sunt veritatis; ascendunt, & videant: *In principio erat Verbum &c.* descendunt, & videant: *& verbum caro factum est.* Ascendant, ut erigant magnos; descendant, ut nutriant parvos: Vide ascendentem Paulum: *Sapientiam loquimur inter perfectos;* vide descendentem: *lac vobis potum dedi non escam.* S. Aug. in Pf. 44.

Apotheca. Fas tibi arcam &c. Gen. 6. 14. Tertia est Apothecaria. Hi sunt sacri verbi Prædicatores; in quibus est refectio, & unguenta animarum. Hugo Card. hic.

Architriclinus. Haurite nunc, & ferre architriclino. Jo. 2. 8. Non ait distribuite vinum convivis, sed primum *ferre architriclino,* qui præest mensæ (is, secundum aliquos, erat Sacerdos, qui nuptiis præerat) ut significaret, majores Ecclesiæ à se constitutos probatores spirituum. 2. Secundum charitatis ordinem in Ecclesia, quod à majoribus vinum fraternæ charitatis incipiat, & per eos ad minores derivetur. Decet enim majores, qui probatores sunt spirituum, prius Dei spiritus in se recepisse, & gustasse, de Ponte in Cant. 2. Exhort. 35. §. 4.

B.

Bos. Non ligabis os bovis &c. Deut. 25. 4. In bovis nomine vita Doctoris exprimitur. V. Beda hic.

Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est. Prov. 14. 4. Bovis dotes congruunt Doctori. 1. Bos symbolum laboris. Unde Veteres, teste Pierio, volentes laborem pingere, pingebant caput bovis. 2. Bos animal innocens, sim-

plex, sincerum. 3. Bos alius laborat, non sibi. 4. Sunt validi & fortes. 5. Frugalis est cibi, tantumque paleas, herbas, & fœnum, comedit. 6. Erat victima: unde Religionis est Symbolum, & mortificationis &c. Corn. hic.

C.

Cælum. In omnem terram. Psalm. 18. 5. Prædicatores rectissime comparantur caelis, quod elevati à terra per contemplationem, ampli per charitatem, splendidi per Sapientiam, semper sereni per animi tranquillitatem, celerrimè moti ab intelligentia per obedientiam; pluentes per instructionem, tonantes per oburgationes, fulgurantes per miracula; multa bona terris largientes, & nihil ab eis quaerentes, per veram liberalitatem; purissimi ab omni sorde per vitæ sanctitatem; denique habitaculum summi regis per justitiam perfectam sint. Robertus. Bellarm. hic.

Calamus. Lingua mea calamus Scriba. Pf. 44. 2. id est, Spiritus Sancti. q. d. quod loquor, à meipso non loquor, sed à Spiritu Sancto. Sicut enim calamus non scribit, quod vult; sed quod scribens vult: sic homo non prædicat à se; sed à Spiritu Sancto dictante, & scribente in corde Prædicatoris, & in cordibus audientium. Hugo Card. hic.

Campana. In veste summi Sacerdotis erant tintinabula. Ex. 28. 33. Cymbalum aliquando pulsatur ad prædicationem, aliquando pro funere, aliàs ad solennitates. Sic aliquando concionator agat de morte, aliàs de inferno &c. Stella in Luc. c. 3.

Canis. Famem patientur ut canes. Pf. 58. 7. Prædicator dicitur canis propter latratum prædicationis; propter linguam medicinatè, propter continuam famem. Philipp. 1. *testis est mihi D. us, quomodo captiam omnes &c.* propter Domini sui fidelitatem, propter luporum odium, propter venationem. Hugo Card. hic. Canes sunt omnes qui habent officium prædicandi: magis enim timent, & terrentur demones, clamore, & latratu, prædicationis; quam lupilatrato canum. S. Vinc. Ferr. l. 1. D. 2. Pasch. *Canes ling. bani ulcera ejus,* Luc. 16. 21. habet canis in ore latratum, in dentibus morsum, in lingua medicamentum. Sic bonus Prædicator debet hæc tria habere: latratus est verbum exhortationis; morsus est verbum oburgationis, sive increpationis, quod aliquando necessarium est; lingua medicamentum est verbum consolationis. Pinna in Eccl. Echol. 126. Glossa: Prædicatores patiuntur famem, quando Auditores non audiunt Verbum Dei. Mater S. Vincentio Ferr. gravida, ex utero suo saepe sibi videbatur audire, tanquam canis latrans sonos emitti. Consulti de ea viri docti responderunt: quod paritura esset infantem, qui esset futurus Evangelij ferventissimus Prædicator. Boll. 5. April. l. 1. cap. 1.

Collum. Collum zuum sicut monilia. Cant. 1. 9. In collo Ecclesiæ Doctorum persona designatur, qui & verbò ædificationis rudes instruunt, & ejusdem institutionis officio, cibum

salutis in confamilia sibi S. Ecclesiae membra transmittant. Monibus assimilatur: quia Doctorum spiritualium constantia caelestium virtutum munitur, simul & decoratur insignibus: utpote qui ea, quae verbò docent, operibus ostendunt. V. Beda l. 2. in Cant. 1.

Cor. Ego dormio, & cor meum vigilat Cant. 5. 2. Doctores Ecclesiae sunt ejus cor, à quo aliorum vita procedit: ideo vigiles civitatis dicuntur, de Ponte hic Exh. 7.

Currus. Ecce currus. 4. Reg. 2. 11. S. Greg. l. 2. in Ezech. hom. 21. Quid est, quòd Elias, *currus Israel, & auriga ejus* dicitur, nisi quia auriga agitat; currus portat? Doctor ergo, qui mores populi, & per patientiam sustinet, & sacri eloqui verbis docet; & currus dicitur, & auriga; quia tolerando portat; auriga, quia exhortando agitat.

Custos. *Invenierunt me custodes, &c.* Cant. 5. 7. Apostolici Praedicatores, qui custodes sunt Ecclesiae, Legum, & Sacramentorum ejus; animam percipiunt, cum caelestia bona praedicant; vulnerant, cum sagittas contritionis infingunt; tollunt pallium vitiosae verecundiae &c. de Ponte hic Exh. 37 §. 2. Id est, Praedicatorum, qui ad hoc praedicando discurrunt, ut à falsa doctrina & peccatis, Ecclesiam muniant, & defendant. Amore illi vulnerant. Rich. à S. Vict. hic c. 35.

Custodes percipiunt sponfam, & vulnerant: quia Praedicatores sancti, dum caelestia loquuntur, amantem animam efficiunt, & majori amore sagittant. Pallium tollunt: quia si quid pompae secularis residuum erat in corde, exhortationibus suis ab animo auferunt. Pallium tollunt: quia aliquando ante verba Praedicatorum nos non cognoscebamus; ipsique omne, quod interius latebat, dum loquuntur, detegunt. Quod dum fit, amplius diligendi sunt; & ut pro nobis Dilecto loquantur, devotius exorandi. S. Greg. hic. Buccinatorum sancti, dum caelestia bona verè praedicant, amantem Dei animam sagittis amoris cadunt, ac vulnerant. Ab his deducimur, ab his impellimur, ad sponsum. Utinam ab his assidue caderetur sponsa, verberibus afficerentur homines! non tot, heu! miseri Christiani per assentationes Praedicatorum infelicissimè perirent. Hinc tanta peccatorum labe, hinc illa corruptela morum; quae singulae Fideles animae indies magis, ac magis turpiter inficiuntur. Nam, cum in omni coetu hominum, tum in Religione Christiana, assentatione nihil est perniciosius; eorumque praesertim, qui comminandi, & objurgandi ceteros, officium susceperunt. Philo Carpathius hic,

D.

Debitores. *Quantum debes? - centum eoros tritici.* Luc. 16. 6. id est, praedicationem verbi divini, quò reficiuntur populi. Per triticum designatur verbum Dei, quò reficiuntur animae. Hoc habent Clerici, qui scientiam receperunt à Domino; ut eam Laicis praedicando ministrarent. Hugo Card. hic.

Dentes. *Dentes tui, sicut greges tonsurum.* Cant. 4. 2. Per hos Aug., Hier., Greg,

M., Nyssen. &c. intelligunt Praedicatores: quia panem, & cibum spirituales Scripturae Sacrae frangunt, & in partes per meditationem molunt; tum ut se nutriant, tum ut in corpus Ecclesiae, ad ceterorum Fidelium nutritionem, trajiciant. Præterea, ut matres, & nutrices, cibum parvulis praemandunt. Deinde Infideles, & peccatores, molunt, non consumentes personas, sed errores, & vitia; ut eas Ecclesiae corpori adjungant, sicut dictum Petro Act. 10. 13. *occide, & manduca.* Ezech. 2. 8. & 3. 1. Apoc. 10. 9. dati libri ad edendum.

Devorato autem librò illis injunctum est, ut loquerentur, & prophetarent populis, & Gentibus. Liber autem iste sensu mysticò sacra Scriptura est. Dulcia sunt meditantibus, & loquentibus Pl. 118. 103. *quam dulcia faucibus meis &c.* Sed in ventre sunt amara: vel quia carni amarescunt, quae dulcescunt spiritui; vel quia internos excitant affectus doloris, compassionis, & tristitia, ob peccata, & miseriae hominum, de Ponte hic Exh. 4. §. 1. Dentes sunt, cum corripunt inquietos. V. Beda hic l. 4. Sicut per oculos Praedicatorum intelligitur, quia per eos Ecclesia illuminatur; similiter & Dentes ejusdem possunt dici, quia per eos Infideles consumuntur, & parvuli nutriuntur. Dentes quippe bene sancti Praedicatorum vocantur: quia dum sanctam Scripturam exponendo minoribus fratribus elucidant, quasi panem parvulis, tanquam matres filiis, commallicant, quò infirmi ad fortiora convalescant. S. Greg. hic. Sanctae Ecclesiae Dentes accipimus eos, qui praedicationibus suis peccantium duritiam conterunt. V. Beda in Exposit. Job. l. 33.

E.

Equus. *Ecce equus albus.* Apoc. 6. 2. Tales equi, seu Praedicatorum, sunt albi; quia portant læta, & jucunda pacis, & salutis. *Quam pulchri sunt super montes.* II. 2. 7. Syll. hic.

Ordo Praedicatorum Equus Christi regis dicitur, in quo ipse per orbem vehitur. Stella. Dom. 22. Pent.

F.

Faber. *Porrò faber ferrarius &c.* 1. Reg. 13. 19. Verum Deus elusit cautionem, & prudentiam, Philistinorum; dum per Samuelem Hebrais dedit victoriã sine ferro, & armis ferreis. Unde S. Greg. amati ab inermibus victi sunt; ut totum, quòd vincitur, omnipotentis Dei laudibus tribuatur. Tropol. faber ferrarius Praedicator, & quisvis alius castigator vitiorum. Hunc tollere conantur Philistini, id est, demones. Sic S. Greg. Beda. Hugo &c. qui addunt: demonem adimere Fidelibus fabros ferrarios, id est, bonos Praedicatorum, vitiorum castigatores; cum facit, ut illi subilia, poetica, vana, elegantia, & placentia populo, praedicent; ac plausum populi querant, non planctum. Corn. hic. Faber ferrarius est Praedicator, qui operatur in igne, vel malleo super incudem; id est, in verbis sacrae Scripturae, quae sunt ignis & malleus. Jer. 23. 29.

nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & malleus conserens petram? Verba Domini sunt ignis, quia consumunt rubiginem peccatorum, & calefaciunt ad amorem Dei; & illuminant, ad agnoscendos articulos fidei. Sunt etiam malleus, quia duritiam cordium frangunt, & emolliunt, ad compunctionem. Incus est cor peccatoris, super quem debet Prædicator operari, & formare vas, in honorem in domo Domini. Caverant autem Philisthæi &c. id est, maligni spiritus cavent, ne sit Prædicator in populo Dei; quia per prædicationem convertuntur ad Deum; qui, ob defectum verbi Dei, remanent, & moriuntur in peccatis. Hugo Card. hic.

Favus. Comedit favum cum melle meo. Cant. 5. 1. Favo comparantur hi, qui in literis facis dulcedinem sensuum spiritualium investigare, atque, ad salutem audientium, elucidare prædicando noverant. V. Beda hic.

Flos uvæ. Olet flos uvæ, quia magna est virtus, & opinio Prædicatorum, qui inebriant mentes audientium. S. Greg. in Ezechiel. l. 1. c. 6.

G.

Gallina. Clamat, ut congreges. Picinelli.

Gallus Petri. Continuò gallus cantavit. Matth. 26. 74. Gallus gerit correptoris five Prædicatoris, imaginem: continuò canit, ut Petrum admoneat, & corripiat; ne difficilior reddatur decursu temporis penitudo. S. Chryf. hom. de neg. Petri: ille invictus Petri accusator, prævisus Dominicæ sententiæ præco, ac patronus, negationis proclamator, prænotionis index; ac penitentia, lacrymarumque, admonitor. Escob. t. Coll. Chr. Obs. 4. Prædicator sanctus, dum caliginosò hóc clamat in tempore, quasi Gallus clamat in nocte; cum dicit: *hora est jam nos de somno surgere.* Rom. 13. 11. S. Greg. l. pastor. curæ c. 44. Gallus supra Ecclesiam Prædicatores designat. Pervigil enim profundæ noctis horas suo cantu dividit, dormientes excitat, diem appropinquantem præcinit; sed prius seipsum alarum verbere ad cantandum excitat. Durand. Ration. div. offic. l. 1. cap. 1. de Ecclesia. Quare Galli Prædicatores dicuntur? quia inter præsentis vitæ tenebras, verum manè, hoc est, veram lucem, prædicando, annuntiant gloriam æternæ beatitudinis. Saloniis. in Proverb. Gallus Prædicator est, qui cantat. 1. Cor. 15. 34. *evigilate justi, & nolite peccare.* Ad cujus etiam cantum Dominus convertitur ad peccatorem; & tunc peccator flet amarè. Hugo in Luc. c. 20. Post Petri negationem statim gallus cantat, quia in Gallo Prædicator significatur. Nulla ergo mora debet esse inter peccatum, & Prædicantis exhortationem. Hugo Card. hic. Gallus Lem. *Excussit, inde canit.* S. Greg. l. mor. 30. c. 4. Sancti, cum verbum Prædicationis movent, prius se in sanctis exercitationibus exercent; ne, in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce: sed ante se per sublimita facta excutiunt; & tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Picinelli.

Genæ. Sicut fragmen mali Punici generatae. Cant. 4. 3. Quid per Genas Ecclesiæ, nisi eosdem ipsos Prædicatores intelligimus; qui, dum in populis, ut eis proficiant, eminent; quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparent. S. Greg. hic.

J.

Jesus. Post hac abiit Jesus &c. Jo. 6. 1. Per Jesum intelligitur Prædicator, qui seipsum salvare debet per bonam vitam, & alios per sanam Doctrinam. Hic Prædicator refecturus plebem verbò prædicationis, primò mare hujus Seculi transire debet; & elongare, & ascendere in montem vitæ eminentis: & tunc sequetur eum, id est, imitabitur multitudo magna plebis. Hugo hic.

Jonathas. Interpretatur columbæ donum; præditos Spiritu Sanctò Doctores designat. V. Beda in 1. Reg. 14. *Ascendit Jonathas manibus, & pedibus, reptans &c.* 1. Reg. 14. 13. Manifestum est, majora tentationum obstacula majore virtutum nisu debere transcendit: quod tunc ritè perficitur, cum armatus contra hostem humilis auditor spiritualis per omnia sequitur exempla præceptoris. Id. hic.

L.

Labia. Labia ejus lilia stillantia myrrham primam. Cant. 5. 13. Labia Dilecti sunt Prædicatores: quia verbum ejus loquuntur, & voluntatem ejus annuntiant. Quæ labia sunt sicut lilia: quia candorem habent innocentia, & odorem bonæ famæ. Rich. à S. Vict. hic. *Sicut vitra coccinea labia tua.* Cant. 4. 3. Labia sponse cocco assimilantur: quia Dominici sanguinis, quò redempta est, pretium prædicare non cessat Ecclesia, sed sedula decantat: *mibi autem absit gloriari &c.* Gal. 6. 14. V. Beda in Cant. Labia Ecclesiæ, juxta S. Greg., Anselm., Bedam, &c. Prædicatores, dentibus prius comparati ob munditiam; nunc rubicundis labiis ob charitatem: ut similes sint sponso candido, & rubicundo. Coccinea iis labia, quia igne Spiritus Sancti rubricata, sicut II. 6. 6. calculò ignitò. Itè coccinea à sanguine Christi, quem potissimum prædicant juxta 1. Cor. 1. 23. Quem etiam Apostolorum labia diebus Pentecostes, utpote recenti Christi sanguine tincta, ardentè prædicabant: Magistrum imitantes de Passione sua sæpius loquentem. de Ponte hic Exh. 6. §. 3. *Favus distillans labia tua.* Cant. 4. 11. Prædicatores integerrimi labia sunt Ecclesiæ, quæ dulcissima doctrinæ Christianæ præcepta, salutariaque eloquia, parvulis effundunt ad fidem alendis. Philo Carpath. hic. *Labia ejus lilia.* Cant. 5. 13. Possunt per labia stillantia Prædicatores fidei intelligere: qui, dum fortissimorum Martyrum gesta, & exempla, prædicant; myrrham populis stillare videntur. Id. hic.

Lingua canis. Canum lingua, dum tingit, curat. Ita & sancti Doctores lingunt peccata nostra, & curant; dum ad penitentiam nos provocant. Haymo D. 1. Trinit. Sicut canes, ita Apostoli, & Prædicatores, medicamentum

linguâ ferunt; quia prædicando sanant. S. Euseb. Emis. fer. 5. post Dom. 2. Quadrag. Canes lingentes vulnera sunt Prædicatores curantes prædicando peccata. Hugo Cardin. in Luc. 16.

M.

Magister. *Vos vocatis me Magister. & Domine.* Jo. 13. 13. Ille perfectus Magister est, qui potestatem habet, Discipulorum mentibus doctrinam imprimere; & non tantum docere, sed & dominari cordibus. Bæzal. 3. cap. 7. §. 26.

Mater Christi. *Ecce mater tua &c.* Matth. 12. 47. Qui Christi frater, & soror est, credendo; mater efficitur prædicando: quasi enim parit Christum, quem cordi audientis infundit. S. Greg. l. 40. homiliar. hom. 3. hic. Quid est, quod Maria portat Jesum in utero, Joseph in humero in Ægyptum, Simeon in brachiis? Maria significat Prædicatores, Joseph penitentes, Simeon bonos operatores. Quin enim aliis Evangelizat, quasi Jesum in utero portat: ut eum aliis, vel potius alios ei pariat. De talibus Paulus: *filioli, quos iterum parturio.* Qui verò pro Christo laboribus fatigantur, qui persecutiones patiuntur; meritò isti portare eum in humero dicuntur. Si quis autem est, qui porrigat panem esurienti, potum sitienti, ceteraque opera misericordie sollicitè impendat, genti; nonne iste rectè videtur eum portare in brachiis? S. Bern. ex sermon. brevib. l. 8. Universi ordinis Prædicatorum, quoscunque Spiritus Sanctus misit, qui ordo verè Mater Ecclesia est; eorum intentio talis est, talis affectus; ut spirituales parere filios, & Christum formare, valeant in suis auditoribus. S. Rupert. de S. Spir. operib. c. 3. Matrum natura est, filios scabie, vel immundâ forde vitatos, multò facilius exiguò dierum spatio mundare, quam alii quivis longò tempore. Hujus rei causa: quòd matres humilia quæque obsequia non dedignantur; atque potius delectantur; dum ad filiorum fordida loca manus admovent. Sic Episcopo (Prædicatori) est faciendum, quem omnium matrum superare charitatem necesse est; Non debet recusare, ad humillimum quemque sermonem sese demittere, ubi cunque res postulat; qui, nisi ipse se inclinet, erigere jacentes non valebit. Ibid. Clarius l. 1, or. 17. Sicut proles carnalis non potest generari sine amore carnali; sic nec spirituali sine benevolentia spirituali. S. Bonav. Proæmio in Evang. S. Luca.

Mensa. *Pones super mensam panes propositionis.* Ex. 25. 30. Panes propositionis super mensam positi, sunt Doctores spirituales; qui cunctis Ecclesiam intransibus refectionem verbi cælestis afferunt: qui rectè *propositionis* vocantur; quia in propatulo semper debet esse universis Fidelibus sermo communis. Escob. t. 3. Colloq. Chr. sect. 2. Obs. l. v. 3.

Mons. *Inter medium montium pertransibunt aquæ.* Pf. 103. 10. Montes sunt Prædicatores magni, qui de humilitatis convalli-

bus aquas veritatis emittunt. S. Prosper hic. *Et stillabant montes dulcedinem.* Amos 9. 13. Bonæ operationis studiosi viri, propter altitudinem beatæ vitæ, quæ vivunt in Ecclesia, montes dicuntur: qui dulcedinem sanctæ conversationis, quasi stillas lucidissimas fundunt, aliis prædicando. Beda hic.

Moses. *Spiritus Domini super me.* II. 61. 1. Indicat, qualis debeat esse Doctor Scripturæ Evangelicæ; adjungens, qualem debeat habere Auditorem. Doctor debet esse inunctus divinâ gratiâ, influitus merâ obedientiâ, inflammatus benevolentia fraternâ. Moses signat Doctorem Legis divinæ, qui educit populum de tenebris ignorantie culpæ. S. Bonavent. Proæm. in Luc.

N.

Negotiator. *Negotiamini, dum venio.* Luc. 19. 13. Per vocationem fervorem intelligimus vocationem Prædicatorum: negotiamini prædicando, & fructificando. hæc negotiatio est optima; quò quis spiritualia dat, ut spiritualia colligat. II. 23. 18. erunt negotiationes ejus, & mercedes sanctificatæ Domino. S. Bonavent. hic.

Nubes. Rectè Prædicatores sancti nubes sunt appellati; quia verbis pluunt, miraculis coruscant. S. Greg. in Ezech. c. 4. hom. 18. Beatus, cujus mens, tanquam nubes pluvis divinæ gratiæ plena est, animasque mortalium ad incrementum fructuum vitæ capiendum irrigat. S. Ephrem lib. de Beatitudinib. Nubes, at Olympiodorus, sunt viri sancti, quorum unus fuit Moyses, qui dicit: *concrevit ut pluvia doctrinam.* Deut. 32. 1. Sancti ergo repleti divinò verbò effundunt foecundum doctrinæ imbrem. Et S. Ambr. l. 3. ep. 19. ad Constantium; qui multa legit, & intelligit, impletur; qui fuerit impletus, alios rigat; ideòque Scriptura dicit: si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Eccl. 11. 3. Corn. in Eccles. hic.

Nuntius. Tria sunt signa evidentia, quibus probatur; utrum Prædicator à Domino sit missus ad Evangelium prædicandum. Primum est Pontificis, & maximè Pontificis summi, qui est locò Petri, imò Jesu Christi; unde qui ab eo mittitur, à Christo mittitur. Secundum est zelus animarum in persona, quæ mittitur: quando scilicet principaliter quarit DEI honorem, & animarum salutem. Tertium est fructificatio, & conversio Auditorum. Per primum sunt Nuntii Patris, per secundum Filii, per tertium Spiritus Sancti. S. Bonavent. in Luc. cap. 9. Quilibet Religiosus, Clericus, vel Prælati, prædicans doctrinam Evangelicam, est Nuntius DEI, invitans vos ad convivium. S. Vinc. Ferr. l. 1. Dom. 20. Pent.

Oliva.

O.

Olivæ. Qui per olivam, Judic. 9. 8. quæ & signum pacis offendit, & olei pinguedinem fundit; nisi illi designantur, qui Spiritus Sancti delibuti pinguedine, evangelizando pacem, reconciliant homines Creatori. S. Petr. Dam. opusc. 2. contra Clericos Aulic.

P.

Pedes Domini Prædicatores Evangelii. S. Aug. l. 50. homil. f. 23. *Pedes Christi sancti Prædicatores.* Deut. 33. 3. *qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrinis illius.* Sancti. Anselmus lib. de vestim. membr. &c. Christi.

Piscator. *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Marci 1. 17. Per rete significatur verbum Prædicationis, per navim Ecclesia, per mare Mundus, per piscatorem Prædicator; per prædicationem in studio, quæ diversi eadem in fide, spe, & charitate, spiritualiter colliguntur. Dion. Carthuf. hic.

Piscatores autem descenderant, & lavabant retia. Luc 5. 2. Quare piscatores lavabant retia? Resp. Beda: Piscatores sunt Ecclesiæ Doctores; qui nos rei fidei comprehensos, de profundo ad lumen elatos, sicut pisces littori, sic terræ viventium advehunt. Sed hæc retia modò laxantur in capturam, modò lora plicantur: quia non omne tempus est habile doctrinæ. Sed nunc exercenda lingua Doctoris, nunc suimet cura gerenda. Sylv. in Luc. 5. q. 4. Post officium piscationis lavant retia piscatores, quando Prædicatores sanctæ Ecclesiæ post expletam prædicationem, lacrymis abluunt, quod in prædicatione, aut forte per jactantiam, aut negligentiam, deliquerunt. Haymo. *Ex hoc homines eris capiens.* Luc. 5. 10. Utinam ego miser peccator hodie unum pisciculum, unum hominem, Deo meo Jesu Christo capere possem. S. Bonav. l. 3. D. 4. Pent.

Porta Cæli. Potest etiã portæ nomine unusquisque Prædicator intelligi: quia, quisquis nobis januam cælestis regni ore suo aperit, porta est. S. Greg. in Ezech. 40. hom. 15.

S.

Sagitta. *Sagitta electa.* Il. 49. 2. sunt sancti Doctores, qui perspicuè Domini Dei omnipotentis credentibus aperiunt voluntatem. V. Beda hom. in Nat. S. Jo. Bapt. Sermo sagitta est; & justus quidem sermo, cum arguit, & corrigit peccatorem, velut sagittâ compungit, & transforsat cor ejus; ut converteret ad poenitentiam, & salvetur. Orig. in Pl. 36. hom. 2. Quicunq; Prædicator loquitur verbum Dei, ad salutem hominum consummandam, sagitta Dei dici potest. Id. hom. 3. ib. Sermo Dei sagitta. Sap. 5. 12. *Sagitta emissa in locum destinatum.* Venator cor petis; sic tu non aures, sed cor. Summa Prædic. Prædicator.

Sal. *Vos estis sal terræ.* Matth. 5. 13. Sal non modò injicitur cibis, dum coquantur, dum aptantur; sed etiam mensæ apponitur. Ut, dum mandendi sunt, juxta cujusque palatum iterum sale condiantur. Sic Prædicator non tan-

tum condire debet mentes Auditorum, dum initio ad virtutem vel ad fidem, trahuntur; sed etiam eos per virtutis viam perducere piis monitis. Pigna in Eccl. Eth. 263.

Cibus Dei populus, condimentum Sacerdos. S. Greg. M. hom. 17. in Evang. Sicut sal suâ acrimoniâ generat sitim; ita Prædicatores debent excitare sitim rerum cælestium. Sal in omnibus quatuor elementis periclitatur, & suum esse amittit; solum verò in cibis adhibitus utilis est: in aère humectatur, in aqua liquefit, in igne proficit, & consumitur; in terra sterilizat, & eam reddit sterilem. Sic Prædicator in aère vanæ gloriæ infatuatur; in aqua adulationis, & delectationis, evanescit; in igne invidiæ, murmurationum, detractionum, consumitur, & perit; in terra autem ambitionis, proprii lucri sterilefit: solum in cibis spiritualibus doctrinæ, & exempli, quos suis præbet, utilis est, & gratus. Sylv. in Matth. 5. q. 5. *Vos estis sal terra,* mordentes, & condientes doctrinâ, & reprehensionibus dissolutos; ut non pariant vermes perpetuos. Theophyl. hic.

Scriba. *Omnis Scriba doctus.* Matth. 13. 52. Scriba, id est, Doctor, Prædicator; in regno, id est, ad regnum cælorum, ut habet Syrus, scilicet prædicandum. Arab. Scriba, qui docet pro regno cælorum. Corn. hic. Scriba ille in Sancta Ecclesia Prædicator est, qui & nova scit proponere de suavitate regni; & verusta de terrore supplicii: ut vel pœnæ terreant, quos præmia non invitant. S. Greg. hom. 11. in Evang.

Seducitor. *Quidam dicebant, quia bonus est; alii autem dicebant non, sed seducit turbas.* Jo. 7. 12. Dicitur hoc est; ad eorum solatium, qui postea prædicantes verbum Dei, futuri erant infiduciores, & veraces. Si enim seducere decipere est; nec Christus seducitor, nec Apostoli ejus, nec quisquam, seducitor debet esse Christianus: si autem seducere, alium aliunde ad aliud persuadendo, ducere est; quærendum est, unde? & quò? Si à malo ad bonum; bonus seducitor est: Si à bono ad malum; malus seducitor est. In hac ergo parte, quæ seducuntur homines de malo ad bonum, utinam omnes seductores, & vocemur, & simus. S. Aug. tr. 29. in Jo.

Seminator. *Exiit qui seminat.* Luc. 8. 5. Seminator est Christus, vel Prædicator ipse; semen est verbum. S. Anton. Pad. serm. in Sexag.

Stabularius est ille, Luc. 10. 35. qui dixit: misit me Christus evangelizare. Stabularii sunt illi, quibus dicitur: *ite in Mundum universum, & predicare Evangelium omni creatura.* S. Ambros. hic. *Dedit duos denarios Stabulario.* Stabularii typum gerunt Apostoli, & qui illos secuti sunt, Doctores, & Pastores. Per duos denarios duo testamenta designat. S. Titus Boltrenf. hic.

Stella. Quantum stella Magis nocte dedit quarentibus lucem, tantum Doctoris sermo, ortus Dominici præbet audientibus claritatem. S. Chrysol. l. 143.

Tuba

T.

Tuba Gedeon. Vide, quàm bene sibi conveniant, praelium Proto-Martyris Stephani, & praelium Gedeonis. Si enim per tubas Prædicatorum voces significantur, Judic. 7. 20. tunc B. Stephanus tubâ sonabat, quando incredulos Judæos arguebat. Quando verò prodigia, & signa magna, faciebat; tunc utique lampades in manu tenebat. Tunc autem Judæi lævientes Proto-Martyris lagunculam frugerunt, quando eum lapidaverunt. Euseb. Emis. in Nat. S. Steph.

Tubicines. Populi Christiani Tubicines sunt Prædicatores. Tuba etiam manu tangenda. S. Vinc. Ferr. f. 1. D. Oculi. *Ubi audiveris buccinam, dicit vab!* Job. 39. 25. Quando audiverit adversarius vester, inquit Dominus, buccinam, id est, unumquemque Doctorem Ecclesiæ ahortantem comilitones suos, ut contra adversarium stent fortes in præliò; stupenti animò, auribusque attonitis, ait: *vab!* q. d. quid est, quod audio? an quisquam præsumit, aut contra me saltè cogitat bella conferere? V. Beda lib. 3 c. 8. in Job.

Turtur. Verè turturem exhibes, si gemere doceas. S. Bern. f. 59 in Cant.

II.

Ubera Christi. *Meliora sunt ubera tua vinò.* Cant. 1. 1. id est Apostoli tui, & Evangelici Pastores, & Doctores, quos à te instructos vice tui substituis; multò sunt meliores, quàm antiqui Prophetæ; quorum spiritus erat acris sicut vinum: at spiritus tuorum Apostolorum &c. est spiritus amoris; suntque instar matrum, quæ uberibus suis lactant infantulos suos. de Ponte Exh. 19. §. 1. *Spes mea ab uberibus matris mea.* Pl. 21. 10. Ubera matris sunt Prædicatores, qui debent pascere parvulos filios Ecclesiæ. Hugo Card. hic.

Venator. *Mittam venatores.* Jer. 16. 16. Habet domus Dei, quæ est Ecclesia Dei viventis, venatores missos à Deo. Attende ergo multà cum diligentia, nè fortè fugiat te præda; ut efferatos per improbitatem, verbò veritatis convictos, Salvatori offeras. Theodoretus in Philotheo. Vide superius Piscator. sermo Dei sagitta &c.

Vinitores ejus Apostoli sunt, Of. 2. 15. & quique Apostolici successores officii, id est, Prædicatores veritatis. S. Rupert. de oper. S. Spir. in c. 2. Of.

Vomer. *Sexcentos viros vomere &c.* Judic. 3. 31. Vomer significat vim verbi Dei in animo, quò eradicantur spinæ vitiòrum, & cordis duritia mollitur. Corn. hic. Vomer etiam significat linguam Prædicantium, ut docet S. Hier. in Is. 2.

§. II.

Concionatoris laudes, dignitas, officium sublimè.

Ex Veteri, & Novo.

Adjutorium simile sui. Gen. 2. 18. Hi sunt Doctores, & Prædicatores. 1. Cor. 3. 9. *DEI sumus adjutores.* Sed non est verus adjutor, qui non est similis ei. Hugo Card. hic.

Hæc sunt verba, que locutus est Moyses ad omnem Israel trans Jordanem in soliudine campestri. Deut. 1. 1. Miraculo factum videtur, ut Moysis vox à toto Israel, id est, à duobus, vel tribus hominum millionibus audiretur. Ità vox S. Antonii Pad., S. Vincentii Ferrerii, & aliorum Præconum Apostolicorum, ad plures leucas, non tantum audita, sed & intellecta fuit à Gentibus exteris, & illorum lingue imperitis. Cornelius hic. Principes olim erant Concionatores. Sic Moyses Legislator, & Dux Israelis, crebrò concionatus est ad populum; cum ei Legem Dei promulgaret, & inculcasset: ut patet Ex. 20. 1. &c. Imò Deuteronomium non est aliud, quàm ardens, & contenta concio; quæ Moyses moriturus Israelem ad studium Legis, cultumque Dei, adhortatur. Similem eadem de re concionem ad populum habuit successor Moysis Josue 24. 1. jam moriturus capite ultimò. Job. 29. 7. Samuel 1. Reg. 12. 7. Machab. 2. 27. David Pl. 48. 2. & Pl. 77. 1. Ipse Ezechias ad Sacerdotes, & Levitas, concionatus est: exhortando eos ad purgationem templi, & Legis Zelum. 2. Paral. 29. 3. Ezechiam avum suum zelò, & concione imitatus est Josias rex 4. Reg. 23. 1. 2. Similem exhortationem ad Patres Concilii Nicæni habuit Constantinus Magnus, teste Eusebio in ejus vita; Carolus Magnus ad Saxones. Cornelius in Eccl. cap. 1. 1.

Vox Domini. Pl. 28. 3. est ipse Prædicator. Jo. 1. 23. *ego vox clamantis &c.* Et dicitur vox: quia quidquid est in eo, debet esse vox, ad vocandum populum ad penitentiam. *Vox Domini in virtute:* quia per eam fiunt miracula spiritualia. Matth. 11. 5. *cæci vident, claudi ambulant.* *Misit verbum suum, & sanavit eos.* Pl. 106. 20. Hugo Card. hic.

Homini est, animam præparare. Prov. 16. 1. q. d. homo in animo suo rectè cogitationes ordinat, & disponit: sicut Dux in acie ordinat milites; sic mente ordinat homo ea, quæ dicturus est, sibi que dicit: hoc dicam primò locò, hoc secundo &c. At Dei est ordinare, & disponere sermones; ut, quod mente concepisti, & ordinasti, hoc ordinatè, appositè, & efficaciter, ore proloquaris. Nam hominis quidem est exterius loqui, & formare verba; sed Dei solius est, eis interius dare vim, & vigorem, ad persuadendum id, quod sonant, audienti: alioquin loquens est velut *as sonans, aut cymbalum tinniens*, ut loquitur Paulus 1. Cor. 13. 1. Sicut enim agricola ferit semen, sed Deus solus sementi internam indit vim germinandi; sic

in Verbo Dei &c. Ità S. August. apud Posidon. in vita ejus narrat : se in concione quadam profus alia dixisse, quam prius mente conceperat ; ac postea advertisse, id factum à Deo, ad convertendum quandam Manichæum, qui concioni intererat. Corn. hic.

Introduxit me in cellam vinariam. Cant. 2. 4. Per hanc cellam, seu *domum vinariam*, ut est in Hebræo, accipiunt Orig. hom. 3. & 4. Theodoret. &c. domum Sapientia : puta gymnasia, vel templa ; in quæ inducitur populus fidelis, ut ibi à Doctōribus, & Prædicatoribus, hauriat vinum veræ Sapientia ; id est, cognitio- nis, timoris, & amoris, Dei. hinc S. Greg. & A- ponius, per cellam hanc accipiunt Sacram Scripturam : hæc enim vinum cœlestis sapientia nobis propinat. Corn. hic.

Aperi mihi soror mea. Cant. 5. 2. Jam sponsa Ecclesia ostium cordis aperuerat sponso, totumque cor illi tradiderat, ut patet ex illo Cant. 2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi* ; pul- sat tamen id Sponsus hic, ut sponsa Ecclesia pro- ximorum quoque clausa corda per suos Concio- natores clave prædicationis aperiat. ait Cassiodor. Beda, Honor., Richard, Anselmus, Rupert. &c. S. Aug. l. 57. in Jo. Pulsat, ut excutiat quietem sanctis otiosis, & clamat : *aperi mihi*, prædica me. Corn. hic.

Pessulum ostii mei aperui Dilecto meo. Cant. 5. 6. Quid per pessulum, nisi silentii signatur firmamentum. Pessulum ergo ostii mei aperitur Dilecto, quando indictum ori silentium propter Christum resolvitur, ut audientes adifi- centur. Et quam pulcher ordo loquendi ! pri- us myrrha stillat de manibus, & digiti myrrhâ probatissimâ pleni monstrantur : ac deinde pessu- lus ostii Dilecto aperitur : id est, prius vita lauda- bilis in exemplum præparatur ; & deinde doctrina, fidem quaerens audientium, pal- lam profertur. S. Rupertus in Cant. hic. l. 5.

Anima mea l. que facta est, ut locutus est. Cant. 5. 6. Quando ? vel ubi locutus est ? nimi- rum quando, vel ubi ego pessulum ostii mei Di- lecto aperui : loquendo scilicet pro utilitate audi- entium ea, quæ sunt Dilecti ; tunc & ibi locutus est Dilectus : non enim ego eram, quæ loque- bar ; sed qui loquebatur in me. Id. ib.

Et dignationem consequaris corrogatio- nis. Eccli. 32. 3. Propriè, & genuinè, per cor- rogationem accipe collectionem symbolorum, quam faciebant convivæ, ut eam, quasi tributum suo Regi, & Præfecto, offerant. Addit noster Salazar : in Prov. 23. 21. Convivas Symposiar- chæ corrogasse symbolum ex munusculis mysti- cis. Nam v. g. aliquis, ut Symposiarchæ robor, & lacertos, commendaret ; armum illi deferrebat : alius, ut ejusdem facundiam dilauda- ret, linguam deferrebat : alius, ut vigilantiam ejus innueret, oculum mittebat : alius, ut amorem testaretur, cor, vel pectus dabat. Hoc autem non nisi in splendidissimis coenis fieri solitum. Sic Samuel Sauli regi armum ; ut regi futuro for- titudinem commendaret. *Ecce, comede, in-* Polyanth. Saer. Tom. I.

quit, quia de industria servatum est tibi. 1. Reg. 9. 23. 24. Et Philo in Joseph tradit : à Joseph missum Benjamin fratri in mensâ pectus- culum ; ut illum sibi in pectore, & amoribus ef- se, significaret. Mysticè hæc adaptes Præfectis mensâ spiritualis, Episcopis, Pastoribus, Concio- natoribus : his enim cura incumbit, instruendi mensam doctrinæ, Eucharistiæ ; quæ quémque erudiant, & pascant ad vitam æternam. Corn. hic.

Candidiores Nazarei nive, nitidio- res lacte. Thr. 4. 7. In nive sola est candoris pulchritudo, in lacte cum nitore est & saporis dul- cedo. Parum ergo erat, fuisse candidiores nive, nisi fuissent & nitidiores lacte : id est, parum fuisset, propriâ sibi munditiâ candidos fuisse ; nisi à venientibus ad se, per sermonem suum, gustum præbuisissent dulcedinis æternæ. Sed & cum can- didi, & nitidi essent, passionibus superadditis quandam purpureum traxerunt ruborem : nam *verbera experti sunt.* Sanct. Rupertus in Jerem.

Fili hominis ; sume tibi laterem, & po- nes eum coram te, & describes in eo civita- tem Jerusalem. Ezech. 4. 1. Quibus ver- bis declarat ; opus esse, ut Magister ex luto discipulos faciat templum Dei. S. Nilus lib. Af- cetic.

Simplices sicut columba. Matth. 10. 16. In eo videlicet ; quòd nihil eorum faciunt, quæ corvi solent facere : corvi, inquam, id est, homi- nes mali, rapaces, cupidi ; pro Mundo, vel pro his, quæ Mundi sunt, litigantes, invicem mor- dentes, invicem laniantes. S. Rupert. Append. ex l. 8. in Matth.

Simile est regnum cœlorum sagena. Matth. 13. 47. Judæa obstupuit, & multò magis Ec- clesia, ob inaudita prodigia, quibus stipatus, & comitatus Joannes in lucem prodit. Ortus præ- nuntiatus ab Archangelo ; Zacharias de eo du- bitans obmutuit. Sterilis Elisabeth, quia credi- dit, concepit. Infanti in utero matris accele- ratas usus rationis ; anima abstersa originis maculâ, Spiritu Sancto repleta. In nati gratiam loquendi facultas restituitur patri. Palæstina tota ad pri- mos Joannis vagitus lætatur, exultat, dies festos agit. Cur Deus largitur infanti hanc prærogati- varum magnificentiam ? & tam publicam gloriam ? An ad Sceptum Israelis destinatur ? minime. An ad Pontificatum parabatur ? non. Num à Ro- manorum jugo Abraham stirpem liberaturus ? haud. Cur igitur in ortu tot bonis repletur ? quia debet populo prædicare Legis observantiam, & adventum Messia. S. August. l. 38. de verbis Dom. in ipso Evangelio, quantus, & qualis vir Joannes fuerit, invenimus ; ut ex dignita- te dispensatoris intelligatur, quanti pretii sit ver- bum, quod per talem dici potuit. Oliva tom. 2. conc. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Doctrina electi Prædicatoris quid est aliud, quàm dies eruditi discipuli? S. Greg. in 1. Reg. c. 10.

Si mercedem suam non perdet, qui calicem aquæ frigidæ sitienti porrigit; quantam mercedem recipiet, qui animæ perpetuæ victoriæ salutaris Sapientiæ aquam scribendo ministrat? Quot enim literas debite formas, tot Deo hostias laudis offers. Thom. Kemp. conc. 20.

Prædicator vox Dei est, qui loquitur in illo: non venis audire hominem, sed Deum in homine. S. Thom. Vill. Dom. Sexag.

In prædicatione complentur opera misericordiæ: quia ibi captivi dæmonum contritione redimuntur, esurientes verbó Domini pascuntur, infirmi ex peccatis visitantur, nudi virtutibus induuntur; & sic de aliis. S. Vinc. Ferr. serm. de S. Thoma Aquin.

Adeo proprium est Episcoporum concionari; ut, si primos Ecclesiæ Canones revolvatis, mox occurret legenti: neminem assumi posse ad infulas, quin sua oratione Evangelia subditis explicare possit. Descendat ex monte Arfenius cilió horridus, ferró cinctus, pedes, nudus, oculis fletu manantibus, jejunans contemplator, immaculatus: sit charus principibus, imperatoribus gratus, regendi peritus; attamen, nisi potuisset concionari, non debuisset Episcopalem thronum conscendere. Oliva t. 1. conc. 25.

§. III.

Concionator sit ipse prius innocens, purus, probus.

Num. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

NOta: quia Benjamin non ivit in Ægyptum, Gen. 42. quia juvenis; & ei timebatur à patre. Item nota: quòd nunquam ivit Isaac in Ægyptum, sed Jacob: in quo notatur, quòd ad prædicandum non debent mitti, nisi maturi ætate, & moribus, sive conversatione. Per Isaac, qui interpretatur risus, significantur dissoluti moribus, & conversatione. Item nota: quòd unus è fratribus non revertitur ex Ægypto, aliis redeuntibus, & referentibus frumentum. Per quem significantur quidam Prædicatoribus, qui convictu sæcularium maculantur, & non revertuntur; sicut corvus ad cadaver illeclus non rediit ad arcem. Gen. 8. 7. Hugo hic.

Renes vestros accingetis, - tenentes baculos in manibus. Ex. 12. 11. Prius jubentur renes accingere, deindi baculos tenere. Per renes accinctos virtutes signantur: *sint lumbi vestri præcincti.* Per baculos potestas castigandi. Ruper. l. 2. in Ex. c. 13. prius jubemur renes accingere, postmodum baculos tenere: quia illi debent curam Pastorem suscipere, qui jam in suo corpore sciunt fluxa luxuriæ domare; ut, cum aliis fortia prædicant, ipsi desideriis molli-

bus enerviter non succumbant. Sylv. in Jo. c. 17. q. 8.

Tabernaculi vasa Moyses recensens, solum *Candelabrum purissimum*, Ex. 31. 8. vocavit: quia, cum id solum aliis præluceret, non debebat in se ullis fordibus obscurari. Mendoza in 1. Reg. 9. annot. 5. sect. 2.

Mariam, contra fratrem Moysen murmurantem punivit Deus leprâ, non autem Aaronem ejusdem delicti etiam reum: fortè, quia Aaron Sacerdos erat, ad quem pertinebat de aliorum lepra judicare. Id. ib.

Forcipes, & emunctoria, quæ erant in templo Salomonis, quibus lampades emungebantur, 3. Reg. 7. 49. ex auro erant purissimo: ad significandum eorum amorem, & puritatem, qui aliorum immunditias purgare tenentur. Diez. Concionator.

Sagitta acuta. Pl. 44. 6. Divina verba sagittæ vocantur; non hastæ, sed sagittæ. Sicut enim venator procul distat à feris, quas vult occidere sagittis; sic oportet Concionatorem non esse prope feras, id est, peccatores, quos Deo conatur venari, & occidere; sed longissimè ab eorum conversationibus, vitiis, & moribus. Diez. conc. 3. in Com. MM.

Accingere gladió tuó. Psal. 44. 4. & v. 6. *Sagitta tua acuta, populi sub te cadent.* Non decantatur victoriæ gloria, cum memoratur gladius; sed dum sagitta; quod notat Lorinus, Sagitta prius ad pectus Sagittarii ponitur, prius se, quàm alios tangit. Ea enim prædicationis verba aliis proficiunt, quæ prius ipsam tangunt. Sylv. in Matth. 5. q. 9.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. Quasi ad examen sponsam vocat, ut videat, an facies digna sit, quæ coram hominibus appareat? an verò aliquid fœditatis insit, quòd vocem prædicationis, vel fructum ejus, impediatur. de Ponte hic Exh. 29. §. 2.

Dentes tui sicut greges consarum. Cant. 4. 2. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Matth. 10. 16. Non assimilantur ovium dentibus, sed ovibus ipsis, quia ovium induunt proprietates: nimirum simplicitatem, innocentiam, humilitatem, suoque pastori promptam subjectionem. Assimilantur autem non quibuscunque ovibus; sed quæ ascenderunt de lavacro, propter duplicem munditiam, quæ in ovibus est, cum tonsæ sunt; ablata lanâ, quæ immunditiam contraxit, & in lavacro sunt lotæ. de Ponte hic Exh. 4. §. 2.

Labia ejus lilium. Cant. 5. 13. Cavendum est Prædicatoribus, nè labia polluta cordis, & oris, habeant; ait enim: *labia sponsi sicut lilia.* Necessè est omnino mundos esse, & omni candore virtutum refertos, per quos Sponsus Ecclesiæ suæ loquitur. Philo Carpathius, hic.

Oculi ejus sicut columbæ. Cant. 5. 12. Patres per oculos intelligunt Concionatores. Satis erat columbæ nomen ad puritatem designandam; addit tamen, *quæ lotæ sunt.* Et quod magis mirum: non aquâ, sed *lacte lotæ*; ut eximiam puritatem intelligas. Diez Concionator.

Vade

*Vade, & ingredere ad transmigratio-
nem.* Ezech. 3. 11. Caveat, scelere, qui sce-
lus punit. Quod Deus illum ad docendum mit-
tat, patet ex sequentibus verbis: *& loqueris ad
eos.* Pergit vates convenit homines; sed nihil
docet. *Et mansi ibi septem diebus morens.*
v. 17. Ibi vates, Deo deditus, precibus, & la-
crymis, hebdomadam absolvit integram: nihil
prius, quam suos expendit mores, cum se pie ex-
erceret. *Cum autem pertransissent septem
dies, factum est verbum Domini ad me.* v.
16. S. Hier. hic: qui speculator futurus est, &
Dei verba populo narraturus; nullò tempore de-
bet quiescere; dolere ea, quae videat, & nihil ha-
bere in conscientia eorum, quae in aliis correctu-
rus est. Velloso in Judith 1. Parenet. 12.

Ex Novo, & aliis.

*Et vidit Spiritum Dei descendentem sicut
columbam.* Matth. 3. 16. quia tunc inchoabat
officium suum spiritu animalis mundi, volantis
non longè à terra, suà conversatione mansueti; si-
nè armis extrà, sinè felle intus; nec solum man-
sueti, sed fecundissimi: quia pater futuri Sæculi
veniebat, universo Mundo utilissimus. Cajet.
hic.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Sal con-
stringit. Prædicator se prius astringat, & refor-
met in vita; & postea alios doceat. Sylv. hic
q. 9.

Hoc fecit initium signorum, Jo. 2. 11.
Prius quisque in se sentiat, quod in aliis efficere
curat. Cur Dominus ab aquarum mutatione de-
dit principium miraculis? assumenda erant aquæ,
ut peccatores in justos transmutarent; unde o-
porcebat ipsas immutari prius. S. Hilar. hic. hom.
2. mutantur subito aquæ, homines postmodum
mutantur. Optime facit, quisquis à se incipit
mutationem facere, quam in aliis cupit. *Et tu
aliquando conversus confirma fratres tuos.*
Luc. 22. 32. Baeza t. 2. l. 11. c. 1. §. 20. Ne-
cesse est, ut, qui alios ex statu frigiditatis aquarum
culpa, ad generosi vini divinæ gratiæ statum,
est mutaturus; ipse primum mutetur, atque in
se exprimat, quod ab aliis factum cupit. Dd.
Nißen. ser. 2. post D. 3. Quadr. Plutarchus
de doctrina principum: Nec cadentis est,
alium erigere; nec ignorantis docere, nec
incompositi componere, nec ordinare inor-
dinati.

Motus aqua. Jo. 5. 4. Vide hóc titulò §. 1.
Angelus.

Cæpè lavare pedes Discipulorum. Jo.
13. 5. Ammonius in Catena Græca: per attac-
tum mundavit pedes eorum in præparationem
Evangelii. Quod etiam docent Orig., & S.
Hieronym. quia prædicaturi Evangelium, ac
viam justitiæ, omnino debent esse puri, &
mundi, ab omni sordè. Sylveira hic. quæst.
26.

Vestitum podere. Apoc. 1. 13. Notat
Alcazar, per poderem significari sanctitatem, &
Religionem Christi, ejusque Fidelium; per zo-
nam auream charitatem, per canos sapiëntiam.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Porro inter hæc tria congruus servatur ordo:
quia prius est emundari à peccato, & sanctificari;
mox virtutum perfectionem in fervore charitatis
amplecti; & demum alios docere, & instruere, per
sapiëntiam. Corn. hic.

Ite, & effundite &c. Apoc. 16. 1. Non
audent angeli iras Dei effundere in orbem, licet in
mandatis haberent: *ite, & effundite*: eò quòd
Doctores non audeant minas intentare, Deumq;
nuntiare tonantem; nisi & vivant angelicè.
Exierunt septem Angeli. Apoc. 15. 6 & ve-
ste candida ostentant mores innocentes: *vesti
linò mundò, & candidò.* Adam nec dictò
quidem reum cædis fraternæ castigare ausus: nihil
enim leges Gen. 4. 8. à Deo tamen notatus, &
punitus: quia Adamus ipse præcepti transgressor.
Velloso in Judith 1. Parenet. 12.

*Vidi unum angelum stantem in sole, &
clamavit voce magnà &c.* Apoc. 19. 17. in
sole, ob celeritatem, ob beneficentiam, illumina-
tionem, & splendorem boni exempli. Mendoza
in 1. Reg. 3.

Non reperimus de Discipulis scriptum, quòd
eos sanaverit; propterea, quòd si quis jam est
Discipulus JESU, ille sanus est: & cum bene
habeat, opus habet JESU; non quatenus est
medicus, sed secundum alias illius vires, Orig. in
Matth. c. 14.

Aurifabri habent aliquando abacum aureis,
& argenteis, vasis plenum; si autem eorum do-
mum ingrederis, videbis illos vasis luteis, & pe-
nè contractis, diuturnò usu bibentes. Sic mali
Concionatores ditissima charitatis, humilitatis, pa-
tientiae, vasa populo proponunt; ipsi autem intra se
his contraria, & vilissima, possident. Diez Con-
cionator.

Num. II.

Motiva de eadem materia.

Ex Veteri, & Novo.

*Mundati sunt Sacerdotes, & mundave-
runt populum.* 2. Esdrae 12. 30. Prius te, dein
alios. Summa Prædic.

Cor mundum crea in me Deus. Pl. 50. 12.
Cur tot virtutes à Deo petit? Resp. *docebo ini-
quos vias tuas.* Hæc omnia necessaria sunt, ut
munus Concionatoris rectè fiat. Et nota: cum
leones, & urfos discepsit, cum Gigantem occi-
dit; tantas à Deo virtutes non petit: quia diffi-
lius peccatores convertere. Diez. Conc. 2. Dom.
4. Adv.

*Docebo iniquos vias tuas; & impii ad te
converterentur.* Pl. 50. 15. Et cur statim pec-
catores converterentur te concionante? fortè cau-
sam inuit præcedentibus verbis: *iniquitatem
meam ego cognosco.* v. 5.

Et cor mundum crea in me Deus. v. 12.
De cordis munditia prius laboravit, quam se in
concionatore offerret. Alvaret Joseph illustr.
Gen. 47. illustr. 303.

Relictis rebus secuti sunt eum. Matth.
4. 22. Mysticè per Simonem Petrum signantur
obedientes, & firmi in fide: Simon enim inter-

O o 2 pre-

pretatur *obediens*, & Petrus *firmus*. Per Joannem speciali gratiâ donati; per Jacobum supplantantes peccata; per Andream, qui interpretatur *virilis*, designantur magnanimitate fulgentes; ad quorum conspectum ad nihilum reductus est malignus. Hos tales vocat, & mittit, Salvator ad prædicandum & docendum: oportet enim omnino, ut dignus, & efficax Prædicator, Doctor, sit rectæ rationi, Deo, atque Ecclesiæ, semper obediens, & firmus in fide: quatenus alios ad sanctam obedientiam, fideique immobilem firmitatem, inducat. Oportet quoque, ut speciali gratiâ adornetur, imò exuberet; quatenus de plenitudine ejus accipiant alii; scilicet purgationem, illuminationem, & perfectionem. Item necesse est, ut vitiorum sit victor; quatenus, quod alios docet, ipse imprimis adimpleat; nè sibi dicatur: qui alium doces, teipsum non doces.

Rursus necesse est, ut sit virilis in omnibus; non pusillanimis, non ponderans ista terrena, non succumbens adversis, nec mortem formidans amore justitiæ. Dion. Carthuf. hic. Acceptâ gratiâ, deinceps confidens armis justitiæ, decertato; &, si vis, etiam evangeliza. Jesus Christus Dei Filius erat; attamen ante baptismum non evangelizabat. S. Cyrill. Jerof. Catech. 3.

Ipsam audite. Matth. 17. 5. Christo D. baptizato in Jordane, & transfigurato in Thabor, utrobique; vox Patris æterni de coelo insonuit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Matth. 3. 17. & Matth. 17. 5. sed in posteriori loco additur - *ipsam audite*; non autem in priori. Duas facti rationes assignat Mendoza. I. quia Christus in baptismo quandam peccatoris imaginem præferebat; in transfiguratione summam Prædicatoris sanctitatem. Quo ex discrimine significare voluit æternus Pater; nullam labem, sed summam innocentiam, in eo esse oportere, qui aliis audiendus præponatur. II. quia ante baptismum nondum Christus D. vitæ suæ sanctitatem evulgaverat; post baptismum verò magnarum virtutum luce radiabat. S. Stephanus habiturus longam concionem Act. 6. 15. visus tanquam angelus coruscare. Mendoza in 1. Reg. 3.

Vigilate mecum. Matth. 26. 38. Vigilat Christus; ad vigiliam Discipulos vocat. Ægrè Concionator, Doctor, Superior, aliis vigilantiam persuadet, si ipse dormiat. Sylveira hic.

Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22. 32. Arnold. Carnot. tr. de verbo Christi sitio: exurge & bibe de fonte misericordiæ; & aliquando conversus &c. & in eadem mensura, quâ propinatum est tibi, remetere eis; & ad formam tuam, qui ceciderit, adjiciat, ut resurgat. Baeza t. 2. l. 11. cap. 1. §. 20.

Arguet Mundum de peccato. Jo. 16. 8. Cur S. Spiritus arguet Mundum? quia, qui sanctus, & irreprehensibilis, dignus est alios arguere, & reprehendere. Episcopo Laodicæ scribitur Apoc. 3. 14. *hec dicit amen, testis fidelis, & verus*. Cur hunc Præsulem objurgaturus dicitur *Amen &c.* Cur non sicut aliis: *hec dicit,*

qui habet septem stellas, & qui habet septem spiritus; vel, *qui habet rompheam*? Arguendus erat hic Episcopus de mendacio: quòd, cum esset pauper, miser, & miserabilis, se jactabat ut divitem. Alios reprehensurus immunis sit ab eo, de quo increpat; si de mendacio arguit, sit verax. S. Ambr. l. 2. de poenit. c. 8. incusamus alicujus avaritiam; recordemur, si nihil ipsi avaræ fecimus; nè dicat nobis id Jesus: festucam in oculo fratris tui vides; trabem autem, quæ est in oculo tuo, non vides. Sylv. hic q. 8.

Stare succincti lumbos vestros in veritate, & indui loricas justitiæ. Eph. 6. 14. Scilicet castè, & justè, vobis agendum esse meminertis. Cur id docet? v. 15. *& calcetis pedes in præparatione Evangelii*: quasi otiosè Paulus moneret de ratione docendi, si non prius hortaretur de vivendi; quod Anselmus advertit: postquam libidinem vicerimus, & nos justæ operationis lorica induerimus; tunc & aliis bona prædicare erimus idonei. Velloso in Judith 1. Paræn. 12.

Attende tibi & doctrina. hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt. 1. Tim. 4. 16.

Ex Patribus.

Erubescit, quamvis præclara, doctrina, quam propria reprehendit conscientia. S. Hieronym. de S. Marcella vidua. cap. 2. Boll. 31. Jan.

Quia alium de peccatis arguit, ipse à peccato debet esse alienus. Qui negligit recta facere, desinat recta docere. S. Isid. l. 2. c. 1. NB. 10. Nov. in Martyrol. festum S. Monitoris, & Justii. Puram æmuleris vitam, ut habeas liberam potestatem increpandi peccantes. S. Nilus Capit. Parænetic.

Hei mihi! quia bona doceo, sed mala committō. B. Ilaías Abb. or. 29.

§. IV.

Concionatori virtus, probitas, præ eloquentia, necessaria.

Num. I.

Figuræ, Symbola, allegoriæ.

Biberuntque, & inebriati sunt cum eo. Gen. 43. 34. Votandum est, quòd prius inebriati sunt cum Joseph filii Jacob, & postea jubentur aliis ferre alimenta, non antè: quòd est contra quosdam, qui docere, aut prædicare præsumunt, nondum inebriati; aut si inebriati, non tamen cum Joseph, sed cum Aristotele, aut Platone, aut Tullio, Hugo Card. hic.

Stetit Joathan in vertice montis Garizim, elavatq. voce clamavit &c. Judic. 9. 7. Quid per Joathan, qui consummatus, seu perfectus interpretatur; nisi sanctum, & doctum Prædicatorem debemus accingere? Hic in montem Garizim, ascendit, & voce magnâ clamavit: Prius ascendit, & postmodum clamavit: quia, nisi Doctor virtutis culmen prius ascendat, inaniter clamat; sicut per Isaiam dicitur, c. 40. 9. *super*

Super montem excelsum ascendit tu qui evangelizas Sion &c. S. Petr. Dam. l. 2. ep. 3.

Si manibus meis adhaesit macula, seram, & alius comedat. Job. 31. 7. 8. S. Greg. mor. l. 21. c. 8. More sacri eloquii serere dicimus verba vitae, praedicare; comedere autem est bonis operibus satiari. Si ergo manibus adhaesit macula; ea, quae sunt docere, facere praetermissi; seram; & alius comedat. Id est, quod os meum loquitur, alter operetur, & eo reficiatur. Praedicator quippe, quia suis vocibus discrepat, jejunos ferit, quod alius manducet: quia suo semine ipse non pascitur, quando à verbi sui rectitudine pravà actione vacuat. de Ponte in Cant. 2. Exh. 29. §. 2.

Bibe aquam tuam de cisterna tua. Prov. 5. 15. id est, aqua spiritualis intelligentiae te refice; vel Sacram Scripturam addisce. Et postea *deriventur fontes tui foras v. 16.* fontes scilicet sacrorum eloquiorum, docendo, & praedicando aliis; ut prius sis concha, quam canalis. Hugo Card. hic. Prius bibe aquam vivam gratiae, & sapientiae; & fructu tu bonis tibi à Deo praestitis. Nec tamen retineantur, sed communica aliis, addit autem: *habeto eas solus, neq. fiat alieni particeps tui.* id est, cura in hac effusione, nihil sit inanis gloriae, quod alieni, id est, inimici, tuis laboribus diten- tur. de Ponte in Cant. 2. Exh. 21. §. 4.

Ibi dabo tibi ubera mea. Cant. 7. 12. Propria Doctorum ubera, sanctitas, & sapientia. de Ponte hic. Exh. 19. §. 3.

Ascendit in montem. Matth. 5. 1. Quid est, quod priusquam docere incipiat, ascendit in montem? nisi quod in hoc ipse docuit, necesse habere Praedicatoris verbi Dei, desideris animi, & conversatione sancta, ad sublimia tendere, & virtutum conscendere montem. S. Bern. l. 1. in festo OO. SS.

Sint lumbi vestri praecincti, & lucerna. Luc. 12. 35. Placent lucernae; sed si placuerit cingulum. Plerique toti sunt in concinnandis lampadibus; & cingulorum ne meminerunt quidem: student, legunt, describunt; sed nulla nis sui abnegationis cura. Os fatagunt implere sapientia, sed non cor sanctimonia. Eccl. 6. 7. *Omnis labor hominis in ore; sed anima ejus non implebitur.* Pl. 146. 10. *non in fortitudine equivoluntatem habebit, nec in tibus viri beneplacitum erit ei.* Plal. 19. 8. *hi in curribus, & equis; nos autem &c. nomine Domini.* Curant maxime, ut equum eloquentiae sibi curent pernicissimum; cum non in equo, aut tibus, omen triumphi sit; sed in nomine Domini. Oliva l. 9. Strom. §. sint lumbi.

Conscientiae suae domum debet quis aedificare ante omnia, deinde aliis intendere: exemplò bombycis, primò domum fabricantis, postea telas texentis. Jo. Geminiani l. 5. cap. 26.

Num. II.

Testimonia.

Ex Veteri.

Non sum eloquens &c. Ex. 4. 10. ait Moses, cum ad proximos in libertatem asserendos legatur. At Dominus linguae non medetur, sed calceamenta solvere jubet. Ex. 3. 5. O sapientiam! nuntium delegat ad profliganda vitia, ad homines virtutibus imbuendos; utique feliciter cedat legatio, non quaerit limatum eloquium, sed rerum humanarum despectum. Theodoret: iussit calceamenta solvere; hoc est, ut hujus vitae curas deponeret. O quam saepe plerumque eloquentium Concionatorum sermones vix unum, aut alterum, lucrantur virtuti; cum aliquando ferè rudis homo, spiritus fervens, sanctitati eximie studens; vel unò sermonis jactu plures capiat animas; non de elocutionis ingenio, sed de fervoris auxilio. Naxera in Jos. 15. §. 22.

Donec sterilis peperit plurimos. 1. Reg. 2. 5. Sterilis, ait S. Franc. Seraph. est pauperculus, humilis sanctusque Religiosus; qui generandi in Ecclesia filios non habet officium. Hic pariet in Judicio multos: quia, quos nunc privatis orationibus, & bonae vitae exemplò, convertit ad Christum; illius gloriae tunc Judex adscribet. Quae multos habet filios, infirmabitur: quia Praedicator vanus, & loquax, qui multis nunc, quasi sua virtute genitis, gaudet; cognoscat tunc, se nihil proprii habere in eis. S. Bonav. in vita.

Cur Elia verbis Rex Achab pessimus obedivit? 3. Reg. 18. 17. quia videbat hominem pallidum rigidum ciliò indutum, orationi deditum. Stella in Luc. 1.

Postquam David triplicem spiritum petit, pl. 50. 12. &c. statim subdit: *docebo impios vias tuas.* v. 16. quò ostendit, maximum favorem Spiritus Sancti esse necessarium ad hoc, ut Concionator cum fructu praediceat. Diez. Apostoli.

Euntes ibant, & stabant &c. pl. 125. 6. Praedicator duobus modis debet ire ad praedicandum, scilicet spiritualiter, & corporaliter, spiritualiter crescendo in devotione, & fervore spiritus, de die in diem; dein corporaliter de loco in locum, de villa ad villam, & non stare in uno loco. S. Vinc. Ferr. ferm. 4. Dom. Sexag.

Ex Novo de S. Joanne Baptista.

In diebus illis. Matth. 3. 1. Tractaturus Evangelista in sequentibus de conversatione, doctrinà, & miraculis Christi, primò de Praecursore ipsius mentionem inducit, sanctitatem, idoneitatem, doctrinam, & vitam Joannis describit: ut innotescat, quàm dignum, & credibile, sit testimonium ejus de Christo. Christus ergo, qui est lux vera, summa, & infinita; sciens Mundum sui non esse immediate capace;

O o 3

præ-

præmisit magnum sui adventus preparatorem, qui corda Judæorum ad Christi receptionem disponeret. Dion. Carthuf. hic.

Et multos filiorum Israël convertet. Luc. 1. 16. Postquam dictum est: *Spiritu Sancto replebitur*, mox sequitur: *convertet multos*. Vox enim Prædicatoris, quæ non in aërio spiritu est, sed in Spiritu Sancto, audientium corda penetrat. Sylv. hic q. 24.

Ut convertat corda patrum in filios. Luc. 1. 17. Unde tata virtus Joanni? ut suis verbis, corda patrum in filios converteret? Joannes non aliud Evangelium prædicabat, quam nos; nec magis subtilia: Cur ille tot ad Christum convertebat? nos paucos, aut nullos? quia moribus, & vitâ, prædicabat. Stella hic.

Venit in omnem regionem Jordanis prædicans. Luc. 3. 3. Cœlestia Præcursor dogmata audierat in deserto, quæ non reclusit pectore avarus fons; sed venit in omnem regionem Jordanis, aliis prædicans baptismum penitentia. Edocens auditores verbi debere in Concionatores converti, aliis proferentes, quæ audierunt. Es-cob, t. 3. Coll. Chr. Sect. 2. obi. 1.

De aliis itidem

Ex Novo.

Cæperunt loqui. Act. 2. 4. scilicet magna lia Dei. Rich. à S. Laur. l. 1. de laud. B. V. *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto*: ecce plenitudo interior. *Et cæperunt loqui*: ecce redundatio exterior. S. Greg. hom. 33. in Evang. linguis igneis apparuit Spiritus Sanctus: quia omnes, quos repleverit, ardentem pariter & loquentes facit.

Date, & mihi hanc potestatem, ut, cumq; imposero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Act. 8. 19. dicebat Simon magus. S. Chryl. hom. 18. in Acta: oportebat petere, ut ipse accipiat Spiritum Sanctum; at ille, quoniam hoc illi non erat curæ, ut det aliis, petit.

Ex Patribus, & aliis.

Tantum debet actionum populi actio transcendere Præfiliis, (Concionatoris) quantum distare solet à grege vita pastoris. S. Greg. in Ezech. l. cura Pastor parte 2. c. 1.

Magisterium stat de scientia; sed Magisterii authoritas constat ex vita. Docenda faciens obedientem perficit auditorem. *Cæpit Jesus scere, & docere.* Act. 1. 1. S. Petr. Chrysol. l. 167.

Is demum mihi sapiens videtur, qui pauca quidem de virtute verba facit, cœterum actionibus ipsis per multa demonstrat; vitæque integritate orationi fidem, autoritatēque conciliat. S. Greg. Nat. or. in plagam grandinis.

Si sapias, concham te exhibebis, non canalem: hic siquidem pene simul, & recipit, & refundit; illa verò, donec repleatur, expectat; & sic, quod superabundat, sine damnō suo communicat. S. Bern. serm. 18. in Cant. apud Bazam tom. 1. l. 1. c. 10. §. 2. Ubi verba S. Bernardi non sunt,

sed sensus. Sæpè melius ipsi dicimus; & quasi proprio ore compellimur exequi, quod aliis inculcamus, Salomone attestante: *anima laborantis laborat sibi, quia compulsi cum eo sum.* Proverb. 16. 26. B. Petr. Dam. l. 2. ep. 1.

§. V.

De Concionatoribus vitæ improbe similitudines.

Magna eorum dementia fuit, Gen. 6. 14 qui, postquam tot armis Arcam, quæ Noëmo, & filiis ejus, refugium foret, edificassent; eandem non subierunt præ cœteris, sed cum reliqua turba aquis perierunt. Sed magis deplorandum; tot hodie in orbe reperiri Doctores, qui, horum instar fabricorum, postquam totâ vitâ aliis media, & rationes suggererunt, quibus alii se à divinorum judiciorum fluctibus, ac diluvio conservarent: tantum abest, ut sui ipsorum præ cœteris salutem procurent; ut ante alios etiam pereant. Bessius D. 12. Pent.

Proditor est cum Juda Ecclesiasticus, prædicans, & confitens Jesum verbis, operibus autem negans. Sic Urias tulit secum literas propriæ mortis 2. Reg. 11. 14. Sic fabricatores Aræ pro salvando Noë cum suis perierunt. Jo. Gerlon f. in Coena D. Femina pia rediens cum multis ex concione, interrogata ab obvio, an sermo factus esset? nequaquam, inquit; dum ille miratur, subintulit: sermo utique dictus est, non factus: *dicunt enim, & non faciunt.* Math. 23. 3. Id. D. 2. Pasch.

Qui bene docet, & male vivit, æquatur cereo; qui bonam quidem aliis lucem præbet, se verò in malis consumere videt, atque extinguere. Ildorus l. 3. de sum. bono c. 36 & 37.

Si vobis bonum dicimus, & nos malum facimus; similes candelæ erimus, quæ aliis lumen præbet, & ipsa liquefendo à lumine deficit. Si bonum prædicantes malum fecerimus, similes campanæ erimus; per quam populus ad Ecclesiam convocatur, ipsa crebrò pullu atteritur. S. Honorius serm. in Sexag.

Nasturtia aquatica in aquis pallida, submissa, quæ nihil crescunt; quia pluvia de cœlo non descendit.

Concionator, licet abundet aquâ Philosophiæ, & Theologiæ, parum proderit salutis animarum; nisi ab alto scientia, spiritus, devotio, in de descendat. Stella in Luc. 4.

Testimonia.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Salutes non fecimus in terra; ideo non ceciderunt habitatores terræ. Il. 26. 18. Est vox Isaie, Prophetarum, & Prædicatorum q. d. quia non fecimus opera sancta, præclara, & heroica salutis, tum nostræ, tum proximorum; qui lenti fumus ad opera pietatis: ideo non ceciderunt à sua superbia, & malitia, incolæ terræ. Corn. hic.

Esce

Ecce ego ad Prophetas, qui surantur verba mea. Jer. 23. 30. Furantur verba Dei Prædicatores, qui sacram Scripturam docent, & prædicant ad gloriam, non Dei sed suam; quique impie vivunt, & populum scandalizant. Corn. hic.

Parate viam Domini. Luc. 3. 4. Parat viam Domini, qui bene docet, & prædicat; sed, si vitiosè, distortèque vixerit, non rectas facit semitas ejus. Gerson in Marc. Lect. 2.

Cujus vita despicitur, restat, ut ejus prædicatio contemnatur. S. Gregor. hom. 12. in Matth. 25.

Hoc ipsum Rectoribus (Prædicatoribus) valde timendum est, quòd Dei servantur examini: quia tantò subtiliores rationes vitæ, & doctrinæ suæ parare debent; quantò sapientior est Judex, quem sustinent. S. Greg. l. 1. in 1. Reg. 3.

Perdit autoritatem docendi, cujus sermo opere destruitur. S. Hieronymus ep. 83. ad Oceanum.

Bis bene loquitur, qui bene vivendo & alios instruit. Bis male loquitur, qui male vivit, & male docet. S. Isid. l. 2. sent. c. 29.

Doctor malus, procurator inferni, advocatus dæmonum; latro insidians pergentibus ad regna cælorum; angelorum inimicus, destructor supernæ patriæ, oppugnator Christi. Sim. Cass. l. 10. c. 16.

§. VI.

*Arde, ut accendas.**Ex Veteri, & Novo.*

Totus mons Sinai fumabat & sonitus bucina &c. Ex. 19. 18. 19. Cùm Deus Legem populo in monte Sinai dare vellet, totus mons visus est conflagrare; deinde vox tubæ. Prius divinò amore inardescit, tum tuba prædicationis resonet. Stella in Luc. 8.

Non descenderet Moyses ad erudiendum populum, nisi prius ad ignem ascendisset. Ex. 3. S. Bonav. in hexam. f. 22.

Ascendit Moyses in montem, & fuit ibi 40. diebus, & 40. noctibus. Ex. 24. 18. S. Petrus Chrysol. f. 14. ascendit in montem, ut tantum esset Dei amore succensus, ut ipse ardentè diligeret; & alios, ut diligerent, sic moneret: *dilige Dominum Deum tuum.* q. d. erat populo promulgaturus legem amoris Dei; ob hoc tot dies apud Deum verlatur: ut ipse accensus amore DEI, ceteros facilius ad eundem amorem inflammet. Did. Niss. fer. 2. post D. 3. Quadr.

In dextera ejus ignea lex. Deut. 33. 2. non in lingua.

Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Pl. 103. 4. Non dixit lucem, sed ignem: quia aptiores ad hominum magisterium sumus ex charitatis, & virtutis igne; quam ex illustrati intellectus fulgore. Escob. v. 3. Coll. Chr. Obs. 6.

Volavit ad me unus de Seraphim. Is. 6. 6. Non Cherubim. Qui ergo tacuerat, & proxi-

morum salutem intenderat, jam clamat: *ecce ego, misse me.* Escob. ib. Isaias à Seraphim accensus calculò ignitò, consecratus est Propheta; factusque quasi Seraphicus, & Ordinis Seraphici: destinabatur enim à Deo ad hoc; ut frigida, & gelida, hominum corda ardentem suam concione, vitæ, & charitate, inflammaret. Corn. Augment. in Is. c. 1. v. 6.

Et scintilla quasi aspectus aris candentis. Ezech. 1. 7. S. Greg. hom. 3. in Ezech. Prædicantium vita sonat, & ardet; sonat verbò, det desiderio. Æs ergo candens est prædicatio accensa. De candenti ore scintilla prodeunt: quia de eorum exhortatione flammantia verba ad aures audientium procedunt.

Occide. Act. 10. 13. Medici specialem statuunt stomachum. I. Debilem, qui escas boni succi in malum, putà bilem, aut phlegma, convertit. 2. Bonum, qui cibos boni succi in bonam alimoniam convertit. III. Optimum, qui vi caloris res mali succi in bonum convertit. Ità debili charitate sunt, & virtute, qui volentes sæculares in bonos convertere, ab eis pervertuntur. Alii sunt, qui bonos in bonitate conservant. 3. Optimi, qui vi charitatis malos, imò pessimos, serpentinos, & fæxos homines, in bonos, ovinos, & cereos convertunt. Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Ad supernum desiderium inflammare Auditores suos nequeunt verba, quæ frigidò corde proferuntur: neque enim res, quæ in seipsis non arderit, aliud accendit. S. Greg. mor. l. 8. c. 26.

Nihil Doctore frigidius, qui verbis tantum S. philosophatur. S. Chryl. in Act. Apost. hom. 1.

Nisi ardeat Minister prædicans, non accendit eum, cui prædicat. S. August. in Psalm. 103. conc. 2. *Qui facit angelos suos spiritus &c.*

Animæ lingua devotionis est fervor. S. Bern. f. 56. in Cant. *Ex abundantia cordis &c.* Matth. 12. 34.

Absque igne quis ignem accendit? & absque charitate quis charitatis officium consummabit? Poteris planè inflammare ceteros, si fueris tu charitatis incendiò concrematus. At tu si frigeas, si torpore jaceas, nullamque honoris divini, & fraternæ æmulationis, sentias famem; quid proferes? quid proficies? erunt utique corda audientium lapidea, & impenetrabilia, quemadmodum tuum. S. Laurent. Justin. tr. de compunct.

Si intus cor torpeat, si cœlestis dulcedinis gulfu careat, si inutilibus cogitationibus distrahatur, si terrenarum rerum affectu deprimatur; utique quod docendo profert, ex se insulsum est, frigidum est, aridum, atque ad promovendum audientium mentes profusè invalidum. S. Laur. Just. lib. de regim. Prælat. c. 11.

Si vis vocem habere in Prædicationibus infonantem, satage semper, ut te Divinus fervor accendat, nè vocem tuam frigoris torpor intercipiatur: frigida enim prædicatio non admittitur, & tanquam

tanquam vox rauicens non auditur. B. Petr. Dam. l. 6. ep. 17.

Quoniam spiritu Dei Prædicatores non incalescimus, auditorum corda minimè inclinamus. S. Thom. Vill. f. 1. die Pent.

Habet amor proprium idioma, quod solus novit amator. Nemo igitur hujus materiæ idoneus Auditor, nisi amator; nemo idoneus orator, nisi qui præ cæteris amore pollet. Quò enim quisque ferventior amator est, eò facundior, vehementior, atque potentior, orator existet amoris. S. Thom. Vill. f. 1. D. 17. Pent.

§. VII.

Concionator faciat bona, quæ docet.

Núm. I.

Figure, Symbola, Allegoria.

Ex Veteri.

Reverſus Moyses de monte, portans duas tabulas T. simoni in manu sua. Ex. 32. 15. Quisquis in monte cum Deo fuit, tabulas defert. Defert autem non in ore, ut aliis eas redicat; nec in humeris, ut eas cæteris imponat; sed in manu sua: ut non tam verbò, quàm opere, & veritate, sit Legislator in Israel. Oliva l. 2. Strom. §. Reverſus

Retorior ad collum capite &c. Levit. 1. 15. Os turturis torquetur ad axillas, ut scilicet Prædicator faciat, quod dicit. S. Bonavent. in Pf. 44.

Qui linguâ lambuerint aquas. Judic. 7. 5. S. Greg. aquis doctrina sapientiæ; stante autem genu recta operatio designatur. Qui ergo, dum aquas bibunt, genu flexisse perhibentur, à bellorum certamine prohibiti recesserunt: quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad prælium, qui, dum doctrinæ fluentia hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt. Orig. hom. 9. Quod dicit, eos manu, & linguâ, aquam lambere; non absque Sacramenti significantia videtur scriptum: scilicet, quòd & manu, & linguâ, operari debent milites Christi; hoc est, opere, & verbò. qui fecerit, & docuerit &c. Corn. hic.

Manibus, & pedibus reptans. 1. Reg. 14. 13. In manibus opera solent significari; Reptat manibus Prædicator, quando peccatoribus viam non profert sapientiæ verbi, sed exemplo conversationis. Corn. hic.

Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam & percutiebat manu sua. 1. Reg. 16. 23. Cithara est virtutum unita harmonia; qua n excitat operatrice manu, qui expetit animos à nequissimo spiritu ad Dominum revocare. S. Chryl. hom. 4. in Acta. Cithara est charitas, seu sanctitas ipsa, Concionatoris; chordæ autem voces loquentes verba, quæ ad charitatem, seu sanctitatem, exprimendam pertinent. Omnes in unam suam expirant harmoniam; hoc demonum furorem compescit. Matth. 2. 2. vidimus stel- lam ejus in Oriente, & venimus adorare

eum. Quâ viâ hi peccatores adducuntur? ege- gii cujusdam peccatoris monitis, prædicavit stel- la ex Orientis suggestu? an fulgida lingua verba efformavit? minimè; sed actionibus Sanctis usâ est ad peccatorum reductionem. Esco. t. 6. Pa- rab. Chr. Obf. 2.

Quot Saulis Duces muniti armis fulgurabant in Castris Israel, cum Goliath arca Dei insultaret? nullus armatorum à tanta injuria castra Dei vindicavit, nisi inermis David; cui non nisi funda in dextera, 1. Reg. 17. 49 & Deus in corde. Agendum magis, quàm præcipiendum. Quod monstrum esses, si longiorem haberes linguam, quàm brachium? An non id es? si minus agis quàm loqueris? Una tibi data lingua à natura, binæ manus: ut plus agas, quàm dicas. Oliva l. 9. Strom. §. Sint lumbi.

Currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Sic Eliseus vocat Eliam. Auriga est, qui ducit, & viam ostendit; currus verò, qui supra se pondera suscipit; illa faciens, quæ aliis præficit facienda. Diez Concionat.

Docebant populum habentes librum Legis Domini. 2. Paral. 17. 9. Quod doces, imple Summa Prædic. Concionator.

Spectosus formâ præ filius hominum. Psal. 44. 3. tum conversis oculis ad sponſam: audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. v. 11. Cur magis ambit audiri, quàm videri? qui cum fructu audiri cupit, oportet esse talem, ut avidè, jucundèque prius videatur: sic enim vires adjiciet verbis. Did. Nissl. ser. 3. post D. 2. Quadr. §. 2.

Omnes gemellis factibus. Cant. 4. 2. Gemellos foetus pariunt; cum exemplo, & verbò; opere, & sermone, potentes sunt. Hinc natura duos ordines dentium statuit, qui gemellis foetibus comparantur; ambòque ita necessarij sunt, ut unus ordo sine altero officium mandendij cibum præstare nequeat. Qui sibi nequam, cui alii bonus erit? Eccli. 14. 5. Hinc Oritur causa, inquit Nissenus, cur sponſus prius laudet dentes, quàm labia; & illos ovibus ruminantibus assimilet: quia labia in loquendo pulchritudine non florent, nisi dentes, per studiosam contemplationem, labijs hanc ipsam in loquendo gratiam conferrent. Prius ergo dentes ruminandi munus obeunt, cuncta, quæ dicenda sunt, considerantes; quàm aperiantur labia ad ea proferenda alijs. Unde Pf. 36. 30. Os justij meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. de Ponte hic. Exhort. 4. §. 3.

Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem. Il. 52. 7. Potius laudandum videtur os, vox, quàm pedes. Laudes Prædicatoris non tantum crescunt ex verbis, quantum ex operibus. Sylv. c. 4. in Jo. q. 20.

Quasi tuba exalta vocem tuam. Il. 58. 1. Cur non præcipitur, ut leo rugire, aut ut tonitru populum percillere? Tuba prius manibus applicatur ab ijs, tum succedit oris flatus. Did. de Castillo. Illat. 68.

Manus hominis sub pennis eorum. Ezech. 1. 8. S. Greg. hom. 3. Manus hominis sub pennis,

pennis, est virtus operis sub volatu contemplationis. Ægyptii, ait Horus hierogl. 27. sermonem notantes, pingebant linguam, & sub ea manum: significantes, ut sermo sit efficax, opere implendum esse, quod quis dicit, & suadet. Cornel. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Exiit qui seminat seminare semen suū. L. 8. 5. Advertat Concionator, nē, sicut loquax avicula facere solet, quæ caveis abdita humanas discit voces imitari; sic ille verba non sua, sed clementia profert. Id est, nē ea prædicet populo, quæ ipse prius non egerit. Stella hīc.

Date annulum in manu ejus, & calceamenta in pedes ejus. Luc. 15. 22. S. Hieron. annulus est signaculum similitudinis Christi; hoc signaculū in manu datur, quando opera justitię Scriptura significat. Quid de calceamentis dicendum? S. Amb. Evangelii prædicatio est Eph 6. 15. *calceati pedes in preparatione Evangelii pacis.* Benedict. Fernand. in Gen. 1. Sect. 1.

Accipi librum de manu Angeli, & devoravit illum; & erat in ore meo tanquam mel dulce. &c. Apoc. 10. 10. Legem Domini eloquenti, & vano, dulce est prædicare; illam autem devorare, digerere, & opere comple- re, plurimis amarum est: & ideo pauci eam devorant. Idcirco dicitur. Apoc. 1. 3. *beatus, qui legit, & audit verba prophetiæ hujus.* Verum non hic sistendum est; ideo addit, *& servata ea,* quæ in ea scripta sunt. Diez. ser. 6. D. 1. Quadr.

Pictor solò verbò nunquam faceret bonum Discipulum. Ità Prædicator est pictor, depingens nobis imaginem Patriarcharum, quando prædicat de misericordia; & Prophetarum, quando de devotione; & Apostolorum, quando de charitate; & sic de aliis. Sed, si solò verbò dicat, nunquam faciet bonos Discipulo: quia oportet, ut operi etiā manus apponatur; ut opere adimpleat, quod aliis servandum prædicat; aliàs dicitur vobis: ò Ribaldus ipse, tam bene dicit, & malè facit! S. Vinc. Ferr. serm. de S. Thom. Aquin.

Sicut, qui theriacam vendunt, eam prius in se experiantur, alioqui nemo vult eam emere; sic, qui virtutem docent, eam in se debent experiri, & id, quod aliis dicunt, efficere. Diez. Concionator.

Num. II.

Exempla

Ex Veteri.

Notandum. Gen. 1. verbum Creandi, & operandi, primò esse positum antequam Deus loqui, & dicere, dicatur: primò dicitur, *creavit,* deinde *dixit, fiat lux.* S. Ambr. l. 76. si non loquimur verbis Dei gloriam, factis exequamur ejus gloriam; quoniam dictis facta priora sunt. Fernandus in Gen. 1. Sect. 1.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

In hoc scies, quòd sim Dominus: ecce percussam virgā, quæ in manu mea est. Ex. 7. 17. At quæ manus hæc? nonne Moyses? ita planè. Cur ergo Deus manum suam vocat? Respond. Cajetanus: manum Moyses appellat Deus propriam; quia jam eum constituerat Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. Erat ergo manus Moyses manus Dei, propter admiranda opera, quæ patrabat. Deus vocatur Moyses; non quòd eloquens, sed quia erat vir operum. Elegantius quidem loquebatur Aaron; at Divinius operabatur Moyses. Fernandus in Gen. 1. Sect. 1.

Testificatus est Dominus in Israël, & in Juda, per manum omnium Prophetarum. 4. Reg. 17. 13. Sed quomodo facta admonitio per manum Prophetarum? Abul. hic q. 7. respondet: dicitur per manus, id est, per os Prophetarum; quia non fit admonitio per manum. Sed hæc responsio difficiliter reddit dubium: nam cur putat, per manum, os Prophetarum intelligi? quia Prophetæ docebant populum; & Doctoris fidelis munus est, quod ore docet, opere implere. de Castillo. Illat. 212.

Dixi, custodiam vias meas. Ps. 38. 1. id est, certò apud me statuo, virtuti, & perfectioni, studere. Et quod inde emolumentum? *ut non delinquam in lingua mea:* quia, si virtutem docendo, aliud verbis, aliud operibus, ostendam; exiguum capient ex mea doctrina proventum. de Pinna in Eccl. Ethol. 112.

Exempla

Ex Novo.

Christus Dominus.

ET *aperiens os suum docebat eos.* Math. 5. 2. Cur dicitur, quòd Christus aperuerit os suum? S. Chryl. hom. 15. cuius rei gratiā videtur adjunctum, *aperiens os suum?* ut procul dubiò disceres: quia, non cum loqueretur solum, sed etiam, cum taceret, docebat. Similiter Euthym. quam ob causam ait Evangelista, quòd os suum Christus aperuit? quia, etiam non apertò ore, docebat eos operibus. Sylv. hic. q. 9.

Euntes predicare. Math. 10. 7. Qui laborem indicit concionandi, ipse suscipit. Velloso in Judith. 7. Paren. Math. 11. 1. *transiit inde, ut doceret.*

Surgite, orate. Luc. 22. 46. Monet Discipulos orare; sed postquam ipse prius diu oravit. Oliva l. 13. Strom. hic.

Potens in opere, & sermone. Luc. 24. 19. Bonus ordo præcedant sermonem opera, ut efficax sit. Sylv. hic.

Quemadmodum ego feci. Jo. 13. 15. non dixit, quemadmodum ego dixi. Nazianz. opus enim sermone fortius est; & validior operis, quàm oris, vox. Tertull. l. de pallio: auditur Philosophus, dum videtur. Escob. t. 3. Colloq. Chr. Obs. 8.

Capit Jhesus facere, & docere. Act. 1. 1. S. Ambr. l. 57. audis ergo, quoniam præcedit factum, subsequitur doctrina: siquidem bene facere,

Pp

cere,

cere, prima doctrina est. Apud Olivam tom. 3. conc. 31.

Cur, postquam Joannes narravit de manu Christi cum septem stellis, mox ad os ejus cum gladio vertit sermonem? Apoc. 1. 16. quia verba operibus, mox vitæ, lingua manibus jungenda. Sylv.

S. Joannes Baptista.

Factum est verbum. Luc. 3. 2. Cur non dicitur: Dominus locutus est. Destinabatur Joannes, ut prædicaret, & alios erudiret: prius verbum prædicationis in eo fit, & in se adimplet, quod docturus est. Sylv. hic q. 12.

Plus quam prophetam. Luc. 7. 26. Ille, qui minus facit, quam dicit; est minus, quam propheta; qui autem plus facit, quam dicit; plus est, quam prophetæ fuit Joannes. Hugo Card. hic. Opportunè nobis Joannes beatissimus jejunii tempore penitentiae Doctor advenit; dicto factoque Magister verus. Sanct. Chrysol. f. 167.

Ego sum vox. Jo. 1. 23. Non dicit: ego clamo; sed, *ego vox*: non enim est aptus officio prædicandi, qui solum ore clamat: sed ille potius, qui totus est vox; ore clamans, & opere. Osor. D. 3. adv.

S. Joannes ad penitentiam etiam hortabatur habitu: lugubrem enim gerebat vestem. Theophyl. in c. 3. Matthæi v. 4.

S. Joannes, quia penitentiam prædicabat, ipsam penitentiam in cibo, & potu, & habitu, prætendebat; quasi diceret populis ad se confluentibus: si ego, qui justus sum, penitentiam fecerit; & vos penitentiam habitum sumere debetis multo magis, ut veniam consequamini. Haymo hom. D. 4. Advent.

Quid feceras? ô Joannes! quæ peccata commiseras? quæ flagitia perpetraveras? ut talem ageres penitentiam? Sanctificatus in utero, confirmatus in gratia, plenus Spiritu Sancto, mortali peccare non noverat. Ad quid ergo penitentiam tantus rigor? Nempe quia prædicaturus erat peccatoribus penitentiam, prius eam in seipso operibus ostendit, quam sermonibus docuit. S. Thom. Vill. Conc. 3. de S. Jo. Bapt.

Domini Præcursor vox fuit. Non satis est, quod clames; sed ipse vox esse debes; opere præstans, quod verbò dicis. Stella, de cont. Mundi p. 1. conc. 31.

Exempla aliorum.

Et convenientes Apostoli ad Jesum, renuntiaverunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant. Marci 6. 30. Theophyl. neque enim satis est, si doceamus, nisi & fecerimus. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur.* Matth. 5. 19. Sylv. hic c. 17.

Non audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non efficit Christus. Rom. 15. 18. id est, non audeo de humilitate, patientia &c. concionari, nisi &c. Diez. Concionator.

Senem Pestum moribundum fratres pro documento rogantes: nunquam, ajebat ille, quem-

quam docui, quod prius ipse non feci. Cassian, de Cœnobit. Instit. c. 28.

Motiva varia.

Ex Veteri, & Novo.

Custodi legem, & erit gratia facibus tuis. Prov. 3. 21. 22.

Nisi abundaveris justitia vestra &c. Matth. 5. 20. Docet, debere discipulos suos, & Doctores, non docere solum, sed etiam facere. Barrad. hic t. 2. 7. c. 14.

Operarii autem pauci. Matth. 9. 37. Non dicit Sacerdotes, Scribæ pauci; sed *operarii pauci*: quia pauci sunt, qui vitæ, & doctrinæ, student saluti animarum. Cajet. hic. Nunquam Mundum convertissent ad fidem Apostoli, ac eorum proximi succedentes; si dixissent, & non fecissent. Id. in Matth. 23.

Ponite in cordibus vestris sermones istos. Luc. 9. 44. Non in libris tantum, ut multi; nec tantum in cordibus aliorum; ut illi, qui prædicant, quæ non implent; & eos, tanquam depositum custodite. Dion. Carthuf. hic.

Ut mittat operarios. Luc. 10. 2. id est, Prædicatores, magis opere, quam ore prædicantes. Est enim prædicatio gladius; qui, nisi teneatur manu, non terret adversarios. De iis, qui dicunt multa, & faciunt pauca, dicitur Psalm. 58. 8. *gladius in labiis eorum.* Hugo Card. hic.

Opus fac Evangelista. 2. Tim. 4. 5. Anselmus hic: id est, Evangelici Prædicatores; opus enim Evangelistæ est, bene vivere, & bene dicere; moribus, & verbis instruere Castillo Illust. 68.

Audivi post me vocem magnam tanquam tuba. Apoc. 1. 10. Deinde ait v. 12. *conversus sum, ut viderem vocem.* Talis vox Prædicatoris debet esse, quæ videatur; quando, quod dicit ore, ostendit opere: & tunc talis vox est efficax, nec vacua revertitur. Hugo Card. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Utinam tam multi bene facerent, quam multi loquuntur bene! Lactant. l. 4. div. Instit.

Nullus sermo Doctoris firmus est, nisi prius docens se factorem declaret. Theophyl. in Luc. 24.

Parum sine operibus profunt verba; virtus autem absque sermone plurimum. S. Laur. Just. in fasciculo amor. c. 2.

Sermoni omni sermo alius adversari potest; vitæ autem egregiæ, quis tandem erit, qui adversetur? Aut a docendi munere abstinere; aut moribus, vitæque probitate, doce: nè alioquin discipulos alterâ manu trahas, alterâ repellas. S. Greg. Naz. in sententiis.

Da voci tuæ vocem virtutis, consonet vita verbis; & statim erit in ore tuo vivus, & efficax sermo Dei, & penetrabilior omni gladio accipiti.

pit. S. Bern. ferm. ad Pastores in synodo congregatos.

Non in verborum splendore, sed in operum virtute, totam prædicandi fiduciam ponat. S. Prosper l. 1. de vit. contempl. c. 23.

Percunctatus sum ex Japone, utrum, si in Japoniam cum eo proficiscerer, censeret incolas Christi sacra suscepturos? Et ille, populares quidem suos non continuo his, quæ dicerentur, assensuros, respondit; sed multis interrogationibus exploraturos, quid afferrem religionis? maxime verò, utrum dictis facta congruant? S. Xaverius ep. 6. Societati Romam Cocinò.

Quisque vestrum ubicunque est, se primum, deinde alios, juvare studeat; inducatque in animum, nusquam se melius, quam ubi à Præposito constitutus fuerit, operam Deo navare posse. Et simul confidite; Deum, ubi tempus fuerit, hanc iis, qui præsumunt, mentem daturum; ut eò vos potissimum mittat, ubi vester labor fructuosissimus sit futurus. S. Xaverius ep. 5. Societati Goam Cangoximâ.

Contra eos, qui dicunt, & non faciunt.

Cùm Moyses virgam manibus teneret, erat virga; in terram projecta in colubrum vertebatur. Exod. 4. 3. Quando id, quod doces, opere comples, doctrina tua virtutis & iustitiæ virga est; quæ aquâ è faxis elicere, & duros peccatores convertere possit. At verò, si id, quod alios doces, manibus ipsè non attingas; aliud docueris, & aliud feceris; in tortuosum vertitur colubrum, qui conscientias auditorum lædat, & veneno inficiat. Stela de cont. vanit. p. 1. c. 31.

Deduxisti - populum tuum in manu Moysi, & Aaron. Pf. 76. 21. S. Hieronymus ait, significari egressionem peccatoris è statu servitutis culpæ in libertatem gratiæ. Sed cur non per Moysen solum, sed & Aaron manum? quia alter faciendi, loquendi officio alter, fungebatur. Si verbis conjuncta opera; educes à peccatis homines. Did. Niss. fer. 3. Dom. 2. Quadr. §. 2.

Alfcondit piger manum suam sub ascella sua. Prov. 26. 15. Pigno labor est, ad os manum suam porrigere: quia desidiosus quisque Prædicator non vult hoc operari, quod docet: manum quippe ad os porrigere, est voci suæ prædicationis opera concordare. V. Beda. Cornelius hic.

Folyanth. Sacr. Tom. I.

§. VIII.

Concionator sit boni exempli, quod efficacius verbis.

Symbola, & Allegoria.

Ex Veteri, & Novo.

Stetit sicut obediente Domino voci hominis. Jo. 10. 13. 14. Cur non dicitur jubente, sed obediente? nè sol, & luna, renuant parere, si præcipientem non viderent obedire. Naxera in Jol. 1. §. 30. Non potest auctoritatem habere sermo, qui non juvatur exemplo: dum iniquum sit, bona præcipere, & talia non fecisse. Cassiod. l. 11. var. 8.

In intellectibus manuum suarum deduxit eos. Pf. 77. 72. Quis manuum intellectus: intellectus sermonis, vox est rationibus exundans ingeniosis. At manuum intellectus est vis, quæ correptos invitatos servus ad cœnam adducit. Cajet. facta exemplaria significat, addendo *manuum suarum* Escob. t. 6. parab. Chr. l. 5. f. 2. Obf. 2.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. id est, ostende filiis meis, quæ tibi commisi bonum exemplum de te, bene vivendo. Et addit: *sonet vox tua in auribus meis*; id est, filii mei tibi commissi audiant vocem prædicationis tuæ: quod enim Ecclesia facit filiis suis sibi commissis, Christus reputat sibi factum. S. Thom. Aq. in Cant. lect. 2.

Pessulum ostii mei aperui dilecto meo &c. Cant. 5. 6. Quam pulcher ordo loquendi! prius myrrha stillat de manibus, & digiti myrrhâ probatissimâ pleni monstrantur; & deinde pessulum ostii dilecto aperitur? id est, prius vita laudabilis in exemplum præparatur; & deinde doctrina fidem quaerens audientium palam profertur. S. Rupert. l. 5. in Cant.

Animalia ibant, & revertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis. Ezech. 1. 14. Et post v. 24. *audiebam sonum plarum, quasi sonum aquarum multarum.* De Sanctis Apostolis explicat Aug. illud Pf. 103. 7. *ab increpatione tua fugient, à voce tonitru formidabunt.* Recentiores ita explicant: sicut tonante cœlo prius fulgura ad oculos, quam tonitru ad aures pervenit; ita prædicantibus Apostolis prius ad oculos exempla, quam ad aures documenta fundebantur. Sylveira in Matth. 10. 9. 18.

Vidimus stellam ejus. Matth. 2. 2. Cùm omnium Patriarcharum doctrina, & prophetica sanctorum eloquia, ad agnitionem Dei Judaica corda non flexerint; unius stellæ radius fidem gentium suscitavit. Quæ tanta commutatio fratres? quæve ista conversio? Apud Judæos Propheta loquitur, nec auditur; apud gentes stella tacet, & persuadet. S. Maximus ferm. 5. de Epiph.

Quia videlicet Propheta verbis curabat persuadere; stella autem tacens radiis fulgentium

Pp 2

virtu-

virtutum prædicabat. Escob. t. 6. Parab. Chr. Obs. 2.

Procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. Apoc. 4. 5. Prius fulgur oculis videtur, quàm tonitru auribus percipiatur: ut significetur; quòd optimi exempli lux verborum virtutem, & robur, antecedere debet. Corn. hic.

Exempla

Ex Veteri, & Novo, Patribus, & Aliis.

Colleclus est ad eum Israel. 1. Efdrae 10. 1. Nota, quantum exempla Doctorum juvent. Nihil scribitur Efdras locutus esse, sed tantum, auditò scelere, lacrymâsse; & turbam ad se fidelem non vociferando, sed lacrymando traxisse. Hugo Card. hic. Vide plura tit. Exemplum.

Renuntiate, qua audistis, & vidistis. Math. 11. 4. Auditores magni illius Concionatoris non audiebant solum, sed etiam videbant: audiebant divinum verbum, videbant modestiam, humilitatem. &c. Barrad. t. 2. l. 8. c. 10.

Ego vox clamantis. Jo. 1. 23. Exercitium Prædicatoris est, quia omnia ejus membra, & potentia, debent prædicare; vita, mores, & fama. S. Vinc. Ferr.

Quæ audistis, & vidistis in me, hæc agite. Philipp. 4. 9. Sint tuba, & lux.

Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione. 1. Timoth. 4. 12. Verbum auditur, conversatio videtur.

Ost. hac tibi faciem tuam, sonet vox tua. Barrad. t. 2. l. 8. c. 10.

Tonitruum erat ejus oratio, quia vita fulgur, S. Gregor. Naz. in Epitaphio S. Basilii.

Motiva varia.

Ex Veteri & Novo.

Fuge dilectæ mi. Cant. 8. 14. S. Ambros. l. de bono mortis c. 5. hortatur, ut fugiat sponsus: quia jam sequi potest etiam ipsa terrena fugientem.

Loquimini ad cor Jerusalem. Il. 40. 2. Isid. Pelus. l. 3. ep. 202. quandoquidem sermo actione destitutus non ultra aurem grassatur; qui autem ab actione animatus est, ut qui acris, & efficax, altè penetrat, animumque attingit. Eam ob causam Deus Sacerdotibus edixit, ut *ad cor* Jerusalem loquerentur: nam qui ad aures verba faciunt, permulti quidem sunt, & Sacerdotiò indigni; qui autem ad cor, pauci omnino. Sylv. in Math. 17. q. 27.

Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Tit. 2. 15. Anselm. imperii nomine non dominationem potentia, sed auctoritatem suadet vitæ: cum imperio quippe docetur, quod prius agitur, quàm dicatur. Apud Escobar t. 6. Par. Chr. l. 5. Sect. 2. Obs. 2.

Sententiæ Patrum.

Sermo dulcedinem non habet, quem vita reprobata intrâ conscientiam remordet. Unde necesse est, ut, qui verbum Dei loquitur, prius studeat, qualiter vivat; & post ex vita colligat, quæ, & qualiter dicat? Ad prædicandum quippe plus conscientia sancti amoris ædificat, quàm exercitatio sermonis. -- Qui enim vitam suam interitus pensat, & exemplò suò foris admonendo alios ædificat; quasi in corde linguæ calamus tingit, in eo, quod manu verbi proximis exteris scribit. S. Greg. hom. 10. inc. 3. Ezech.

Nihil prodest, aliquem exercitatum esse in dicendo, & ad loquendum trivisse linguam; nisi plus exemplò docuerit quàm verbò. S. Hier. c. 2. in ep. ad Tit.

Validiora sunt exempla, quàm verba; & plenius est opere docere, quàm voce. S. Leo in solennit. S. Laurentii.

Longa manu trajicientibus, ad cursum regendum, pro testera sunt alstrorum undequaque splendentium motiones. Et gubernator incumbens gubernaculo, tollit in cœlum oculos, alstrorum motibus aurigans navem. Qui verò vitæ pelagus rectè student percurrere, ac vitæ, secundum Deum institutæ, desiderant fecere fluctus; non alstra spectant, sed chorum justorum; ac eorum vivendi rationibus, studiisque incumbentes, quasi compositò gradu suam ipsorum vitam dirigunt. S. Basil. Seleuc. or. 8.

Quòd si Sacerdos quispiam ad utrumque non sufficit; videlicet, ut sit vitæ clarus, & doctrinæ facultate sit profluus; melior est vita procul dubio, quàm doctrina. Dulcior quippe est fructus operum, quàm folia nuda verborum. Quid designatur per angelum, qui pastoribus voce annuntiavit Nativitatem Domini, nisi geminæ gratiæ Prædicator; qui scilicet & doctrinæ verba exuberat, & sanctæ religionis splendore coruscet. Quid verò per Stellam? nisi simplex quilibet honestæ vitæ Sacerdos innuitur? qui licet affluenti eloquii facultate non polleat, claris tamen operibus, velut quibusdam radiis, micat: & quos non erudit verbò, informat exemplò. Quòd si non potest esse Angelus, qui per linguam Prædicatoris officium naviter impleat; sit saltem stella, quæ radios sanctæ conversationis emittat. Necesse est tamen, ut clarior per vitæ meritum luceat, qui facundæ prædicationis affluentia non abundat.

Hinc Moyfi impeditoris linguæ, Ex. 4. 10. adeò postmodum facies clarificata respendit, ut filiorum Israel visus obtunderet Ex. 34. 30. Aaron verò, de quo Ex. 4. 14. *scio, quòd eloquens sis*, nullus supernæ claritatis splendor accessit. B. Pet. Dam. l. 8. ep. 1.

Si quis, etiam linguâ tacente, proximis exempla bonæ actionis, eosque ad imitanda quæ neglexerunt, eleemosynæ, vel hospitalitatis, vel aliarum opera virtutum, convertit, officium profectò Doctoris exequitur. V. Beda in c. 5. ep. S. Jacobi.

Verba sinè vitâ, sunt literæ sinè sigillò. Ideo nihil fit pro literis Dei, quas nos portamus;

mus; quia sigillò caremus, Ugo Carens. in c. 51. II.

S. Xaverius ep. 2. ad S. Ignatium, Concinatorum aliquem oportet esse non doctrinam magis quam exemplò clarum: siquidem, quod te non fugit, ad persuadendum facta dictis sunt potiora.

Sanè boni apud improbos vitæ exemplò affidè concionantur; atque adè plus, quam Concionatores è suggestu, sæpè proficiunt: quippe, cum longè plus ad permovendum in factis sit, quam in dictis. S. Xaverius ep. 6. Societati Goam.

§. IX.

Concinator spernat terrena, amet paupertatem.

Ex Novo.

Nolite possidere aurum. Matth. 10. 9. Mundi contemptus in se ipsis oportet exempli præbere, nè incredulitatis occasio Evangelio præbeatur: prædicantes cælestia, terrena contemnant; annuntiantes æterna, temporalia omnino fastidiant; non gerant illa moribus, à quibus verba excellè tonantia homines nituntur avellere. Sim. de Cassia l. 9. c. 18.

Pauperes evangelizantur. Matth. 11. 5. Potest id dupliciter intelligi. I. activè, juxta Euthymium, Theophyl. Abul. hoc est, Apostoli pauperes evangelizant. II. passivè, ut docent Lyr. Hugo, Cajet. Si Activè sumas, inter miracula censetur; quòd pauperes evangelizentur. Sylv. hic.

Ad Joannem egrediebatur omnis Judæa regio. Marci 1. 5. Da mihi aliquem de occupatis solitarios iridentibus, qui per omnes ætatis suæ totius discursus, & sudores anxios, tantundem proficiat, quantum solitarius iste manens in deserto fructificavit. Mirari, & colere solent homines, præsertim simplex vulgus, eos viros, quos in vita sublimes, & sibi met austeros, aspiciunt; ob hoc maxime quòd nullà cupiditatis, aut ambitionis, notà respurgunt. Ex opposito Prædicatores nostri temporis, quia talibus inhiare vehementer, populariter, & ardentè, cognoscuntur, fit sermo eorum in approbrium, fit de mendacio, aut pravà intentione, suspectum, Jo. Gerfon hic Lect. 2.

Erat Joannes in desertis. Luc. 1. 80. Prædicabat primitus exemplò Sanctorum, spem regni cælorum per contemptum terrenorum; quatenus autoritatis pondus adderet verbis suis operatio; atque talis meritò judicaretur, qui fallere nolle cupidine mundanorum. Jo. Gerf. tr. 11. sup. Magnif.

Nihil tuleritis in via. Luc. 9. 3. Occasione scilicet temporalis sustentationis, ut exemplò prædicetis illud 1. Tim. 6. 7. *nihil insulimus in hunc Mundum; haud dubium, quòd nec auferre quid possumus.* Unde Prædicator veritatis super omnia vitare debet vitium cupiditatis; alioquin non erit Prædicator veritatis, sed adulator. S. Bonav. hic.

Nolite portare sacculum. Luc. 10. 4. Hic eis præcipit, nè quid deferant, in quo vel frustum panis includant: ut innotescat, eos non cupiditate, sed salutis animarum zelò duci. In nonnullis regionibus in domum defuncti conductæ lamentatrices veniunt; quæ, etsi verbis, & ejulatibus, alios conentur ad defuncti obitum sentendum, plorandumque commovere; ipsæ tamen nè unam quidem lacrymam effundunt, nec dolore tanguntur: quia querunt solum lucrum. Iis similes mercenarii Concionatores. Diez. Conc. 3. in Com. Evangelist.

Rogo te - ut mittas eum &c. Luc. 16. 27. Cur non Abrahamum ipsum mitti peccit Prædicatorem fratribus? forsàn apud se statuit dives, quòd major fides adhibenda pauperi Lazaro, quam diviti Abrahamo. Sylveira in Matth. 11.

Reliquit ergo hydriam suam mulier. Jo. 4. 28. S. Bonav. & Hugo: hydria significat temporalem sollicitudinem, quam debet Prædicator relinquere, ut Christum annuntiet. Sylv. hic 9. 36.

Projecit cupiditatem, & properavit annuntiare veritatem. Discant, qui volunt evangelizare; & projiciant hydriam ad puteum. V. Beda hic.

Post hæc abiit Jesus. Jo. 6. 1. Per Jesum intelligitur Prædicator, qui seipsum salvare debet per bonam vitam, & alios, per sanam doctrinam. Hic Prædicator refecturus plebem verbò Prædicationis, primò mare hujus sæculi transire debet, & elongare, & ascendere in montem vitæ eminentis; & tunc sequetur eum, id est, imitabitur, multitudo magna plebis. Hugo Card. hic.

Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat. Act. 4. 32. *Sed erant illis omnia communia;* mox v. 33. dicitur: *virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis J. C. D. N.* Quæ connexio inter paupertatem, & prædicationem Evangelicam? ut simul apponantur? Petr. Dam. opusc. 34. ut patenter ostendat, quòd illi duntaxat idonei sunt ad prædicationis officium, qui nullum terrenæ facultatis possident lucrum. Sylv. in Matth. 11. 5. q. 7.

§. X.

Concinator corpori sit noverca.

Tenuerunt sinistri manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaverunt q. Judic. 7. 20. S. Greg. l. 30. mor. c. 7. intuentum est: quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra, tenuerunt: quia pro magno habent prædicationis gratiam, corporum verò utilitatem pro minimo. Quisquis enim plus facit utilitatem corporis, quam gratiam prædicationis, in sinistra tubam, in dextera lagenam tenet. Oliva t. 3. conc. 21. de pass. Chr.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Una ex præcipuis falis proprietatibus est, quòd non cpndiat, nisi coneratur. Ità oportet Concinatorum, animarum zelatorem, labore atteri, & aliam

Pp 3 quam

quam iacturam virium pati. Talis Christus ut sal in passione contritus. Diez. Conc. 1. Com. Doctor.

Damibi bibere. Jo. 4. 7. Christus post laborem invitat nos ad paritatem, & vitæ austeritatem, in hoc, quod domum non petit; sed super fontem simpliciter sedit. In hoc etiam, quod non vinum, sed aquam, petit. Hugo Card. hic.

§. XI.

Concionator sit humilis; non quærat suam, sed DEI, gloriam.

Symbola, & allegoriæ.

Columba emittitur. Gen. 8. 11. ad revocandum perditos; & revertitur portans ramum olivæ: quia pacem, & misericordiam prædicans, fructum suæ prædicationis reportat Domino. Hugo Card. hic.

Tuba, per quam designatur Prædicator, non resonat, nisi vacua. & Prædicator debet esse vacuus per humilitatem, perque rerum terrenarum neglectum. Hugo Card. in Ps. 44.

Puer parvulus minabit eos. II. 11. 6. Puer parvulus est humilis quisvis Apostolus, & Prædicator; qui populum minat, id est, ducit, docet, & regit. Ità S. Cyrill. Hieron. & C. Corn. hic.

Motiva.

Lavabant retia. Luc. 5. 2. Post officium prædicationis lavant retia piscatores; quando Prædicatores sanctæ Ecclesiæ, post expletam prædicationem, lacrymis abluunt, quod in prædicatione, aut fortè per iactantiam, aut per negligentiam, deliquerunt. Haymo D. 5. post Trinit.

Reversi Apostoli narraverunt illi &c. Luc. 9. 10. In quo apparet illorum fidelitas; quia ad divinum consortium celeriter redierunt. Vel idèò narraverunt; ut de bonis factis non quærerent sibi gloriam, sed omnia referrent in Deum. S. Bonav. hic.

Etiam pulverem, qui adhaesit nobis &c. Luc. 10. 11. Pedes Apostolorum sunt affectus Prædicatorum; quibus pulvis consuevit adherere, scilicet inanis gloriæ, impatientiæ, avaritiæ. Primus pulvis adheret, cum laudatur; sed excutitur per considerationem sui: vos non estis, qui loquimini. *Quid habes, quod non accepisti?* I. Cor. 4. 7. Secundus pulvis adheret, cum contemnuntur; sed hic excutitur per rememorationem Christi secundum illud Jo. 15. 20. *non est servus major Domino suo.* Tertius pulvis adheret, quando munera offeruntur; sed hic excutitur per memoriam mortis. I. Tim. 6. 6. *nihil insulsum in hunc Mundum.* S. Bonav. hic.

Et duxerunt illum ad Jesum. Luc. 19. 34. Multi vanæ gloriæ cupidi concionatores, non ad Christum, sed ad seiplos populum Christianum alliciunt. Stella hic.

Non adulterantes verbum Dei. 2. Cor. 4. 2. Sicut adulteri, non prolem, sed voluptatem suam, quærunt; sic multi Concionatores non spiritualem prolem, sed potius inanem gloriam, adipisci conantur. Diez. Conc. 1. Com. Doct.

Nolim te moveri ex eo, quod sæpe tibi abjectum sermonem, fastidiosumque habere visus es.

Nam & mihi propè semper sermo meus displicet: melioris enim avidus sum, quò sæpe frui interius, antequam eum explicare verbis sonantibus cœpero. S. August. l. de catech. rudibus ad Fratrem Deogratias.

De fastuosis, & vanæ gloriæ cupidis Concionatoribus.

Us fugeret. Jon. 1. 3. Fugit Jonas, quia præsumebat, Ninivitas, ad Dei minas à se proclamandas, penitentiam acturos, & Deum penitentibus parturum. Itaque se quasi falsum prophetam irridendum. Ecce quibus umbris vanè vanus conturbatur homo. Eum sequuntur Concionatores, honoris sui, non divini, studiosi, qui auram popularem aucupantur. Corn. hic.

Secundum opera eorum nolite facere. Matth. 23. 3. Christus Cant. 4. 11. commendat sponfam, simulque egregium laudat Concionatorem: *mel, & lac, sub lingua ejus.* Philo Carpath. falsi Christi servi, quales sunt Prædicatores ficti, mel in lingua portant, quod sublingua non habent. Sæpe enim aliis cœlestia gaudia prædicant; cum ipsi tamen terrestria, & peritura bona, desiderii appetant. At recti buccinatores Dei, dum divinæ sapientiæ dulcedinem loquendo effundunt, eaque mentes audientium reficiunt, & idem secum sub lingua retinent, dum ea omnia sibi profutura reservant, & sanctè peragunt, quæ cœteris rectè prædicarunt. Escob. t. 3. Coll. Chr. Obf. 2.

Nè simus sicut organi fistulæ: quæ nisi ventò plenæ sunt, nec resonant, nec ullam melodiam faciunt. Miserum illum Concionatorem! qui ad prædicandum nec os, nec affectionem habet, nisi dum aura vanitatis, & superbiæ flat; & proinde in locis ignobilibus, & rudi plebi, prædicare non dignatur; quòd gloriæ spes non adit. Diez Conc. 2. in assumpt. B. V.

§. XII.

Concionator non spernat pauperes, & simplices.

Symbola, Allegoriæ.

Ex Veteri.

In scala Jacob Angeli ascendunt, & descendunt. Gen. 28. 12. Angeli Dei, id est, nuntii, sunt Prædicatores veritatis. Rupert. Non semper in summitate scalæ, ubi majestas eminet; sed etiam ad scalæ pedes, ubi nihil honorificum, prædicet angelus pacis: in nosocomiis, carceribus, turre-

triremibus, pauperibus. Alvarez Joseph Illustr. Gen. 39. Illustr. 121.

Altare de terra facietis mihi. Ex. 20. 24. & offeretis super eo holocausta. Alij, pro pretio arae, victimarum constituunt pretium. Si altare fulgeat, praestantissima immolant; si altare squalcat, vix immolant. Non ita iussit Dominus; etiam in imo immolari iussit boves, & oves. Tu quoque, si sapias, fervorem tuum explicabis, tum in splendido, tum in obscuro munere. Paulus non solum Dionysium ex tribunali traduxit ad Cathedram; sed Onesimum fugitivum ita elaboravit in vinculis; ut ex mancipio Ephesiorum Episcopum effinxerit. Oliva lib. 4. Strom. §. appar. gratia.

Fili hominis, pone faciem tuam ad montes israel. Ezech. 6. 2. Docentur hic Concionatores non seclari copiosum auditorem: nam Ezechiel, tantus orator, jubetur verba facere ad rupes. Quid queris, solos tibi parietes peroranti adesse? solae rupes aderant declamanti propheta. Et quidem, ne putares, incultia, & extemporanea usum ad eam oratione, Deus ipse concionem dictavit. Oliva t. 4. Strom. ibid.

Ex Novo.

Erant enim piscatores. Matth. 4. 18. de quibus Jer. 16. 16. *ecce ego mittam piscatores multos.* Dominus ad suum Apostolorum non venatores, sed piscatores vocat: quia venatores ad certam aviculam, aut praedam, collineant; at piscator in incertum mittit rete, ad capiendos quoscunque pisces. Sylv. hic q. 6.

Vos estis sal terrae. Matth. 5. 13. Sal omnem carnem condit.

Apposuerunt turbae. Marci 8. 6. Adnotat Marcus, Discipulos accepisse à Domino panes, ut apponerent: cuiusmodi? an Principibus? an Pharisaicis? an propinquis? an uni, aut alteri? profecto turbis, viris, foeminis, parvulis, omnibus. Escob. t. 1. Mirac. Chr. sect. 5. Obs. 4.

Omnia quadrupedia, & serpentina terra, non solum leones, elephantas, sed & serpentina. Act. 10. 12.

Varia Motiva.

Sapientia foris predicat, in plateis dat vocem suam. Prov. 1. 20. Non in solis magnis urbibus, & magna hominum frequentia; sed foris, etiam in oppidulis, in pagis, clamitet. Alvarez Jos. Ill. Gen. 39. Illustr. 121.

Mittens duos de Discipulis. Matth. 11. 2. Vox fuerat Joannes clamantis in deserto, nunc in carcere. Qui Dei vox est, ubique clamat; in deserto, in rupe, plateis; in palatiis regum, & casis pauperum. Alligatur carcere corpus, non vox. 2. Tim. 2. 9. *verbum Dei non est alligatum.* Barrad. t. 2. l. 8. cap. 10.

Pauperes evangelizantur. Matth. 11. 5. Inter caetera adventus sui signa hoc imprimis ponendum censuit Redemptor; quod pauperes evangelizentur. Et sane prodigii loco habendum; si concionator aliquis pauperibus verbum salutis

annuntiet; si incarceratis, si rusticis; sed omnes pro jam dolor! urbes confectantur primarias, omnes primas metropolitanas Cathedras affeclant, solis divitibus concionari gestiunt. Bess. D. 2. Adv.

Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Matth. 25. 45. Despicias stabulum? Christum despicias, cuius stabulum est. S. Chryostomus optasset videre concionantem Paulum: ego Paulinum libenter vidissem rusticantem &c. Oliva l. 4. Strom. §. apparuit gratia.

Circuibat castella in circuitu docens. Marci 6. 6. Non in solis civitatibus docebat Dominus, sed & in vicis, ut nos discamus, parvas non despiciere, neque semper magnas quaerere, civitates; sed & in contemptis oppidulis praedicemus. Theophyl. hic.

Pradicate Evangelium omni Creaturae. Marci 16. 15. Dion. Carth. ex Evangelio isto docemur, quod Praedicatorum nullum debeant despiciere; sed sine personarum acceptione, unumquemque pro posse suo instruere, exhortari, corripere; cum in Evangelio isto dicat Salvator: *pradicate omni creaturae.* Unde Joseph in persona Christi, dixit fratribus suis personam Praedicatorum gerentibus: *non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum ad duxeritis vobiscum.* Gen. 43. 3. Sylveira hic cap. 10.

Apparuit gratia Dei &c. Tit. 2. 11. Aliqui, si in luce reponantur, omnia praestant; si vero in luto sinantur, agunt nihil. Oliva l. 4. Strom. §. Apparuit &c.

Suscipe illum, sicut me. Philem. v. 17. Quantum sapientiae, & doctrinae, disseminare debuit Paulus in arenis illis fervilibus, quod apte redderentur ad infulas, ad Evangelium, ad Martyrii palmas. Omnino, si Paulus esses, ita elaborares Apostolum ex silice, ut ex auro. Non ex ebore tantum Phydias sciebat facere simulacra, aiebat Seneca. Nulla materies tam vilis est, in quam non debeas officii tui studia omnia conferre. Oliva l. 4. Strom. cit. Accede ad puteum Sichar, Jo. 4. 10. & vide quas sapientiae opes coram Samaritana Dominus profundat; parcius Scribas, & Apostolos, instruxit, quam scortum. id. ibid.

§. XIII.

Concionator etiam paucis, imò vel uni, libenter concionetur.

Exurgens MARIA abiit in montana. Luc. 1. 39. Nescio, an verbi Dei adeo studiosi sint, qui non nisi apud nobilium conventus, in frequentissimis templis, in urbibus, de illo verba faciunt. Ecce Dei Verbum, virgineo utero clausum quò se primum deducat, per abrupta montium; ut vel famelicum puerulum Joannem cibò salutis satiet. Baeza l. 1. cap. 8. §. 3.

Unica ad pedes ejus fedit Magdalena. Luc. 10. 39. Ut audiret verbum ejus; & copiosè ei illud ministrabat. Unicam ad puteum natus est Samaritanam; nec eam est dedignatus; sed

sed instruxit, catechizavit, & convertit, & per illam Samaritanos ad fidem adduxit. Joann. 4. 6. 29.

Venit ad eum Nathanael cum Philippo, Joann. 1. 47. *Venit Nicodemus nocte* Jo. 3. 2. & his paucis non dedignatus est evangelizare regnum Dei. Marchantius D. Sexag.

Incipiens à Moysè. Luc. 24. 27. Duo- bus pauperibus Discipulis tot mysteria declarare dignatus est Dominus: hodie verò nisi Prædicator plurimos habeat auditores, eosque nobiles; putat operam perdi. Diez. fer. 2. Pasch.

Sufficit ei, qui cognoscendi est potestate præditus, si ei vel unus inventus sit auditor. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Non personarum, sed auditorum, multitudinem in Ecclesia requirimus. S. Chryf. t. 6. hom. de Anna.

Qui sapit, munus concionandi obeat purè ex obedientia, & amore Dei; ac eadem quiete animi, & eadem alacritate, concionetur paucis, & multis; plebeis, & nobilibus. Magnum cogitet se habere auditorem Deum; ac de eo dicat id, quod Plato de Aristotele: hic unus mihi sufficit; plures enim est, quàm mille alii. Cornel. in Eccl. c. 3.

§. XIV.

Concionator vacet sibi; amet solitudinem, & silentium.

Symbola, & allegoriæ.

Tabernaculum ita facies, decem cortinas.

Ex. 26. 1. Oleast novit Dominus, quàm facile in contemptum veniant, quæ nobis sunt familiaria: ideo, licet delicias duxerit esse cum filiis hominum, voluit tamen eis multis operculis occultari. Did. Niff. D. 4. Pent.

In sole posuit tabernaculum suum. Psal. 18. 6. Possunt etiam hæc exponi de Prædicatore. Debet etiam Prædicator habere tabernaculum, debet habere thalamum: in tabernaculo militatur, in thalamo quiescit. Debent enim Prædicatores militare, & pugnare, contra vitia in tabernaculo prædicationis; debent nihilominus quiescere in thalamo contemplationis. Hugo Card. hic.

Qui producit ventos de thesauris suis. Ps. 134. 7. S. Aug. eosdem puto Prædicatores, & ventos. Venti sentiuntur, & non videntur. Did. Niff. D. 3. adv. §. 2.

Vox turturis. Cant. 2. 12. Dicitur Joannes apud Theodoretum, utpote solitarius: Bar. rad. D. 3. Adv. t. 2. l. 2. c. 14. Non vacat à mysterio, quòd mutus pater Joannem genuit, qui vox clamantis fuit: semper enim melius vox in silentio generatur, & spiritualis otii quiete sapientia foris proferenda percipitur, Gallfridus lib. allegor. super Luc. Unde Sanctus Basil. in regul. sup. disput. cap. 13. vocat silentium, gymnasium bene loquendi. Novarin. Elect. Sacr.

Piscatores autem descenderant, & lava-

bant retia. Luc. 5. 2. Quare piscatores lavabant retia? Respond. Beda: Piscatores sunt Ecclesiæ Doctores, qui nos reti fidei comprehensos, de profundo ad lumen elatos, quasi pisces littori, sic terræ viventium advehunt. Sed hæc retia modò laxantur in capturam, modò lota plicantur: quia non omne tempus est habile doctrinæ; sed nunc exercenda lingua Doctoris, nunc summet cura gerenda. Sylveira in Joann. 4. 9. 4.

Exiit, qui seminat. Luc. 8. 5. Unde exiit? de studio, seu cella, ubi debet esse clausus studendo, pensando, & ruminando: quoniam Prædicator, qui vult prædicare fructuosè, non debet ire visitando illum, vel illum. S. Vinc. Ferr. l. 4. D. Sexag.

Ego vox clamantis in deserto. Jo. 1. 23. Prædicator, ut sit admirationi, & terrori, debet fugere oculos hominum. Querit Theophyl. cur vox clamantis in deserto? Respond. ut nè multitudinis malitia particeps fieret; & ut, neminem reveritus, liberè reprehenderet: nam si fuisset in Mundo, fortassis consuetudine amicorum, & societate, coinquinatus fuisset. Did. Niff. D. 3. Adv. §. 2.

Debemus esse, sicut imagines: nam si stas procul, apparent pulchræ imagines; sed si appropinquas, videntur aliqua rugulæ, & maculæ; & tunc despiciuntur. Ità cavete vos Clerici (Prædicatores) nè multum communicetis cum Laicis; nè videant maculas in vobis: quia nimia familiaritas parit contemptum. S. Vinc. Ferr. fer. 2. post Latrare.

Moti-va.

Hic est, ecce ante te; festina nunc: hodie enim venis in civitatem &c. 1. Reg. 9. 12. Quid est, quod dicunt puellæ? *festina nunc &c.* nisi quia rarò videbatur in civitate: videlicet tardè veniens, citò recedens. Quò mirum magisteriò Sanctæ Ecclesiæ Doctor instruitur; ut rarò sit in publico, frequens in secreto, ut quò tardius aspicitur, devotius veneretur. Tunc quidem quasi cœlestis excipitur: quia quò amplius in secreto contemplationis latuit, verbi Dei thesauros ad eos, qui se expectant, ditiores trahit. S. Greg. hic.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3. 7. Qui in silentio, & sub monasterii disciplina, doctrinam sacram fuerit perdoctus; cum auctoritatem fuerit consecutus loquendi, ac prædicandi; tunc Dominus illi præbet opportunò tempore linguam eruditionis; ut cognoscat, quando verbum proponi oporteat. Olympiod. hic.

Ahuc quadraginta dies. Jon. 3. 4. Communatur extraneus, & ad ejus Orationem mores commutat universa civitas. Extraneus loquebatur; ac veluti demissam cœlestis orationem pertinuerunt, & ad unam vocem luctui indulgebant. §. Basil. Seleuc. or. 12. quæst. 1. ad Jonam.

Iesus ductus est in desertum. Matth. 4. 1. Oratorem non expedit sepe videre quos docet, aut nimiam familiaritate constringi; ne doctrina viselcat. Rarus fiat, non ex superbia, sed ex dispensatione, ob causam amplioris profectus. Sed vae mihi, & pluribus! qui unum cum auditoribus facti sumus; ut habita sit vilis altissima Christi doctrina. Norma sit nobis, quod fecit Doctor Iesus: nam ex fuga desiderium audientium auxit; ut usque ad desertum venirent turbæ ad requirendum. Sim. de Cass. l. 4. c. 7. Christus nunc prædicare intendebat; ideo voluit omnia facere, quæ Prædicatores facere deberent, antequam prædicarent; & etiam postquam prædicare coperunt. Prædicator enim debet se interdum à populo abstrahere. Abul. q. 5. ad c. 4. Matth.

Accesserunt ad eum turba multa. Matth. 15. 30. Unde tanta tunc ad illum populi excurfatio? Abul. q. 89. venerunt nunc multa turbæ; quia nunc Christus veniebat quasi novus in terram illam: nam steterat aliquamdiu in terra Tyri, & Sydonis; & tunc Judæi non audiebant verbum ejus. Nunc verò cum rediit, ex desiderio convenerunt multi: quia carentia præstat desiderium. Did. Niss. D. 4. Pent. §. 1.

Erant in deserto Joannes. Luc. 3. 12. 14. Nutriunt & sylvæ Concionatores. En Joannes non ex eo Concionatorum genere, qui solò vocis boatu vulgus terrent; sed quem Scribæ percontarentur, & milites; quem rex libenter audiret; erudit in antris; fugit, non è paginis doctrinam, sed è cortice, ferarum condiscipulus, silentii auditor, discipulus solitudinis. A silentio dicitur daclamare. Non dedecet Concionatorem eremus; imò, nisi solitudini assuecat, non ad Deum homines convertet; sed ad filios hominum ipse convertetur. Oliva l. 13. Strom. in Luc. 1. 80.

§ XV.

Concionator sit orationi deditus.

Figuræ, & Symbola.

Domine Deus occurre, obsecro mihi hodie. Gen. 24. 12. Eliezer servus Abrahæ, perveniens in Mesopotamiam, ubi sponfam Isaac filio Abrahæ electurus erat, prius orationi se dedit. Cum Concionator sit paronymphus, & sponfam divino sponso quærat; necesse habet orare, ut in tanti momenti negotio à Deo dirigatur. Diez. Concionat.

Si contra Deum fortis fuisti, quantum magis contra homines prevalebis. Gen. 32. 28. Hoc de Concionatore dic orationi dedito. Diez. ib. *Flevit, & rogavit eum.* Ol. 12. 4.

Tribue sermonem compositum in ore meo, & transfer cor illius. Esth. 14. 13. orat Esther Deum, pro salute populi regem allocutura. Sic Concionator, populum pro majori causâ, animæ scilicet salute, allocutus orat; sermonemque à Deo ardentem, & corda auditorum à vitis ad virtutes transferentem petat. S. Aug. l. 4. de doctr. Christ. c. 30. Si regina Esther oravit pro gentis *Polyanib. Sacr. Tom. 1.*

sua temporariâ salute, locutura apud regem, ut in os ejus Deus congruum sermonem daret; quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro aeterna hominum salute, in verbo, & doctrina, laborat? Barrad. D. Sexag. t. 2. l. 10. c. 2.

Sonet vox tua in auribus meis. Cant. 2. 14. Cur non in auribus aliorum, cum ad aures populi, non Dei, prædicatio dirigi solet? Cupit sponfus, ut omnis vox, quæ ad aures populi pervenire debet, prius auribus Dei sonet; & Prædicator cuncta, quæ locuturus est populo, prius orationem ipse cum Deo conferat; ut ipse dirigat, probet, intus doceat, & cordi imprimat. Velut si ignarus discipulus declamationem, quam coram multis est habiturus, Magistro recitet; ut emendet eam, & poliat. Sicut Moyses omnia, quæ populo tradebat, conferebat cum Deo Ex. 19. 19. & 33. 11.

Impleverunt ambas naviculas. Luc. 5. 7. Duæ naviculae, prædicatio, & oratio. Sim. Cass. l. 9. c. 15.

Illi copiam duodecim. Luc. 9. 17. signant duodecim Apostolos: ex quo datur forma Prædicantibus; ut non nova, & de cordibus suis adveniant: quia Dominus non curavit novos panes ad reficiendam turbam. Sed sicut Dominus multiplicavit divinâ benedictione quinque panes hordeaceos; sic omnis abundantia veræ doctrinæ sumi debet ex fundamento Sacræ Scripturæ, multiplicanda per orationem, quâ in cœlum respicitur; & devotione, quâ benedicitur; & meditatione, quâ frangitur; & prædicatione, quâ distribuitur, & explicatur. S. Bonav. hic.

Motiva.

Apparuerunt fontes aquarum. Pf. 17. 16. Fontes sunt vulnera Jesu Christi; quæ sunt fontes aquarum, id est, gratiarum, vel doctrinarum: ubi debet Prædicator haurire, quod aliis prædicet. *Hauri sis aquas in gaudio &c.* Il. 12. 3. Hugo Card. in Pf. hic.

Cor suum erades ad vigilandum diluculo ad Dominum. Eccl. 39. 6. & in conspectu altissimi deprecabitur. Sequitur: & ipse tanquam imber, mittes eloquia sapientie sue, & in oratione confitebitur Domino. v. 9. Alludit ad Deut. 32. 2. *Concresecat, ut pluvia, doctrinam eam.* Imber ergo notat eloqui, & sapientiæ, primò copiam, secundò suavitatem, tertio fecunditatem; quòd fructum è cordibus laudentium producat similem illi, quem imber producit è terra; quartò quòd è nube sapientiæ proferatur quasi è re non terrena, sed cœlesti; adeoque ejus originem esse à Deo in cœlis. Corn. hic.

Nos verò orationi, & ministerio verbis instantes erimus. Act. 6. 4. Dicunt primò orationi, quia, ut in vita activa ministerium prædicationis bene fiat, prius per orationem dicenda ruminentur. S. Gregor. mor. l. 6. c. 17. ut qui erit contemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. S. Aug. l. 4. de doctr. Chr. c. 17. fit orator, antequam Doctor,

Qq

ipsâ

ipsa horâ; ut dicat accedens, priusquam exerat proferentem linguam, ad Deum levet animam ficientem: ut eructet, quod biberit; vel, quod impleverit, fundat. Sylv. hic.

Tolle orationem timentium Deum; quid proderit, obsecro, labor fatigantium se, vel prædicando, vel monendo, vel corrigendo? quando Medicos etiam monet Sapiens Eccl. 38. 14. orare, ut opera dirigat sua Deus. Penset ergo solitarius, quantum potest corrigere delinquentes absens, & tacens; si bene vixerit, & oraverit. Jo. Gerson l. 3. de consolat. Theologia.

§. XVI.

Concionator ex corde ruminata proferat.

Motiva, & praxes.

Ex Veteri.

Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. Psalm. 36. 30.

Eructavit cor meum verbum bonum. Pl. 44. 5.

Labia Sapientium disseminabunt scientiam. Prov. 15. 7. Significat sapientes in docenda sapientia, id est, virtute, id facere debere, quod agricolæ in seminando semine juxta parabolam seminantis Matth. 13. 3. ut, sicut agricolæ alligant sibi saccum seminis; sic sapiens adstringat sibi scientiam docendam; ut cordi suo eam penitus imprimat: ut, dum docet, non ex ore, sed ex intimo cordis sensu, affectu, spiritu, eam promere videatur. Hoc est, quod ait Christus Matth. 13. 3.

Exiit, qui seminat semen suum: qui scilicet verbum Dei faciat suum; id est, cordi suo intus impressit. Peccant multi Concionatores; qui conciones à se conscriptas ex memoria ad verbum recitant, ac si recitarent orationem Ciceronis: hinc eorum concio arida, & frigida. Corn. hic.

Ecce virgo concipies, & paries. Il. 7. 14. Concipere loquendo cum angelis, cellam incole; obumbrare spiritu, ut solem parias. Oliva l. 9. Strom. hic.

Erigit manè, manè erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Jf. 50. 4. Cur bis idem verbum repetit? nihil enim à spiritu se timere dicitur. Nimirum, ut vehementissimam Concionatoris à rebus humanis ad contemplationem significet elevationem. Quare cogitet Concionator, sibi à Deo dici: surge, surge ô Concionator, manè; & concionandum tibi hodie cogita: recordare, quò pretiò meus Filius JESUS CHRISTUS has animas emerit. Diez Conc. 2. SS. Philippi & Jacobi.

Quasi tuba exalta vocem tuam. Il. 58. 1. Organorum vox ventò emittitur, qui flat super terram; at tubæ vox fit ventò ex visceribus extractò. Et ideo Prædicator non organo, sed tubæ comparatur: quia ejus voces, & verba, è

visceribus, magnò cum fervore, & spiritu, exire debent. Diez Conc. l. D. 3. Advent.

Comede volumen istud. Ezech. 3. 1. q. d. hæc traditio voluminis symbolum est legationis tuæ. Sicut Doctores creantur, tradendo librum; sic hic Ezechiel creatur Propheta, accipiendo volumen Prophetarum à Deo. Comestio verò significat, ea, quæ in illa audis, & vides, in intima animæ tuæ meditando transmitti; ut cum affectu, & ex calore interno, & totò spiritu, ea populo proloquaris. Corn. hic.

Ex Novo.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Luc. 13. 19. Latet regnum in grano. At regnum cælorum simile non est quòvis modò grano sinapis; sed si acceptum illud defoderit homo in hortum suum. Nec enim ex rebus minimis tibi regnum proveniet; si ea prædicando, in aliorum sparsisse corda contentus, in tuo non severis. Oliv. l. 13. Strom. hic.

Vigilate, memoriâ retinentes, quoniam per triennium nocte, ac die, non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum. Act. 20. 31. Admirabilis charitas ejus erat fons, ex quo tot lacrymæ profluebant adeò copiosæ. Tales Prædicatores in humanis cordibus maxime operantur. O felices oculi iustorum, qui sunt velut fontes lacrymarum, quæ exeunt ex vivo desiderio conversionis peccatorum. Diez Concionator.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Gal. 4. 19. Sed antequam hoc Galatis scriberet, iisdem testatus est: sibi Christum in corde esse. c. 2. 20. *Vivo jam non ego; vivis vero in me Christus. q. d.* Christum in vobis formo, quem prius in me conformatum gesso. Oliva l. 9. Strom. §. de qua natus est JESUS.

Accipe librum, & devora illum. Apoc. 10. 9. Primò vorare librum inscriptum amaritudinibus jubetur, & concoquere; & tum nuntiare Gentibus. Id. ib.

Quomodo de amore loquetur homo, qui non amat, qui vim non sentit amoris? Illum audire vellem, qui calamus linguæ tingeret in sanguine cordis: quia tunc vera, & veneranda doctrina est; cum, quod lingua loquitur, conscientia dicat, charitas suggerit, spiritus ingerit. Rich. à S. Vict. tr. de grad. charitat. cap. 1.

§. XVII.

Argumenta dictionis sæpius auctori inculcanda, & quæ?

Ex Veteri.

ORigenes hom. 9. notat: Pontificem in ora, & sine vestis, habere tintinnabula, Ex 28. 33. ut de extremis temporibus, & Mundi fine, nunquam sileat, sed inde semper sonet, semper loquatur, & inculcet. Corn. hic.

Percussiens virgā bis silicem, egressa sunt aqua largissima. Num. 20. 11. Moyses Prædicator; virga, crux; silix, sive petra, cor peccatoris; aquæ, lacrymæ, quibus ardor concupiscentiæ refrigeratur. Hugo Card. in Ps. 77.

Samuel, Samuel! 1. Reg. 3. 10. Sic peccatores non solum semel excitandi; sed iterum, iterumque vocandi; nè ad somnum revertantur, sed prorsus vigiles reddantur. Pinna in Eccl. Ethol 263.

Percussit Ammon, usque dum incallescere dies. 1. Reg. 11. 11. S. Greg. hic; Rector (Prædicator) qui in vigilia matutina caltra ingreditur, usque dum incalescat dies, ab interfectione gladium non recondat: quia tam diu debet Auditorum suorum eruditioni insilire; quam diu illos aspiciat magnis æterni luminis caloribus inflammari.

Ex Novo.

Docens in Synagoga, & prædicans Evangelium regni Dei. Matth. 4. 23. Cur dicitur de Christo, quod erat docens, & prædicans? S. Remigius: distat inter docens, & prædicans; docens de præsentibus mandatis, prædicans de futuris promissis. II. 5. 2. 7. *quàm pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem; annuntiantis bonum, prædicantis salutem.* 2. Palatius: docere, est illuminare, & instruere audientes; licet eorum corda non inflammet. Prædicare verò, est inflammare animos audientium; licet eos non erudiat. Sylveira hic.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Chrysol. f. 99. Bonus Dominus regni sui similitudines iterat, variat comparationes: quas non de occulto sumit, non captat de cælestibus; profert de quotidiano usu, de communi conversatione proponit.

Et ego nesciebam eum. Jo. 1. 33. Idem dixit supra v. 30. Cur id repetit? Docet Prædicarum princeps; nè Concionatores vereantur idem sæpius repetere: optimus enim Medicus eadem remedia ægris sæpe adhibet. Et ita Paulus Philipp. 3. 1. *eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.* Jo. 21. 17. ter quærit Christus: *Simon Joannis amas me?* S. Ambr. in ep. 2. Cor. c. 9. quæ trina repetitio quasi superflua videtur; sed prodest ad perfectionem monitionis: ut, sciat magna cum diligentia debere curare, quod frequenter mandatur. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

S. Joannes Chrysostomus eo ipsò, quò in Cathedram Constantinopolitanam sublimatus est die, coram Imperatore Arcadio, & universa nobilitate, magnæque Episcoporum multitudine, ita concionem primam exorsus est. Nos, qui ineffabilibus Dei rationibus ideo ad vos venimus, ut voluntatem ejus testificaremur; hoc primum verbum à Christo, & divino ejus Præcurfore, accipientes, vobis annuntiamus: *pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum.* Polyani. Sacr. Tom. 1.

Matth. 3. 2. Hæc autem vobis in memoriam revocare non gravabor, nullâ difficultate impediari; quin eandem vobis perpetuò inculcem, Beseus D. 4. Adv.

Qui cupis sub fasce delictorum sepultas animas erigere, erectasque fervare illas ad Dei converte notitiam. Insinuare stude eisdem, quàm bonus sit Deus, quàm dulcis, quàm misericors.

Nempe anima, quæ sapit Deum, & charitatis illius flammulam in corde percepit, spontè impellente nemine, trahente Patre, consentiente ratione, currit ad ipsum. Præcipua difficultas bene operandi, in divinæ cognitionis deficientia est. Ubi cognitio Dei est, ibi charitas; & ubi charitas ibi legis custodia. S. Laur. Inst. tr. de compunct. Christ. perfect.

Nihil profectò in prædicationibus debet agi frequentius, quàm opus Redemptionis humanæ memoriæ commendare Fidelium. Istò enim nihil meditati, & amandi, sapit dulcius; nil poenitentem ad lamenta, & lacrymas trahit efficacius; nilque ad æquanimiter hujus Mundi adversa tolerandum accendit fortius. Est quippe spiritualis cibis, & supercæleste manna, quod cuicumque statui, & personæ congruit. S. Laur. Just. 1. de Regim. Prælat. c. 7.

S. Dominicus fundator Ord. Prædic. cùm solum S. Matthæi Evangelium, per Provincias concionaturus, deferret secum, omnèsque amore Dei inflammaret; rogatus, è quo libro tam sua via, & ardentia, eloquia depromeret? respondit: è libro Charitatis. Huic uni & vos studere; ac simili ardore omnes succendetis. Corn. in Cant. 3. 10.

S. Bonaventura verba sua in Concionibus nec Ciceronis sibi illivit, nec Ciceronis succò tinxit; & tamen pellexit auditum, flexit mentem, tenuit pendulum Auditorem. Adfuit aliquando publicè dicenti S. Thomas Aquinas; qui missâ concione S. Bonaventuram rogat: ex quibus ille libris tot sermonis flores, tot legeret sententias, quas Concionibus inspergeret? Bonaventura domum invitat, librum illum ostenturum. Comitatur hominem in cellam S. Thomas; expectat avidè, quem prompturus sit codicem. Quid fecit Bonaventura? quis fuit? Crucifixus erat, osculis tritus, lacrymis notatus. Hinc vim loquendi, & persuadendi sumpserat. Drexel. Orb. Phaet. c. 31. §. 2.

§. XVIII.

*Solatia in sterilitate auditorum
Labor, non fructus, remunerabitur.*

Ex Veteri.

Miser factus sum, & curvatus, usque in finem. Ps. 37. 7. Afflictus est non solum in cruce; sed etiam antequam crucifigeretur; multa ferens, ut agricola, ut nostrum agrum purgaret. *Incurvatus sum autem usque in finem;* quando mortem pro nobis sustinuit. S. Chrysol. hic.

Pluviam voluntariam segregabis &c. Pl. 67. 10. *Pluviam* doctrinæ irrigationem vocat. *Voluntariam* autem, ob liberum arbitrium: non enim ex necessitate irrigatur aliquis; sed doctrinæ acquiescens consequitur gratiam. B. Theodoret.

Et qui enarrat justitiam auri audienti. Eccl. 25. 12. id est, docili, intelligenti, & obedienti. Auditorum enim docilitas, obedientia fructus, & profectus, magnam Doctore affert voluptatem. E contra valde affligitur, si docendi laborem subeat; cumque frustraneum, imò noxium, sibi esse sentiat: eo quòd discipuli, Auditores, eum negligant, spernant, obstrepant. Quo circa illustre fuit martyrium S. Cassiano; qui, uti habemus in Breviario Romano 13. Augusti, vinctis polsterga manibus, puerorum perverforum, quos erudiebat, ferreis stylis confingendus traditus, mundo probrosam, & acerbam; sed Deo, & Ecclesiæ, gloriosam, mortem appetiit. S. Hier. in Eccl. c. 10. læticia dicentis est auditor intelligens; è contrario luctus Doctore est malus discipulus. Jeremiæ quoque verba huic querelæ cap. 15. 10. *non seneravi.* non profui, neque profui mihi quidquam. Sunt, qui ex persona Christi hoc dici putent, causantis; quòd in tanta credentium multitudine, & in toto orbe generis humani, vix suo sanguine digna inveniat. qui etiam Psal. 29. 10. ait: *qua utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem.* Corn. hic.

Et ego dixi, in vacuum laboravi, sine causâ, & vanè fortitudinem meam consumpsit. Ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. If. 49: 4. q. d. inquit Hector Pintus: mercedem operis mei, ac laboris, à Deo expectabo. Quomodo à vano labore mercedem expectat? Resp. Hier. Oforius: hoc utor solatio, quòd nihil fuerit à me, quod ad gentis huius salutem pertinet, omissum. Deum, quem nihil potest latere, iudicem habeo, cui causam meam probabo. Scit enim ille, me, ut gloriæ suæ servire, omnes conatus meos, ad hunc populum monendum, & instruendum, comparasse; magnamque in eo opere moliendo laborem suscepisse. Non igitur per me stetit, quò minus ad illius cognitionem perveniret. Did. Niss. Polit. Coel. p. 1. l. 8. c. 2.

Clama, nè cesses &c. If. 58. 1. laborem exigit, non fructum. Id. ib.

Plorans ploravit &c. Thren. 1. 2. Vox est Ecclesiæ plangentis peccatores; maxillæ verò Prædicatores; qui verbum, quasi cibum, comminunt, & toti corpori refundunt. *Non est, qui consoletur,* quando nullus ex prædicatione compungitur. S. Bonav. hic.

Ex Novo.

Vidit duos fratres - mittentes rete in mare; & ait illis: venite post me. Matth. 4. 18. 19. Cur eicientes rete vocat? Cur non expectat, quò fructu retia eiecrint? Voluit significare; ex officio piscatores hominum, non ad aliud obligandos, quam quod tunc faciebant? id est, ad explicanda solum in capturam retia. Piscatorem nemo arguit, quòd non multos pisces

capit, ubi omnem diligentiam adhibuit, aptaque retia eiecit. Did. Niss. Dom. 4. adv. §. 4.

Cecinitis vobis, & non salvastis. Matth. 11. 17. bene operando; lamentavimus, & non planxistis. Doctores cantant nobis, quando gaudia æterna promittunt; lamentantur, quando poenas æternas comminantur. Hugo Card. in Eccl.

Nota, semen divini verbi quadripartitum, & in tribus partibus perditum, in sola quarta fructuosum. Matth. 13. 4. 5. &c. & tamen non propterea cessandum est à seminare verbi divini. Et similiter omnis diversitas graduum, profectus spiritualis, designatur per hos tres numeros, trigessimū, sexagesimum, & centesimum. Ubi nota, minimū, fructū esse 30. quia tantæ feracitatis est quelibet bona cordis terra, ut ad minus reddat triginta pro uno; ubi semen verbi divini susceperit, & in patientia coalescit. Cajet. hic.

Adducunt ei surdum & mutum. Marci 7. 32. Viri boni surdum, & mutum, inveniētes, hoc ei præstant auxilium, quod possunt: nimirum ad Jesum ducunt, & precibus exorant. Sic bonus ille Samaritanus Luc. 10. 37. ait: *caram illius habet.* S. Bern. l. 4. de confid. noli diffidere; curam præstare exigeris, non curationem. Denique audisti: *curam illius habet;* & non cura, vel sana illum. Bæza t. 2. l. 10. c. 9 §.

Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Marci 16. 1. Nunquid ut suscitarent? Et nos scimus, fratres, quia suscitare nostrum non est; sed ungeri nobis incumbit. S. Bern. l. 2. de reurr. Ecce tibi munus eorum, qui animarum Curatores sunt. Tunc muneris suo satisfaciunt si unguentum adhibeant; non si infundant, aut si refundant vitam. Unus Deus est, qui mortuas animas suscitavit, qui errantes reducit. Id. Bæza ib.

Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus. Luc. 5. 5. neque tamen de officio malè curato objurgatus fuit. S. Chryf. qui retia jactat in aquam, nescit, quos pisces comprehensurus est; sed, quos Deus illi transmissit, illi intrant in retia. Ergo sicut in piscatione labor solus requiritur piscandi; sic & in Doctore nihil requiritur, nisi instantia doctrinæ. Populum non corrigit homo, sed Deus. Ideo Joannes vocatur *vox c. 1. 23.* non convertentis homines; sed *clamantis in deserto.* Convertere in manu ejus non erat. Did. Niss. D. 4. adv. §. 4.

Aliud fructum fecit centuplum. Luc. 8. 8. Cur Christus ponit quatuor differentias audientium suas prædicationes? & in sola quarta asserit sermonem suum proficere? pauci enim Judæorum, comparative loquendo, ad eum fuerunt conversi. Non ergo Prædicator immoderate tristetur, pusillanimitate deiciatur, aut à bono inchoato desistat; si sua prædicatione non tot proficiat, sicut cupit: imò magnum omnique labore dignissimum, arbitretur, si vel unum lucrari valuerit, pro quo fusus est sanguis Christi. Dion. Carth. hic.

Cl.

Clamabat, Luc. 8. 8. JESUS memorans perditionem feminis: illo clamore acerbum animi dolorem testatus. Quid doluit? verbi sui divini jacturam, cujus tres partes de quatuor deperunt. Sicut, si aeger medicinam propriis sumptibus longo studio, paratam effundat Aegre Christo erat, dum in hac parabola cogitabat, suos Prædicatores laborum suorum tam exiguis fructus percepturos. Did. Niff. ser. 2. post D. Resurr.

Curam illius habe. Luc. 10. 35. Non dixit, sana illum; sed *curam illius habe*: quoniam sæpe medicamenta adhibentur; sed aeger sanitatem minime consequitur. Curam exigens; non curationem. Fac tu, quod tuum est: nam Deus, quod suum est, satis, absque tua sollicitudine, & anxietate, curabit. Planta, riga, fer curam; tuas explicuisti partes. Sanè incrementum, ubi voluerit, dabit Deus; ubi fortè noluerit, ubi deperit nihil, dicente Scripturâ Sap. 10. 17. *reddidit justis mercedem laborem suorum*. S. Bern. lib. 4. de Consid. apud Marchantium D. Sexagesimæ. Non sunt omnia verba S. Bernardi; sed sensus.

Est aut servus: *Domine factum est, ut imperasti*. Luc. 14. 22. Diligens erat, & obediens. Licet enim primò, secundo, & tertio mittatur; nunquam se excusat, nec laborem refugit; nec excusationem priorum præten- dit. Zelò insuper fervebat: *ad hoc locus est*. his hominibus adductis adhuc numerus Electorum non est completus. Sylv. hic q. 14.

Ego vox clamantis in deserto. Jo. 1. 23. Vox est præparativa auditus hominum. Primum enim inarticulatam vocem sonantem reddere solent clamantes è longinquo, vocantes eos, qui ab ipsis aliquid audire debent. Et ubi vocem solam audiverint, & mentem ad audiendum converterint, aurèsque præparaverint; tunc is, qui sonantem vocem emisit, de cætero distinguit sermonem, quem dicere voluit. Sic etiam Joannes vox fuit, aures hominum præparat. Non enim erat ipse Verbum; sed post ipsum venit Verbum, propter quod vox præparativa fuit. Et propterea dicit: *ego vox*, & inde: *parate viam Domini*: vox enim præparat; Dominus autem ingreditur vias præparatas. Sanct. Epiph. hære. 69.

Qui metit, mercedem accipit - ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit Jo. 4. 36. Non seminantem, sed metentem, gaudere Scriptura affirmat Pl. 125. 6. *euntes ivant, & stibant, mittentes semina sua*. De melloribus Il. 9. 3. *letabuntur coram te, sicut qui letantur in messis*. Et Pl. 125. 6. *venientes autem venient cum exultatione*.

Prædicator est seminator, Auditor verò messor. Et, ut intelligatur, quomodo ille, qui in domo Dei aliis quærit, sibi inveniat, dicit Christus: quòd licet aliud sit seminare, aliud colligere, sive excipere verbum Dei; aliud prædicare, aliud audire: in spirituali tamen agricultura idem est ferere & metere: qui enim ex charitate seminat prædicando, consequenter gaudium illius metentis participat seminans, Did. Niff. Polit. Cœl. p. 2. l. 3.

Unusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. 1. Cor. 3. 8. Nota: non dicit, quisque recipiet mercedem secundum fructum, quem fecit; sed *secundum laborem*: quia fructus non est in nostra, sed Dei, dantis incrementum manu. Itaque integrum laboris præmium essentiale habebis ex concione, vel instructione tua, licet nullus sequatur fructus; nullus hæreticus, vel peccator, convertatur; imò sæpe majus: quia difficilius est concionari, ubi nullus, vel exiguus, apparet fructus; quàm ubi concioni multi applaudunt, vel proficiunt. Corn. hic.

Abundantius illis omnibus laboravi. 1. Cor. 15. 10. Non ait, plus omnibus effeci. Et cur istud? quia petitur à te cura, non curatio. Did. Niff. D. 4. Adv. § 4.

Qui habet ostium David. Apoc. 3. 7. Christus duo aperit ostia, ut prædicatio fructuosè fiat: ostium laborum; ut concionatores igneis verbis loquantur; sicut Apostoli Act. 2. 4. *cœperunt loqui, prout Spiritus Sanctus dabat loqui illis*; deinde ostium cordium, disponendo Auditores, ut verbum Dei recipiant: de quo Christus D. cuidam Episcopo Apoc. 3. 8. *esce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere*; ut scilicet prædicatio tua in corda audientium intret. Propter duritiem enim populi solet Deus ora Concionatorum claudere; sicut Ezechiel dixit c. 3. 26. *linguam tuam adherere faciam palato tuo; & eris mutus*. Et tunc nullus est, qui aperiat. E concepto cum Deus labia prædicantium aperit, nullus est, qui claudat, vel eos possit impedire; sed audacter dicunt: sicut Petrus, & Joannes Act. 4. 20. *non possumus, quæ vidimus & audivimus, non loqui*. de Ponte in Cant. 4. Exh. 16. § 3.

Ex Patribus, & aliis.

Magisteria, forinsecus, adjutoria quædam sunt, & admonitiones. Cathedram in cælo habet, qui corda docet. S. August. tr. 3. in ep. Joannis.

Et quid est peccator, nisi vulneratus? & quid Prædicator nisi medicus. Sæpe verò contingit, ut Prædicator reverenter, audiatur; nonnunquam verò à perveris ita despiciatur, ac si eis nihil utilitatis loquatur. Unde rectè nunc subditur: *ut adamantem, & ut silicem, dedi faciem tuam*. Adamas, & silix; utraq; dura; sed unum horum pretiosum est, alterum vile. Adamas ad ornamentum sumitur, silix ab itinerantibus calcatur. S. Greg. in Ezech. hom. 10.

Homo homini inaniter loquitur, si per semetipsum Deus interiùs non loquatur. S. Petr. Dam. p. 8.

Æthyops ita niger in balneo exit, sicut intravit: & tamen balneator mercedem accipit. Ità S. Greg. respondit Episcopo quærenti de sterilitate. Sol ubique lucet; & tamen aurum ubiq; non generat; sed in terra ad hoc disposita: & Deus ubique pluit; fructum tamen solum in terra disposita producit. Summa Prædicantium. Concionator.

rum poenitentiam nuntiat, qui locustis vescitur. At quibus par turturum, aut duo pulli columbarum, non satis sunt in patina una, ut ridere cogerint alumnos crucis, causam perorarunt. Christus Jerusalem &c. Oliva citatus.

Quomodo nihil subtraxerim utilium.
Act. 20. 20. Non solum referendum hoc ad doctrinam; sed etiam frequentiam Sacramentorum, orat. &c. in quo Apostolus Deum imitatus Il. 48. 17. ego Dominus DEUS tuus, docens te utilia. Discant Prædicatores docere utilia; & non plausibilia, auribus grata &c. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Audi Paulum dicentem Act. 20. 31. *per triennium noctes, & dies, non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum.* Si verò pro Milesiis, & Ephesiis, tantà usus est diligentia, non facetias loquens, sed cum lacrymis admonitionem inferens; quid de aliis dici potest? S. Chryf. hom. 17. in ep. Ephes.

Illius Doctoris vocem libens audio; qui sibi non plausum, sed mihi planctum movet. S. Bern. l. 19. in Cant.

Ille est Doctor Ecclesiasticus, qui lacrymas, non risum movet; qui corripit peccatores; qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem; nec prævenit sententiam Judicis sui. S. Hier. l. 2. in l. c. 3.

Auribus, & cordi, consulere debet Doctor, non oculis: nè potius ex seipso eos spectatores magis, quam auditores faciat. S. Isid. l. 2. c. 11.

Sanè reprehensibile valde est, in Ecclesiis Christi, in locis Sanctorum; in quibus, post sudores secularium negotiorum, post occupationes rei familiaris, post diversarum perturbaciones actionum, post multifariam dissipationem mentis; constitit multitudo Fidelium, ad percipiendum Ecclesiastica sacramenta, ad audiendum salutis monita; ut ibi recitentur fabulæ Poëtarum, gesta Gentilium, ac vaniloquia; quibus mediantibus affantes provocentur ad plausum, nec non dissolvantur in risum. Hoc & Apostolus Timotheo scribens arguit c. 2. 15. *Solicite cura &c.* S. Laur. Just. lib. de regin. Prælatorum.

Difficillimum est, invenire, qui sincerè verbum Dei tractet; & non potius cauponetur: de ejusmodi enim Il. 1. 22. ait: *vinum suum mistum est aqua.* hoc est, depravant doctrinæ integritatem. Isidor. Clarius l. 2. orat. 4.

§. XX.

Concionator dicat seria; arguat, terreat.

Symbola, & allegoria.

Tuba.

Cumq; increperis tubis. Num. 10. 3. Clangor tubarum, vox est Prædicatorum; sine quibus utique quamvis pulchra, quamlibet ordi-

nata, castrorum acies, terribilis non est. S. Rupert. l. 1. in Num. c. 20.

Cumq; insonuerit vox tuba longior, conclamabis omnis populus vociferatione maxima. Jos. 6. 5. Potuisset quidem Deus pulsatis citharis Jericho muros evertere; sed maluit clamore subverti: ut doceat; non Canticorum interpretatione blandâ, sed horente Prophetarum commentatione, concuti debere moenia peccantium. Vociferatione maximâ labat Jericho, non fidium symphoniâ. Oliva l. 1. Strom. hic.

Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Il. 58. 1. Scitis, quòd tuba non tam oblectationis esse soleat, quam terroris; non tam delectationem proferre, quam inferre formidinem. Tuba itaque peccatoribus necessaria est; quæ non solum aures eorum penetret, sed & cor concutiat; nec delectet cantu, sed auditu; & strenuos quosque hortetur in bonis; & remissos terreat pro delictis &c. S. August. s. 1. Sabb. post 4. D. Quadr.

Audite vocem tubæ. Jer. 6. 17.

Data sunt illis septem tubæ. Apoc. 8. 2. quibus tererent graviter; non mulcerent leviter. Velloso in Judith 7. Paræn. 26.

Alia Symbola.

Erigamus, si pereuntes curare satagimus, cum Moyse, non columbam, sed serpentem æneum Num. 21. 8. Quæ terrent, medentur. Compelle intrare minis, terrore timorem improvisæ mortis incute. Peccantes coge accedere cum fletu ad agnum, qui tollit peccata Mundi. Oliva l. 1. Strom. §. Erunt signa.

Fugiunt, & redeunt Philisthæi. 1. Reg. 7. 10. Cladem quis edidit tantam? Litabat Samuel. Ità est: non tamen hostes agni nidor fugavit; sed cœli fragor. *Insonuit autem Dominus fragore magnò.* Quis pardum pro telo flore defixit? quis tigrim armillâ revinxit? Monstrum esset, si draconem holoserico compedices. Catenis opus est; quibus si belluam domes, non impar Samsoni es. Oliva l. 1. Strom. §. Vox clamantis. *Insonuit Dominus fragore magnò in die illa super Philisthæum ib. & cæsi sunt à facie Israel.* Quamdiu Agnus immolabatur à Saule, populus de hoste non triumphavit; ubi autem tonitrua strepuere, tum enimvero conternati barbari cessere victoriam. Oliva l. 1. Strom. §. Erunt signa.

Reges eos in virga ferrea. Pl. 2. 9. Ad suum Verbum ita Deus loquitur; ut videlicet timore in officio contineat, quos acquisivit sanguine suo. Et cur putredo, & vermis, audeat excutere à dextera Christi sceptrum timoris, quod in ea locavit Pater; & pro virga ferrea, virgulam floridam, imò flosculum reponere; passim nuntiando populis, nihil mitius, nihil suavius, patientius nihil, Christi regnò? Itane? monet Deus Filium, ut exhibeat ferrum populis, & tu florem locas in dextera Crucifixi? aut clavum, aut ferream virgam, locare debes in manu ejus; nisi velis seductor inveniri, & reus teneri Paterni consilii.

fili. At inquis, in cœlo canitur lætitiæ, & misericordiæ, Canticum alleluja Apoc. 19. 1. Placet alleluja, at ubi à peccatis tui sunt cives. Dices: sed clamat Propheta Pl. 5. 12. *& lætentur omnes, qui sperant in te*: sed audi Prophetam, & Apostolum 1. Jo. 3. 3. *& omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est*. Præsumptio est, non spes, quæ non expiat à scelere; sed inquinat. Pl. 33. *Et non delinquit omnes, qui sperant in eo*. Oliva t. 2. Strom. § Reges eos in virga ferrea.

Et ero immaculatus cum eo, & observabo ab iniquitate mea. Pl. 17. 24. Sed sciendum, quò habitu se tibi Deus, ad innocentie tutelam, videndum præbuit. Agnusne, an turtur, apparuit tibi? rores, an flores, impluit? iridem gerebat in capite, an stellas: Audiamus expectam effigiem v. 10. *inclinavit cœlos, & ascendit, & caligo sub pedibus ejus: Et insonuit de cœlo Dominus*. v. 14. En quâ ratione Deus candorem severit in purpura. Eiam princeps eris Palæstinæ immaculatus, si præ oculis habeas prædicantis Dei fulgura, & sagittas. Ol. 1. 11. Strom. §. Erunt signa.

Motiva

Ex Veteri.

Loquere tu nobis, non loquat ur nobis Dominus. Ex. 20. 19. Cum eos angelus cum fulgure & tonitru, alloqueretur, eum terribi audire nolebant, sed Moysen, qui blanditus loquebatur. Sic multi dicunt: nè nobis prædicent angeli, qui nos minis terreant, qui fulminent, & tonent: prædicent nobis homines, qui ut homines loquantur, ornate compositè, leniter, tepidè. Diez. Conc. 1. Dom. 3. adv.

Quem miramur? & quis ibit nobis? Jf. 6. 8. Mittere hic intendit Deus Prophetam, & prius hominem discutit; quærit, interrogat, an legationem obire velit. Mitit item Moysen Ex. 3. 10. nec tamen interrogat, an velit legatione fungi? sed non requisito mandat, ut in Ægyptus abeat, & populum in libertatem asserat. Quæ causa discriminis? S. Basil. in Jf. 6. ideo ab Jsaia consensum extorsit, à Moysè verò non: quia Moysès ad læta, & svavia mittebatur; scilicet ut populum per multa miracula in libertatem assereret. At verò Jsaïas ad carpenda populi vitia mittitur; quod Deus gravissimum putat, & intolerabile. Piana in Eccl. Ethol. 34.

Loquimini ad cor Jerusalem Jf. 40. 2. non ad aures. Hugo Card. in Jo. c. 9.

Vade & clama in auribus Jerusalem. Jer. 2. 2. *Clama*, inquit, non cane. Quòd si necessarius tonitru fragor, ubi sermo ad Jerusalem; nos, qui coærcvatos unum in cœtum, Arabes, Medos Ægyptios, & forsân Gomorrhæos alloquimur; quomodo fulmen in lyram mutamus? &c. *Clama*, inquit, non cane; Syren aliàs es, non Propheta, Oliva t. 2. Strom. hic.

Ubi est verbum Domini? Jer. 17. 15. In quo loco serid, & cum fructu, prædicat, qui prædicat? Jer. 23. 28. *Qui habeat sermonem meum, loquat ur sermonem meum verè*. S. Hier. hic meus enim sermo nuntiat futura sup-

plia, ut deterreat homines à peccando; & palis peccatorum comminatur incendium: ut corda dura, & instar filicis indomabilia, sermonis sui malleo conterantur: auferens cor lapideum, ut ponat pro eo cor carneum, molle: videlicet & quod possit Dei suscipere, & sentire, mandata. Oliva t. 2. conc. 3. festo S. Andrea.

Ex Novo.

Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. Matth. 3. 2. Joannes, cum propinquum caneret regnum; non ad choreas, non ad citharas, non ad ornamenta metallorum, excitavit animos Judæorum; sed ad esulatum, & lacrymas, provocavit. Et sanè regnum istud, hoc est, regem regum asperò pœnitentiæ apparatu gaudere, ex eo constat vel maximè: quòd in ardente rubo adventus sui primas, ut ita dicam, lineas ducit; non nisi amaturus in terra insvavia, & dura; cui paratum est folium è spinis in flamma. Oliva t. 2. Strom. hic.

Non li. et tibi habere uxorem fratris tui. Marci 6. 18. O ferventissimum justitiæ Zelatorem! ó Prædicatorem veritatis insignem! O si hodie tales haberemus Prædicatores, qui sic vitia redarguerent, sic zelarent humanam salutem! heu! heu! facti sumus sicut canes *muti non valentes latrare*. Jf. 56. 10. Timeo, ne sanguis animarum vestrarum de manibus nostris in die iudicii requiratur. Speculatores positi sumus in domo Domini, in castris Dei nostri; & videmus gladium venientem, imò inimicos intrà castra jam omnia vastantes: & non solum non excitamus dormientes, ut evigilent; sed & sub cubitis ponimus pulvillos, juxta prophetiam Ezechielis c. 13. S. Thom. Vill. conc. 2. de S. Jo. Bapt.

Quem vos crucifixistis. Act. 4. 10. Libertas Apostolica in publico senatu eis obijcit gravissimum crimen, id est, mortis Christi. Veritas animosa nihil timet. Sylv. hic vide plura hic q. 5.

Et pro me, ut desur mihi sermo in aperi-tione oris mei: cum fiducia notum facere mysterium Evangelii Eph. 6. 19. Rogat, ut Deum orent pro gratia; ut liberè, cum fiducia, sinè metu, Evangelii veritatem loquatur. Piana in Eccl. Ethol. 128.

Ex Patribus, & aliis.

Nunquid ego scripsi hoc? nunquid ego delere illud possum? si delevero, timeo deleri: Illud possum tacere? timeo tacere. Prædicare cogor; territus terreo: timete mecum, ut gaudeatis mecum. S. August. hom. 11. ex 50 S. Doctor, in dicendo mellis; sed ita firmus in igne æterno intentando divina præcepta spernentibus, ut ab æquissimis minis moveri non potuerit ullò dominantis motu. Dicebat omnibus intrepidè: statuta cœlestia non dicto, sed recito; nec ad vos venio legislator: præco sum eorum, quæ meum ministerium exigit. Quæ iusta sunt, in mentem revoco; præcepta non formo. Veritates, quas promulgo, sunt scriptæ in Ecclesiæ libris: licet eas taceam, essetis nihilominus rei: & ego pro ignavo silentio vocarer ad Deum iudicem, & ad ultres flammæ relegar. Ol. t. 3. con. 29. die Ven. in Quadr.

Si aliquando arguimus, aut reprehendimus peccata vestra, & vos acriter increpamus; incumbit nobis hoc ex officio, sub poena indignationis aeternae. Et, si non fecerimus; sanguinis vestri in Dei iudicio rei erimus. Unde merito clamabat Propheta Is. 6. *5. va mihi, quia tacui.* S. Thom. Vill. f. 1. D. 2. Quadr.

Officium Apostolicum est, praedicare veritatem. S. Thom. in ep. 2. Cor. Lect. 5.

Dura haec, & austera sunt. Sed quid facias? non licet rerum mutare naturas; & nuntiari aliter veritas non potest, quam virtus ipsa exigit veritatis. Dura haec quidam putant, scio, & satis certus sum. Sed quid facias; nisi duris non itur ad Regnum. - Inter haec quid agant? quibus loquendi à Christo officia mandantur? Deo displicent, si tacent; hominibus, si loquantur. Sed, ut Judaeis Apostoli responderunt Act. 5. 29. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Salvian. l. 3. ad Ecclesiam Catholicam.

§. XXI.

Concionator non aduletur, non sit mollis.

Symbola de mollibus.

Quem, Gen. 40. 2. 16. Vulgata vocat *pistorum magistrum*, Sept. & Philo, nuncupat *principem coquorum*. Philo l. Joseph: quid inter coquos, & medicos, interfit, quis non videt? Si quid ad sanitatem conducit, etiamsi aegrum ingratum videatur, solum magnò apparant studio. Illi contra sua via curant, utilia negligunt. Ergo medicis in civitate similes sunt Magistratus, Iudices, Praedicatores; providentes communi salutis, ac securitati. Arcones in Is. 3. Discursu 1.

Deteriores molles Concionatores ipsis nautis, quos legimus Jonæ 1. 5. 6. ad Jonam esse, nè, furentem Dei severitate, dormiret. Hi verò ad Dei fluctus mulcent, & sopiunt. Lacte potant Sifaras Jud. 4. 19. ut ipsa oblivione supplicii trahant in se coedem, & pereant imparati. Erigamus, si pereuntes curare satagimus cum Moysè, non columbam, sed serpentem aeneum, Num. 21. 8. Quæ terrent, medentur; compelle intrare minis; terrore timorem improvisæ mortis incute; peccantes eoque accedere cum fletu ad aegrum, qui tollit peccatum Mundi. Oliva l. 11. Strom. §. Erunt signa.

David autem psallebat manu sua. 1. Reg. 18. 10. Putas, quia convalescet Saul hac arte curatus? imò verò vehementius coepit saevire, & furere. Sanè cithara, & lancea, non bene coalescunt. altera ergo separetur ab altera; aut una alteri permutteretur: qui citharam tenet, hastam vibret; qui verò hastam gestat, pulset citharam. Si David feriat peccantem, & Saul laudet, probè que ferientem; daemone cedet, & Saul revalescet. Poenitens enim blandiri debet medico, non Medicus languido. Certè, si David psallat, Saul saeviet: non enim hoc genus daemones delictis fugatur. Cinere, sacco, vulnere, scelus extruditur. Rarò benè curantur Magna-

Polyanth. Sacr. Tom. I.

tes: quia, qui eos sanat, canit, non ferit. Oliva l. 10. Strom. hic.

Va, qui confuunt pulvillus. Ezech. 13. 18. Cum aliquis aptus moribus populi, ut placeat eis, quibus aures pruriunt, loquitur, quæ gratanter accipiunt; loquitur, quæ vicina sunt voluptati: talis magister confuit cervicalia sub omni cubito manûs. Origenes hom. 2. hic.

Ad hoc pulvillus ponitur, ut melius quiescamus, Quisquis ergo malè agentibus adulatur, pulvillum sub capite vel cubito jacentis ponit; ut, qui corripit ex culpa debuerat, in eo fultus laudibus molliter quiescat. S. Greg. 18. mor. c. 3.

Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in alium defixi. Eccl. 12. 11. In quem locum S. Greg. hom. 6. in Evang. clavis, ac stimulis, sapientum verba comparantur: quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungerè.

Es eis quasi carmen musicum, quod suavi, dulcis, sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea. Ezech. 33. 32. S. Hieronymus in praefat. lib. 5. ad Gal. ait, hoc multis Praedicatoribus convenire. Mendoza in 1. Reg. 3.

Dic ut lapides &c. Matth. 4. 3. Moraliter: diabolus persuadet Praedicatori, ut doceat lapides, id est, comminationes emolire, propter temporale emolumentum. Modò enim verbi sunt in panes; nec invenitur lapis, quò projiciatur peccator. Hugo Card. hic.

Concionator non - adulans aestimatur, & est admirationi. De Christo Domino.

Tristitia multa pro suggestu dixerat Christus: Matth. 22. 13. poenam non vestitum nuptiali: de virginitate, de castitate, multa praemiserat; & subdit tamen Matth. 4. 33. *& audientes turba mirabantur in doctrina ejus.* Pinna in Eccl. c. 4. Ethol. 57.

Stupebant super doctrina ejus. Marci 1. 22. Quid stupent? nonne ex Hebraea Schola multi probatae sapientiae, & eloquentiae, unum pro omnibus Gamaliele nomine, de quo Act. 5. 34. Cur non stupent Gamaliele scientie differente, sed Christo vel modicè docente? Addit Marcus ib. *erat enim docens quasi potestatem habens.* Quod Victor Antioch. ita explicat: non loquebatur ad gratiam; nec auditorum laudes captabat. Sciebant eum adulatoribus durum esse; quibus blandè alloquentibus Matth. 22. 16. *Magister scimus &c.* ille durè respondet v. 18. *quid mentatis hypocrisis?* Sciebat daemone malè adulantem, cum proclamaret Marci 1. 24. *Jesus Nazarene!* à Christo rejectum silentio imperato: *obmutesc.* Inde stupebant super doctrina ejus. Velloso in Judith. 2. Cur stupebant? quia non loquebatur ad gratiam, neque ulli prorsus adulabatur; nec auditorum laudes captabat: sed erat sermo ejus in potestate: hortabatur enim non ad quævis promittendè, sed ad coelestia, & animae salutaria; perfidisque, ac obstinatis peccatori-

R r bus

bus impeterritè supplicia comminabatur. Vi-
gor Antioch. hic.

De S. Joanne Baptistâ & aliis.

Joseph utriusque servi Pharaonis somnium interpretatur; & alterum in crucem agendum prædicit, alterum in pristinam dignitatem eve-
hendum. Quomodo ostendit hæc vera esse? nunquid non Dei est interpretatio? Hæc non semper læta prædicit, sed quandoque tristia. Nec tamen iratus fuit pistorum magister, quòd illi tristia prædixerit. Non ergo credat Concionator, odium auditorum se subiturum, si acriter pungat. Pinna in Eccl. 4. Ethol. 57.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Sal ingratus non est ob mordacitatem; imò ob hoc maximè expetitur: Ergo tu, cujus curæ commissum est, populi crimina carpere; instar salis morde: ob hoc vel unum maximè populum in conciones attrahas. Pinna in Eccl. Ethol. 56.

Et interrogabans eum turba. Luc. 3. 10. En, Joannes, cum auditores suos genimina viperarum appellasset, cum eis divinam impendere securim clamaret; mox à turba, publicanis, militibus, convenitur; ejusque rogatur sententia de recto ad cælum calle. Hæc vera benevolentia, Prædicatore digna est; quam ab auditoribus non laudes extorquent, sed minæ. Et sanè hoc sibi Concionator persuadeat: tum magnificandum se ab auditoribus; non cum eos palpaverit, sed cum eorum vulnera secuerit. Ol. l. 13. Stromat. hic.

Alia motiva non adulandi.

Verba sapientium sicut stimuli. Eccl. 12. 11. Notandum, quòd dicuntur verba sapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciviam; sed errantibus, & tardis, penitentia dolores, & vulnus, infigere. Si cujus ergo sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapiens. S. Hier. Corn. hic.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Comparat Deus Concionatores non cum melle, sed sale. Non adulare; sed argue, increpa; non quare gratiam, sed animas hominum. Diez. Præl. Conc.

Durissime videor, quia non blandior; quòd metum incutio, quòd amico cupio initium sapientia? sic mihi contingat semper beare amicos, id est, terrendo salubriter, non adulando fallaciter. S. Bern. ep. 9.

Rex iste, (Christus) nemini blanditur; sed sunt stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Ità recta sunt verba ejus; ut judicet, & probet eos, qui regnò suo digni habeantur. Hoc itidem, ejus exemplò, faciendum est cunctis regni ejus adjutoribus; ut videlicet nemini adulentur, delectati numerò discipulorum; sed prædicent illis dura, & aspera, per quæ itur ad Deum. S. Rupert. in Evang. c. 19.

§. XXII.

Concionator non respiciat personas.

Num. I.

Figure, & Symbola.

Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Psalm. 103. 4. De igne Aufonius: ignis natura semper urere, & æquali vi cedros, ac pinos, inflammare. Nec fumarii pastorum vilitate abstrahitur, nec regii camini sublimitate allicitur. Dic idem de sole, luna, sale &c. Escob. t. 3. Coll. Chr. Obs. 4.

Qui emittis fontes in convallibus. Pf. 103. 10. Convalles humilitatem significant, quæ nunquam sine fonte gratia est. Non est autem insolens; ut, qui montes sunt propter S. Spiritus altitudinem, convalles sint, propter sui Spiritus humilitatem. S. Prosper hic.

Ad alligandos reges eorum in compedibus. Pf. 149. 8. En murus concionatoris, injicere manicas, & compedes, & alligare etiam reges, & principes viros; nec consulentibus respondere omnia licere. Marci 6. 18. *Non licet tibi, Sit vox clamantis.* Luc. 3. 4. Vox ad omnes æqualiter pervenit; & quidem magis ad viciniores concionatori. Vox item sine carne, & corpore: non dolet percussa, nec percuti potest; non audit, sed auditur. Pinna in Ecclesiasticum Ethol. 127.

Quasi tuba exalta vocem tuam. II. 58. 1. Sicut tuba in castris omnes compellit, omniumque auribus instrepat, tam Ducis, quam militis; tam principis, quam gregarii, aut lixa: ità vox Concionatoris in Ecclesia adversus omnes exclamare, magnos & parvos compellare; principes, & plebem, ad penitentiam vocare, vitisquæ omnium, sine ullò discrimine, bellum indicere debet. Bess. D. 2. adv.

Qui sunt isti, qui ut nubes volant? II. 60. 8. Patres per hos, Concionatores intelligunt; quos idèò nubibus comparatos ajunt: quòd, sicut nubes, dum aquam è terra, & mari, exfugunt; dum plenæ fuerint, eandem hinc, & illinc, sine ullò discrimine effundunt; nequaquam anxie, utrum in principis alicujus, aut agricolæ, agrum ea decidat: ità nubes illæ supernaturales Ecclesie, verbò Dei turgidæ; dum sanctum, & benedictum Evangelii liquorem effundunt; promiscuè illum, sine ullò respectu, aut exceptione, tam in pauperis, quam divitis, animam emittere debent. Bess. ut supra.

Mittam eis multos venatores; & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle. Jer. 16. 16. Sicut venator nulli animali parci; sed nullum laborem subterfugit; modò ut lepuleculum, modò ut vulpem, aliàs cervum, aliàs aprum, aut lupum, vel aliam feram, comprehendat: ità Concionator modò agricolam simplicem, & instar leporis meticulosum; modò caudicum instar vulpis astutum; modò, lupos, & apros, depulatores illos provinciarum; modò cervos ge-
ges

ges inquam, in casses trahat; atque ita in omni monte, & colle venerit. Id. cit.

Cornua in manibus ejus. Ante faciem ejus ibit mors. Hab. 3. 4. 5. Theophyl. legit. *ante faciem ejus ibit sermo.* Quid sermoni cum morte? sicut mors principes non veretur, sed aequo pede &c. Sic Prædicatoris verbum, in morem mortis, sine personarum respectu, vulnerat Auditores ad vitam. Escob. t. 3. Coll. Chr. Obs. 4.

Vos estis lux mundi. Matth. 5. 14. Sol omnibus lucet, & caloræ aequaliter impertitur; nec pauperi minus nec diviti magis, concedit. Paoletti. D. 22. Pent.

Super candelabrum lucerna ponitur. Matth. 5. 15. cum Evangelium in sua libertate prædicatur: porro candelabrum est ipsa libertas, super quam lucerna Evangelij ponenda est. Simon de Cast. l. 7. c. 4.

Viderunt faciem ejus, tanquam faciem Angeli. Act. 6. 15. Quare facies Angelica Concionatori adscribitur? Lorinus asserit, idem esse, vidisse eum angelicâ facie micantem, ac liberè, & sine ullo respectu, Judæos corripientem. Escob. t. 3. Coll. Chr. Obs. 4.

Num. II.

Motiva.

Ex Veteri.

Excusat Moyſes Ex. 4. 10. tardioræ linguam ad loquendum cum Pharaone; & Deus excusationem acceptat, substituitque Aaronem v. 16. quia indignum judicavit Deus; ut is, qui pro Dei honore loquitur; ejusque nomine, ac verba ipsius submisſe, timidè, loquatur; sed clarâ voce intonet; reges, & principes, terreat. Pinna in Eccl. Ethol. 127.

Respondit Balaam - non potero præterire sermonem Domini, - sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar. Num. 24. 13. Dum Madianita veneficus, collega demonum, generositate omnem utilitatem vincente, sic cum rege suo Domino loquitur, summò furore, summâ impotentia faviente: erit Minister Evangelicus tam fociors, & timidus; qui ob levioræ adversitatis suspicionem, aut metu jacturæ non considerandæ, conticeat? cum Deus loqui præcipiat; aut justitia, divinæ voluntati humanam antefereus? O verum non sit, ex ore Magi proditiſſe miracula, digna referri in celestem codicem: & in labiis principum murice lucentium, veritatem, quæ florere debuerat, exareſcere! Omnes, omnes dicere debetis, nobilioribus, potentioribus proceribus: *non potero præterire sermonem D. Dei mei; sed, quidquid Dominus dixerit, hoc loquar.* Olivat. 2. conc. 10.

Indicavit itaq; ei sermones. 1. Reg. 3. 18. O libertatem in puero giganteam! omnia indicavit, nullò intermixtò fucò inter oraculi fulmina. Ut autem videas; quam id gratum Deo fuerit, mox additur: *crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo.* v. 19. Nota: non Polyantb. Sacr. Tom. I.

cum parentes dimisit; non, cum remansit in templo; non cum filiorum scandala exhorruit; non cum surrexit ter, ut obediret, non, cum Domino ministravit; Deus fuisse fertur cum eo: sed cum Dei minas nunciavit Heli; nec canos senis, nec fellam Sacerdotis, nec solum Judicis reveritus, dum Sacerdotem de scelere, & pœna, monet. Oliva l. 10. Strom. §. Puer autem erat minister.

Pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus, - & quæ pulchra erant. 1. Reg. 15. 9. quæ tamen Deus jussit occidi: & idem seipsum proprio cecidit gladio. 1. Reg. 31. 4. Sic Prædicatores adulantes, & parcentes, nè peccatores percutiant verbo Dei, justè verbo Dei percutientur, & damnabuntur. Summa Prædic. Adulatio.

Non ego turbavi Israel &c. 3. Reg. 18. 18. Vide libertatem Eliæ, quæ Achab regi culpam, causamque ficitatis, & famis, à se inductæ, in faciem objectat. Corn. hic.

Non est tui officii &c. 2. Paral. 26. 18. Vide libertatem, vide mentem servire nesciam; vide linguam celos attingentem &c. S. Chryl. hom. 4. de verbis Isaia.

Pro justitia agonizare pro anima tua. Eccl. 4. 33. q. d. justitiæ, & virtutis defendendæ causâ, bellum cum quovis suscipe. Pinna hic Ethol. 57.

Noli esse humilis in sapientia tua. Eccl. 13. 11. Nihil hic contra veram humilitatem; sed contra eos, qui nimium se submittunt, & quædam pusillanimitate aliorum indignationem, vel invidiam, veriti, remissius rem in concionando agunt, quàm par est. Pinna hic Ethol. 269.

Viso Isaiæ filii Amos. II. 1. 1. Quàm potissimum virtute Propheta hic ceteris præluxerit, nôsse quidem vel maxime liceat ex opere ipsius: utpote qui locutus sit tantâ cum spiritus vehementiâ. Ipsi enim ingenuam in loquendo libertatem invictam, nec servilem, constantiam representans Paulus, universâ hæc unâ exprimit sententiâ dicens: *Isaias audeo, & dico.* Rom. 10. 20. S. Chryfost. posteriori proœmiò in II.

Audite verbum Domini principes Sodomorum &c. II. 1. 10. Nota impavidum vatis pectus in objurgandis principum criminibus. Propter hoc forsitan Paulus de Isaia ait Rom. 10. *Isaias autem &c.* Arcon. hic Disc. 5.

Eficient se ab hominibus. Dan. 4. 22. Fuissent, qui prius deliberationem habuissent, quàm talia dixissent regi; cogitassent; si nuntium feram tam ingratum si hoc eloquar tam liberè; privabor meò munere, collectam gratiam omnem effundam, periclitabor capite: præstat igitur tacere, aliter Daniel. Drex. Daniel. c. 10. §. 2.

Ex Novo.

Christus Dominus.

Non respicias personam hominum. Matth. 22. 16. S. Anselmus: *Scimus, quia visus*

Rr 2

Dei

Dei in veritate dotes; non times prælatam personam; sed indiscretè dicis veritatem majoribus, & minoribus. *Omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Matth. 7. 19. An non, ô Domine Libani cedros à flamma non eximis? Laurus à fulmine immunis, à flamma non erit? An humiles solum myrica vè comminationis feriuntur? in discretè inquit: *omnis arbor.* Non arborum aspicio qualitates; non celsitudinem pondero; sed iniquitatem sterilitatis flagellare volo. *Omnis arbor.* id est, omnis homo, sive rex, sive regulus, sive princeps, sive senior; nulli parcitur, nulli honor defertur; sed *omnis arbor*; sive dives, sive pauper, sive servus, sive liber; sive juvenis, sive senior; non ferens fructum, abscinditur. Efcob. t. 3. Coll. Chr. Obf. 4.

Data est mihi omnis potestas - Eunt ergo docere omnes gentes. Matth. 28. 18. Preme ergo. doctrina enim, & prædicatio Apostolica, ex potestate superna procedit. Tam subditus vobis sit rex, quam vulgaris homo. Hieron. Ut omnem formidinem auferret à cordibus eorum. Remig. Id. ib.

Exprobravit incredulitatem eorum. Marci 16. 14. Iustitia vindicativa aequaliter fervetur. Inter Apostolos præ aliis habebat Dominus Petrum, Jacobum, Joannem; verum ubi ad reprehensionem ventum est, nullum excipit, sed medius omnes aequaliter excipit. Baeza l. 5. c. 7. §. 1.

Joannes Baptista, & alii.

Omnis arbor &c. Matth. 3. v. 10. Hinc patescit veritas justitiæ in Joanne; qui sine personarum acceptione, peccatores dire redarguit; neminem palpans, nulli blandiens. Dion. Carth. hic.

Quid ex istis in desertum videre? arundinem ventò agitatam? Matth. 11. 7. Non est arundo Joannes; columna est, non movetur ventò, non quatitur timore, non flebitur adulatione: unò, eodèmq; vultu respicit & illos, qui eum laudant; & eos, qui eum vituperant. Sic inimicos, ut amicos, diligit; sic potentes, ut impotentes, arguit. Euseb. Emis. D. 3. adv.

Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marci 6. 18. Vocem emittebat, quæ possent impuri illi affectus rescindi; vocem emittebat, ægram animam adurentem; *non licet &c.* Possitor legis in regem legis prævaricatorem. O dicendi libertas, quæ regiam injuriam non metuit. S. Basil. Seleuc. or. 48.

§. XXIII.

Concionator sit bonæ intentionis.

Sonet vox tua in auribus meis. Cant. 2. 14. Ut eâ scilicet intentione coram multis sonet, ac in solis Dei auribus sonaret; cui soli cupiat placere; & cujus gloriam in animarum lucris quærat. de Ponte hic §. 3.

In messem suam. Luc. 10. 2. Docet, præcipuum finem Concionatorum esse debere; ut Dei hæreditati proficiant, id est, animarum

proventus; nec suam utilitatem inquirent. Diez. conc. 1. in Com. Evang.

In die magno strivisti is - clamabat. Jo. 7. 37. Prædicator, si quæ homo amat frequentem concionem, quæ Christianus debet exemplò Christi gaudere, quòd multos habeat, quibus profectus causa esse queat. Et Jesus Matth. 5. 1. *videns turbas, ascendit in montem.* Auth. Imperf. videns magnam congregationem populi excitatus est ad docendum. Sic & omnis Sacerdos, cum viderit Ecclesiam plenam, gaudet animus ejus, & delectatur, ut doceat. Si viderit Ecclesiam vacuum, confunditur, & nihil dicere potest. Did. Niff. f. 2. D. 5. Quadr. §. 3.

Non hac sola de causa tam studiosi in dicendo sumus, ut aures vestras oblectemus; vel quòd laudari à vobis cupiamus; nisi lucrum sit vobis ex sermonibus nostris, fatiùs fuerit posthac filere: nollem enim vobis majoris damnationis causa fieri. S. Chryl. hom. 6. in Gen. tom. 1.

Optarim ipse vel millies execrabilis esse, si quem per hoc vestras animas convertere; adeò mihi luce dulcor est vestra salus. - Si quando contigerit vestrum peccare quempiam, dormienti mihi oberflamini. Emoriar; nisi videor simili dolore exanimatis, nisi attonitus! &c. Nam, quæ spes nobis, si vos non proficiatis? Rursus quantum animi solatium, si vos probati sitis! gestire mihi videor, quoties boni quippiam audio de vobis. S. Chryl. hom. 3. in Acta.

Si quis innumeras gemmatas coronas meo capiti nunc imposuisset; non tam lætificaret, quantum in profectu vestro. Imò neque regem sic opinor gaudere, sicut ego de vobis. Quid dicam? si omnibus gentibus adversariis expugnatis victor rediisset, & pretiosâ coronâ plures alias pretiosiores accepisset coronas, & diademata, victoriæ symbola; non opinor sic illum gavisurum in triumphis, sicut ego in profectu vestro. S. Chryl. hom. 11. in Acta.

§. XXIV.

Concionator sit suavis, clemens, pacificus; etiam suavis, & simul fortis.

Stabant super illos piscatores. Ezech. 47. 10. Apostoli vocantur piscatores potius, quam venatores: quia ipsi non violentis cædibus, sed dulcibus sermonibus, & moribus, suaviter traxerunt homines ad Christum; ac sensim eos in retia Ecclesiæ compulerunt, ut vivos caperent ad meliorem vitam. Corn. hic.

Cum sisset. Matth. 5. 1. ad æternam quietem nos expectare præmonstravit. Docens sedet, ut quietius doceat. Infunditur ocyus in corde audientium emissâ in quiete doctrina; & tenaci memoriâ capitur, quod in tranquillitate à Doctore profertur. Sim. de Cass. l. 10. hic.

Prædicans badiſſimum panis nra mel sylvestre edebat. Marci 1. 4. 6. Vides, qualem hominem hujus gratiæ ducem elegit, melle vescentem, & dulciora melle, utilioraque loquentem. S. Cyrill. Jerof. catech. 3.

Elabete

Habete in vobis sal, & pacem habete in ser vos. Marci 9. 49. Sal significat sapientiam. Vult Christus, ut, quæ dicunt Apostoli, paratè explicent, non timore Pharisæo, nec bile hæretica. Velloso in Judith 6. Paræn, 49.

Canes lingeant ulcera ejus Luc. 16. 21. In mystico sensu per eos Prædicatores intelliguntur, qui linguâ solantur angustias miserorum. Sim. de Cast. l. 6. c. 12.

Cum esses sub sicco, vidi te. Jo. 1. 48. ubi Nathanael convitium Christo dixerat: à Nazareth posesi aliquid boni esse? victus à Magistro pacato Nathanael ait: *Rabbi, tu es filius Dei.* v. 49. Unde tanta vis Christo ad victoriam? Inde collegit omnium scientem Filium Dei esse, qui verbis morsus non remorderet, sed laudaret v. 47. *ecce verè Israelita.* S. Chryl. hom. 29. in Jo. ex quo maximè illum sibi conciliavit; cum eum non reprehendit, sed laudibus profectus est. Velloso in Judith 5. Paræn. 49.

Habebat in manu sua libellum apertum, Apoc. 10. 2. *sed iris in capite ejus* v. 1. quæ quidem pacis tessera est. Gen. 9. 13. *arcum meum ponam in nubibus.* Velloso in Judith. 5. Paræn. 49.

Oportes te iterum prophetare gentibus. Apoc. 10. 11. Ne tamen tetricus in dicendo Magister esset, sed melle dulcior flueret oratio; librum jussus edit: *& erat in ore meo sanguinem mel dulce.* v. 10. Id. in Judith. 7. Paræn. 7.

Sacerdotes, sicut apes de divinarum flosculis suavia mella conficiunt; & quidquid ad medicinam pertinet animarum, oris sui arte componunt. Rectè comparantur apibus Sacerdotes; quia, sicut apes, castitatem corporis præferunt, cibum vitæ cælestis exhibent, aculeum legis exercent.

Puri enim ad sanctificationem, suaves ad refectionem, severi sunt ad ultionem. S. Ambr. l. 83.

§. XXV.

Concionatori conceditur relaxatio.

Preparavit Dominus Deus bederam. Jon. 4. 6. Laboraverat enim: quasi debita sit illa relaxatio, & quies, homini, qui laboraverat. Fernand. in Gen. 8. sect. 5.

Venite seorsum, & requiescite pusillum. Marci 6. 31. Per hoc Christus D. Ecclesie Doctores, & Pastores, monet; nè externis turbis perpetuò se dedant; sed privatim sæpe, secretòque, agentes animum colligant; eundemque à publicis negotiis, & occupationibus, quantum res patitur, itentidem sevoent. Docet per hæc eadem etiam, in verbi Ministerio defudantes nonnunquam respirare, & interquiescere; seseque, & corpus suum, suo tempore curare, & reficere debere; maximè verò post ministerium absolutum. Vid. Antioch. hic.

Discipuli convenientes ad Jesum, renuntiaverant, quæ egerunt, & docuerunt. Marci 6. 30. Audit Christus id libenter, ac dein ducit illos ad secessum amœnitatis rusticanae. *Venite seorsum, & requiescite pusillum.* Theophyl. credit id à Christo institutum: ut sciant Pastores laborantes in verbo, & doctrina, dignos esse, quibus sua detur quies, & non semper intendant laboribus. Quod si laborem piscandi jubet Jo. 21. 6. *mittite in dexteram navigij rete;* ubi imperata fecerunt, mox invitantur ad prandiolum. v. 12. *venite, prandete.* ut benevolè discipulos à labore per cibum refocillet. Sic Euthymius. Velloso in Judith. 3. Paræn. 15. vide hæc plura.

TITULUS XXIV. CONCORDIA.

§. I.

Figure, Symbola, Allegoria.

Ex Veteri.

Spiritus Dei ferebatur super aquas. Gen. 1. 2. Subcælestes aquæ oportebat, ut congregarentur in unum; proinde, quia *spiritus Dei ferebatur &c.* ut intelligamus: aquas dispositas ad operationem divinam, hominum voluntates; super quibus fertur spiritus voluntatis divinæ, quas in unum jubet congregari divina voluntas; in unum baptisma, in unum corpus Ecclesie, atque Fidei, & virtutis; in unum finem, in unum velle, in unum amorem, in unum Redemptorem omnium Christum. Sim. de Cast. l. 8. c. 37.

In rerum exordio laudavit Deus opera suas Gen. 1. 3. lucem &c. *vidit, quod esset bona.* Et tandem, creatis omnibus rebus, ait sacer textus: *viditq; Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona* v. 31. Ita notat Aug. l. 13. Conf. c. 28. Septies numeravi, scriptum esse, te vidisse, quia bonum est, quod fecisti; & hoc octavum est: quia vidisti omnia, quæ fecisti. Et ecce non solum *bona*, sed etiam *valde bona*, tanquam *simul bona*. An rebus creatis Deus addit novam perfectionem? haud; sed simul quia sunt, valde bona sunt. hoc est: mirabili contentu, & concordia, Universi componebant pulchritudinem. Did. Castillo Illat. 10.

Divisit ea per medium &c. Gen. 15. 10. Animalia dividuntur: quia inter malos semper sunt jurgia, & discordia. Quia ubi quilibet qua-

Rt 3

rit

rit quod suum est, non potest esse unitas: aves autem non dividuntur; quia boni semper servant unitatem in vinculo pacis. Hugo Card. hic In Ecclesia carnales dividuntur, spirituales non dividuntur: quia amatores Mundi contra se invicem divisiones, & scandala habere non desinunt. Aves autem, id est, spirituales, non dividuntur: quia est illis cor unum, & anima una in Deum. S. Aug. l. de 50.

In simbria summi Sacerdotis Ex. 28. 33. quatuor elementa tranquillâ unione conveniunt.

Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malograno. I. Reg. 14. 2. Non sine mysterio: nam malogranatum optimi regis typum gerit. I. dum suam in granis purpuram, suam in cortice coronam, præfert; nihil magis, quam regem coronatum, ac purpuratum adumbrat. II. quia multa grana sub uno cortice complectitur. Vel significat multitudinem negotiorum, & consiliorum; quæ à regibus fidò silentiò occultantur, ut S. Ambr. l. 3. hex. c. 13. insinuat. Vel concentum omnium virtutum; quibus æquum reges exornari, ut S. Hier. l. 1. contra Jovin. interpretatur. Vel significat animorum charitatem; quam reges in regno suo maximè curare, & conservare, debent. Theodor. in Cant. 4. 13. pro malo Punico charitas intelligitur: quandoquidem sub uno ejusdem mali cortice multa sunt grana, ità mutuò inter se conservata, ut se vicissim non comprimant, neque corrumpant; sed integra conserventur, nisi aliqua in medio putredo nascatur. Mendoza hic.

Beatus populus, qui sicut jubilationem. Psalm. 88. 16. Mihi videtur jubilatione indicare quendam concordiam, & unitatis, affectum. Orig. hom. 7. in Jos.

Vulnerasti cor meum, ut alij legunt, in unitate oculorum tuorum. Cant. 4. 9. Nota, quam unionem Christus cupiat: non manuum; quæ, licet sæpe jungantur precantes, sæpius tamen separantur; &, dum operantur, una quiescit, movetur altera. Et fieri potest, ut, dum attollitur dextera percussura inimicum, amplectatur lava amicum. Pedes in ambulando nisi se jungantur, hæremus loco affixi; nisi præcedat alter, sequatur alter. Secus accedit oculis; quorum tanta concordia, ut nunquam dissentiant; licet se mutuò non inspiciant. Quò movetur unus, sursum, deorsum &c. movetur & alter. Omen esset proximæ mortis, si alter solus lacrymas funderet. Hæc est unio, quam Christus sanguinis sui pretiò comparavit. Oliva t. 1. conc. 15. Concordiæ tantæ erunt omnes isti, quantæ in præsentem sunt oculi nostri. Sicut enim oculus unus verti non potest, quò non vertatur & alius; sed in eandem partem semper volvuntur: sic etiam corpus, & anima; vel societas illa justorum, nihil poterunt velle diversum, sed eandem sem-

per voluntatem habebunt. S. Anf. l. de similit. c. 63.

Clamabant alter ad alterum. If. 6. 3. & commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis v. 4. Erant multi spiritus Deum laudantes; ità tamen uniti, veluti unus. Sylv. in Matth. 5. q. 11.

Rectò tramite ibat; non declinabat neque ad dexteram, neque ad sinistram Ezech. 19. currus ille admirabilis. Si leo, bos, aquila, currum trahebant, tam dissimiles naturâ, quam formâ, quomodo tranquillò motu currus ibat? Audi Prophetam v. 9. *juncta est, erant penna eorum alterius, ad alterum.* S. Greg. l. 29. mor. c. 28. Et si dissimilia sunt, quæ agunt; unò tamen, eodémque sensu, Sanctorum voces, virtutesque, sociantur. Sit pax in manu, consensus in lingua, in corde concordia, idem in animo sensus; & felici gressu, tum familia, tum republica, procedet. Alvarez in Gen. 37. illustr. 58.

Dua penna singulorum jungebantur. Ezech. 1. 11. non ejusdem animalis, sed diversorum.

Quid necesse alas conjungi, quando animalia eodém jugò vehebantur, iisdémque loris? In aliis affectus pingebantur: ut noicas, divinam gloriam non ità celebrari, dum plures eidem conveniunt loco; quam dum honestò uniuntur studio. Naxera in Jos. 18. §. 10.

Ex Novo.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Sal olim symbolum fœderis, quem fœdus ferientes tangebant. Et Num. 18. 19. *partem salis est sempiternum coram Domino, tibi, & filiis tuis.* Dicitur concordia sal: quia sicut sal cibos à corruptione præservat, resque durabiles reddit; sic concordia res stabiles, firmasque, efficit. *Vos estis sal terra.* q. d. Mundus est plenus discordiis, & divisionibus hæresu &c. Munus igitur vestrum est; unum Deum, unam Ecclesiam, unam fidem, unum baptisma, unam deniq; veram; exteriorum, interiorumque, pacem prædicare. *Vos estis sal terra,* vos Mundi concordia; vos homines confederare debetis. Diez. Conc. 4. in Com. doct.

Vos estis lux Mundi. Matth. 5. 14. Cur non lucet? Resp. licet Apostoli in se multi essent; ipsa tamen gratia & charitate, ità unijendi erant, ac si unus in iis esset spiritus, unaque voluntas. Sylv. hic, q. 11.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Cur grano, & non granis sinapis? quia significat Fideles; qui, licet plures sint, est tamen eis cor unum, & anima una: & ob hanc unitatem unum granum dicitur. Sylv. hic, q. 3.

Simile est regnum cælorum fermento. Matth. 13. 33. Fermentum, quod farinam in unum corpus unit, Ecclesiæ significat concordiam triumphantem; concordia enim totus orbis Eccle-

Ecclesie subigitur. Escobar. t. 6. Parab. Chr. obf. 1.

Faciamus tria tabernacula. Matth. 17. 4. Desideranti tria tabernacula, quibus tegerentur singuli, datur meliori consilio unicum tabernaculum nubis, sub qua regantur omnes. S. Chryl. hom. 10. in Matth. o Petre, quid vis facere tria tabernacula? respice unum tabernaculum Spiritus Sancti, qui nos pariter protegit. Si fecisses tabernacula, utique fecisses humana; quæ lucem excluderent, & umbram includerent. Nubes autem lucida, & obumbrans, hoc est, unum tabernaculum, non excludit solem iustitiæ, sed includit. Bæza l. 14. c. 20. §. 15.

Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te. Jo. 17. 21. Concordia nostra tam perfecta esse debet, ut propè adæquet unitatem naturæ trium divinarum personarum: quarum omnium voluntas tam perfectè una est; ut nunquam possit Filius nolle, quod Spiritus vult; aut non cupere Spiritus Sanctus, quod Pater, effectum nolit. Oliva t. 1. conc. 15.

Tunicam milites dividere noluerunt Joan. 19. 24. unitatem Ecclesie firmantes: quoniam forte evenit, ut eam unus, id est, unitas possideret. S. Prosper de prædict. Dei p. 1. c. 26.

Ex Patribus, & aliis.

Denarius numerus perfectus est, & unitatem designat. S. Ambr. tr. de 42. mans. fil. Isr. Elementum arithmeticæ est unitas; elementum musicæ est unisonum; elementum Geometriæ est punctum; elementum astronomiæ est instans. Musica est plurium dissimilium, in unum redactorum concordia. Rich. à S. Vict. l. 1. c. 8.

Grues moralem noverunt exercere concordiam: inter quas nullus primatus quaritur; quia iniquitatis ambitus non habetur. Vigilant vicissim, communi se cautè custodiunt, ipse pastus æternus est. Sic honor nullis admittitur, dum omnia sub communiione servantur. His etiam volatus vicariæ æqualitate disponitur: ultima fit prima; & quæ primatum tenuit, esse posterior non recusat. Voluntariè serviendo liberæ sunt, & in vicem se diligendo muniuntur. Cassiodor. l. 9. var. ep. 2.

§. II.

Etymologia.

Quomodo consors dicitur, qui sortem jungit; ita ille consors dicendus est, qui corda jungit. S. Aug. tr. 77. in Jo.

Concors à conjunctione cordis appellatus S. Isid. l. 10.

Concordia à corde congruente, Varro. de verbor. orig.

Charitas, quasi chara unitas.

§. III.

Concordia placet Deo, & Christo.

Ex Veteri.

Tibi dabo &c. Gen. 13. 15. Deus hic remuneratur Abræ mansuetudinem, quæ Loth, licet juniore, cesserat meliora pascua: q. d. tu prius Loth pacis causâ cessisti; ideo ego tibi nunc majora do. *omnem terram, quam consistis, tibi dabo.* Vide, quàm largiter Deus remuneretur, si quid pacis causâ relinquatur. Corn. hic.

Aaron tribus annis senior Moysè; & nihilominus præ Aaraone in ducem populi à Deo electus. Ex Philone l. 1. de vita Moys. constat; quod fuit 40. annis pastor ovium. Ex 3. 1. in terra Madian; pastoralis autem exercitatio, ait Philo, magna ei fuit præparatio ad principatum. Fuit etiam pacis, & concordie, diligentissimus procurator. Ex 2. 12. 13. Oleast. quia cognoverat Dominus, Moysen zelum habere ad omne bonum, & ad pacificandum inter fratres, ideo eum præfecit. Mendoza in l. 1. Reg. 1. sect. 3.

Judices, & Magistros, constituit in omnibus portis suis. Deut. 16. 18. Cur non potius Judicibus designatur cathedra in medio civitatis? S. Gregor. 19. mor. c. 13. ut tantò esset pacificus urbis populus, quantò ad hanc discordes ingredi non liceret.

Quoniam sunt reliquie homini pacifico. Pl. 36. 37. id est, tali dantur. Exemplum de pauperibus, qui rixantur, & percutiunt se cum scutellis suis. Quando venit Eleemofynarius, nihil dat eis; sed eis, qui sedent ad portam, & expectant in pace, dat reliquias, id est, consolationes; quibus gustatis multum accenduntur, & desiderant; ut possint intrare ad mensam, unde venerunt illæ reliquie. Hugo Card. hic.

Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum. Psalm. 132. 1. ultimò versu: *quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.* de Ponte in Cant. 4. Eph. 25. §. 2.

Ex Novo & Patribus.

Vidit duos fratres, Simonem, & Andream. Matth. 4. 18. & v. 21. *vidit alios duos fratres.* Ecce quatuor prima fundamenta Apostolici Collegij erant fratres, ex eodem loco, urbe, pares officio. Sylv. in Act. 11. q. 1. Nota: quòd viderat aliquando Dominus Andream sinè Petro Jo. 1. 40. & tunc eum non vocat; sed quando simul erat cum Petro: & similiter probabile est de Jacobo. Deus olim fundavit Synagogam super unam fraternitatem, Moysen, & Aaron; qui totius populi principes erant. At, suæ Ecclesie jaciens fundamenta, duplicem apponit. Auth. imp. hom. 7. quoniam abundantior est gratia Novi Testamenti, quàm Veteris; ideo primum populum ædificavit super unam fraternitatem.

tatem, hunc autem super duas. Sylv. in Matth. 4. c. 8. q. 5.

Unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram. Matth. 20. 21. Non ait, unus ad dexteram, & alter, vel alius, ad sinistram; sed *unus, & unus*: ut in unitate fratrum JESUS non possit non medius stare. Ubi enim *duo, vel tres &c.* Matth. 18. 20. Baezal. 12. cap. 8. §. 12.

Et cum facta esset hora, discubuit. Luc. 22. 14. Videtur mihi non obiter recubitus hujus, & Ministerii, meminisse; sed reducere eis in memoriam: quia de uno pane comeditis, & de uno calice bibistis, amicos, & unanimes, una mensa fecerit. Quare ergo sapitis, quæ tales non decent? Et neque ego quidem uni servivi, alteri autem non servivi; sed omnibus vobis. Omnes igitur unum, & idem, sentiatis. Theophylact. hic.

Os non comminuetis, ex eo. Jo. 19. 36. Cur Christus D. in sua carne tam diros voluit habere tortores, in ossa verò tam humanos? S. Hilari. ait: per ossa Christi Ecclesiam ejus intelligi. Permisit, ut corpus suum verum, & reale, multis vulneribus laniaretur; noluit autem, ut corpus suum mysticum ulla divisione, seu discordia, pateretur. Sylv. in Jo. 19.

Pax fratrum, voluntas est Dei, jucunditas Christi, justitiæ regula, magistra doctrinæ, suffragium precum, desideriorum omnium competens plenitudo; dilectionis mater, puræ mentis judicium manifestum; quæ sibi exigit de Deo, quod velit; quæ, quidquid voluerit, petit, quidquid petierit, sumit. S. Chrysol. l. 53.

Vellem te ducere in talem civitatem, si quidem possibile, ubi anima una esset: & videres, quomodo quævis citharâ, & tibiâ, consonantius, ac suavius, omnia sonent, nihilque absurdi sit. Hæc melodia & Deum, & Angelos, lætificat. Hoc totum in cælo spectaculum excitat; hoc & demonum furorem compescit, & affectionum demulcet impetus. S. Chryl. hom. 40. in Acta.

§. IV.

Concordia vis, victoriosa.

Figura, & Symbola.

NEC adæquari poterant greges ad puteum, nisi omnes congregarentur ad unum; pro eo, quòd os putei clauderetur lapide grandi, Gen. 29. 8. qui ab uno pastore removeri non poterat, nisi prius in unum conveniret multitudo pastorum: ut quod ab uno non poterat fieri, à multitudine possit removeri. Ecce habebatur congregatio, quod non habebatur singularitate; habetur unione, quod non divisione. Sim. de Cass. l. 8. c. 37.

Populo Israel, permeanti per mare rubrum, imbecillitas divisionis, & unitatis virtus, emicuit: nam scissò pelagò prævalent hostes Ægyptii, fertque iis divisio opem ad vindictam. Cum

undæ redeunt in concordiam, omnes pereunt. Arcones in l. 3. Disc. 3.

Sol contra Gabaon nè movearis, & Luna contra vallem Ajalon. Jos. 10. 12. Cum sibi Solem, & Lunam auxiliares posceret, concordans voluit: veritus, nè si Sol faret, & Luna moveretur; non tam sibi, quàm hostibus optuleretur. Naxera in Jos. 10.

Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam. 1. Reg. 16. 23. Quid ad medelam Musica contulit? Eucherius: erat David canticis Musica eruditus; Diverforum sonorum rationabilis, moderatusque concentus Ecclesiæ unitatem significat; quæ variis modis continuè resonat. Naxera in Jos. 22. c. 22. §. 11.

Omnis, qui audit verba hæc &c. qui super arenam &c. Matth. 7. 24. 26. Petra est quid unum, fortiter coherens; arena autem sunt quædam grana, alia ab aliis segregata. Charitas est tanquam petra, quæ homines unum facit; & fiunt ut petra. Unde Propheta Pl. 133. 1. *qui stans in domo, benedicite Dominum*; & mox addit: *benedicat te Dominus ex Sion*, vers. 4. Quid est hoc Propheta? prius cum pluribus, mox tanquam cum uno, loqueris? significat multos, imò plurimos, amore tamen, unum esse. Diez. fer. 6. post Cineres.

Testimonia.

Ex Veteri, & Novo.

Moyse prodigiis armatus, & pro Deo Pharaoni suffectus, proelia cum Ægyptiis metuit. Ex. 4. 1. 10. 13. & 34. *Non credent mihi.* Aaromi tamen associatus congressum non metuit. v. 14. Oleast, non acquievit sanctus vir Deo, quousque ei socium in legatione daret. Audet concordia, quod non prodigiis. Naxera in Jos. 10. §. 33.

Quomodo persequatur unus mille, & duo fugent decem millia. Deut. 32. 30. Si unus mille fugat, bis mille hostium fugari debent à duobus. Verùm proportio non servatur in triumpho, quæ servatur in censu pugnantium. Ubi enim adesse potest unio, palmæ sine numero sunt. Unus mille fundit hostes, quia discors sibi esse non potest: duo verò decem millia persequuntur, qui concordantes esse possunt. Adeo nulla firmior armatura concordia est; nullum ad comparandas victorias validius robur, unione: quæ ut primum inter duos nasci potuit, infantie suæ rudimentum, tantam fecit hostium cædem, fugatura Xerxis phalanges, si adolefecit in numero copiosiore. Olival. 2. Strom. hic.

Frater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma. Prov. 18. 19. Significat, paucos fratres unitos esse instar civitatis firmæ; ac æquivalere multis civibus urbem propugnantis. Quod enim in urbe facit multitudo civium; hoc in familia facit unio, & amor intimus fratrum. Corn. hic.

Ter.

Terribilis ut castrorum acies ordinata.
Cant. 6. 9. Quid est, quod S. Ecclesia hostibus suis, ut castrorum acies, sit timenda? Scimus, quia astrarum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit conspiciata, atque densata; ut in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, ut locus vacuus; per quem hostis possit ingredi, dimittatur; profecto iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo, cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus; summopere necesse est, ut per charitatem semper uniti, atque constricti, & nunquam interrupti per discordiam, inveniamur. S. Greg. in Ezech. hom. 8. *ut castrorum acies.* id est, charitate unita, & compacta; ut nullus locus hostis per malum discordiae aperiat: quia solummodo in unitate pacis terribiles fumus hosti. S. Isid. hic.

Tunc hi tres quasi ex uno ore. Dan. 3. 57. Tres pueros in fornace concordia servavit immunes. Zeno Ver. f. 4. tribus in pueris fides puniri non timuit; inimicos camino ignis exaltuans detulit; ut eos unius virtutis esse perlenit. Serm. 5. addit: Trinitatis sacramentum premoniti, unitatis una fide solidi, aequalitate panes, passionis victoria gloriosi Naxera in Jos. 14. §. 29.

Ad huc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Jon. 3. 4. S. Ephrem l. de Jona: cum ille talia ex Deo nuntiavit; effecta est tota civitas velut unum corpus; tota civitas, sicut unus homo; erat appellata. Cumque in hunc modum in unum archissime coissent, restiterunt justitiae Dei; veniam, & misericordiam, consecuti; Did. Niff. D. 3. Quadri.

At ille dixit: satis est. Luc. 22. 38. Cur satis duo tantum gladii? quia satis armai sumus; si sumus concordēs. Unio, & charitas, duos ad minimum discipulos expetit Christo militantes; quia singularis esse non potest. Nulla minor charitas, quam inter duos. Oliva l. 13. Strom.

Ex Patribus.

Pax vestra bellum est diabolo. Tertull. l. ad Martyres.

Multi minimi, dum congregantur unanimi; sunt magni; & multorum preces impossibile est, ut non impetrent. S. Ambr. c. 15. in ep. ad Rom.

Nihil concordiae, & mutuae voluntati, aequiparandum. Unus enim multiplex est. Si enim concordēs sint duo, vel decem; non erit amplius unus; sed eorum unusquisque sit decuplum, & invenies in decem unum, & in uno decem. Et, si inimicum habeant qui unum aggreditur; tanquam decem aggredereatur, ita superatur. Non enim ab uno tantum; sed à decem impetitur. Singulorum viginti manus habent, & oculos viginti, & totidem pedes. Non enim suis tantum oculis videt, non suis pedibus sustentatur, non suis operatur manibus; sed & amicorum. Decem animis spirat: non enim ipse sibi tantum curae est, sed & illis. Ecce dilectionis excellentia!

Polyanth. Sacr. Tom. I.

quò pacto unum insuperabilem, & multiplicem reddat; & unus in multis simul locis, & in Perside, & Romae, esse possit: & quòd natura non potest, dilectio potest; & pars ejus hic; & pars illic est; vel potius totus utrobique. S. Chryf. hom. 77. ex c. 16. Joan.

Quid pulchrius hac duorum oppositione fratrum spiritualium (Petri, & Pauli) contra duos fratres, qui urbem illam (Romam) fundaverunt: Duo namque fratres, Romulus & Remus, illam fundaverunt malò nimirum auspicio; ut nunquam deesset civilis discordia. Nam, ut nobis Auctor ait: fraternò primi maduerunt sanguine muri. Romulus quippe Remum interfecit per impatientiam consortis. Pulchrò igitur spectaculo contra Germanos discordes missi sunt hi duo spiritu fratres spirituali germanitate concordēs; ut super vetera discordiae fundamenta novum concordiae fundamentum Christum ponerent; novamque magno regi Deo civitatem struerent cum sui profusione sanguinis; quae pro magna firmitate Apostolicae Fidei veraciter dici meruit justitiae sedes, fidei domus, aula pudoris; cum antea fuisset superbiae solum, avaritiae profundum, vorago sanguinis, & pureus homicidiorum. S. Rupert. de oper. S. Spir. l. 6. c. 9.

Exempla

Ex Veteri, & Novo.

Notatur 2. Reg. 19. 14. de consensu filiorum Israel illos fuisse universos, *quasi virum unum.* Magna laus; sed non summa. Ecclesiae propria laus est, verè unam, non quasi unam esse. *Una est columba mea.* Cant. 6. 8. Vespasiani nummo insculptae erant plenae spicae ex duabus manibus junctis egredientes. Incerto Authore.

Ibant filii ejus, & faciebant convivium. Job. 1. 4. Sept. convenientes filii ejus ad invicem, qui septem erant numero, & unam habebant animam. Septem fuerunt personae, unum erat eis cor. Non erat inter eos superbia; non arrogantia: erant illis omnia communia, & munera, & substantia, & divitiae, & unanimitas, & pecunia, & charitas. Arcon. in Il. 3. Disc. 5.

§. V.

Concordia creaturarum irrationabilium.

UNIVERSA, quae in Mundo cernuntur, mutua sibi societate consentiunt; & in unum omnis creatura conspirare cognoscitur, dum in oppositorum proprietatibus invenitur. S. Greg. Nyss. l. de creat. hom. c. 1.

Elementa ipsa satis diversa, satisque repugnantia, olim deprehendisset interitus; nisi ea invicem mutuis aequalibusque temperantia dotata muneribus, perennis connubij fidei propagine benigna charitas illigasset. S. Zeno Ver. ferm. de fid. spe, & char.

Ss

Lon-

Longè major est unitas inter pisces, & aves; quam inter homines: nam aves rapacissimæ, quæ in capiendis sunt valde sævæ; aves tamen suæ speciei socias, nec invadunt, nec comedunt. S. Bonav. f. 48. de tempore.

Proh dolor! dolore tabesco: quia est major unitas columbarum, major struthionum, major gruum, & anserum; quam hominum: nam illa simul vadunt, simul comedunt, simul terram petunt, simul è terra se erigunt &c. S. Bonav. f. 2. de SS. Apost.

Totus ob hoc Mundus creatus est exterior, & interior, scilicet ad unitatem; ut omnia sint in unum consummata. Jo. Gerson. tr. 9. sup. Magnif.

Aqua, ignis, aer, lumen, radij solares, & alia corpora subtiliora; percussa, vel divisa; statim sine ragâ, vel divisionis signô, ad invicem copulantur, & reintegrantur. Alia verò, semel fracta, difficulter; vasa terrea, lapidea, vitrea, nunquam. &c. Summa Prædicant. Pax.

Varia sententiæ Patrum de Concordia.

Unum cogitate fratres mei, & videte in ipsa multitudine si delectat, nisi unum. Ecce Deo propitiò quam multi estis. Quis vos ferret, nisi unum saperetis? Unde in multis ista quies? Da unum, & populus est; tolle unum, & turba est. Quid est enim turba, nisi multitudo turbata? *Unum autem necessarium est.* Luc. 10. 42. S. Aug. de verb. Dom. f. 26.

Unitas coëcet omnia, & regit; cui subiecta sunt. S. Ambr. in prolog. Pf. 118.

Vera requies in unitate est: dividi quippe unum non potest: ubi enim scissura divisionis est, vera requies non est. S. Greg. hom. 24. in Matth. 25.

Tanta unitas debet esse inter membra spiritualia, quanta est inter corporalia. Sed nunquam est bellum inter aures, & oculos; nec inter pedem, & manum: igitur nunquam debet esse bellum inter proximum, & proximum; sed debent in Domino esse unum. S. Bonav. serm. 33. de tempore.

Ubi concordia ibi bonorum confluxus; ibi spiritualis lætitia. Sanct. Chrys. hom. 45. in Gen.

Multi nos conjungunt, & copulant: una mensa omnibus nobis proposita est, unus nos omnes genuit Pater, eosdem omnes dolores partus intulimus parenti, idem potus omnibus. Quid dico unus, ac idem potus? cum etiam ex uno, & eodem, calice detur. S. Chrysost. hom. 33. in Matth. 10.

§. VI.

Origo Concordiæ, & remediâ.

Communes ærumnæ.

Publica orbis calamitas adunarat animalia in arca, ut lupus accubaret agno &c. Gen. 7. 2. Sylv. in Matth. 18. c. 13. q. 2.

Nè traxerunt in via. Gen. 45. 24. dixit Joseph fratribus fame vexatis, & alimoniam in

Ægypto quærentibus. Inutilis verò videtur hæc commendatio: nam fratres multò amore coadunati in Ægyptum venerant. Cur in regressu inter eos dissidium timeatur? Cum descendent in Ægyptum, fame premuntur; cum verò redeunt, abundant annonâ. Timeatur meritò; ut, quos fames unierat, saturitas discordaret. Sylv. in Matth. 18. c. 13. q. 2.

Duo cæci unanimes post Christum clamant. Matth. 9. 27. Adversitas concordiam parit. Oves de lavacro venientes solent metu frigoris inter se stipari. Jo. 20. 19. *erant discipuli congregati propter metum Judæorum.* Rom. 16. 7. *Salutate Andronicum, & Juniam, cognatos, & concaptivos meos.* Nullibi archontis vinculum cognitionis invenitur, quam quod nascitur ex simultanea captivitate, & passione. Sic canit Ecclesia de SS. Joanne, & Paulo Mm. *quos eadem fides, & passio, verè fecit germanos.* Bæza t. 2. l. 10. c. 1. §. 1.

Decem leprosi curantur. Luc. 17. 12. Tit. Bosfr. conversabantur ad invicem leprosi: quia fecerat eos unanimes communicatio passionis.

Varia. Alia Origo.

Erat cor unum, & anima una. Act. 4. 32. *Signatum est super vos lumen vultus sui Domine.* Pf. 4. 7. & mox in singulari: *dedisti lætitiâ in corde meo.* Consequenter videbatur dicendum: in Cordibus nostris. Ubi primum vultus divini flamma irradiat pluribus, destruit pluralitatem, & in unum cor omnium corda coadunat. Rupert. de glorific. Trinit. l. 6. c. 15. de multitudine Credentium cum dixisset, *signatum est super nos;* protinus uti maluit singulari numero dicens ex persona ipsorum: *dedisti lætitiâ in corde meo.* Et certè, quia *multitudinis Credentium erat cor unum, & anima una;* quam quoque unitatem cordis, & animæ; illud quoque adverbium pulchrè exprimit: *quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Dixerat enim v. 8. *à fructu frumenti, & olei, multiplicasti.* Quos amor in se in unum convertit, sub unica eadem spe omnes cohibet; ut non multiplex, sed unica, sit expectatio. Sylv. hic. q. 18. Ecce, ubi non erat diversitas rerum, vigeat unitas voluntatum. Nimirum ubi non est divisio census, in unionem charitatis plurimarum mentium conflatur affectus. B. Petr. Dam. l. 1. ep. 18.

Factum est murmur Græcorum adversus Hebræos. Act. 6. 1. Quis hic despectus? quod ministerium? I. Rabanus censet, Græcas mulieres ab Hebræis deputatas ad viliora ministeria, nimioque labore oppressas. II. S. Chrys. & Beda, censent, Græcas viduas, quasi rudiores, repulsas fuisse ab Hebræis à ministrando, & rariùs ministrarent, quam Hebrææ. III. Oecomen. & Cajet. ministerium accipiunt passivè: quòd male alebantur viduæ Græcorum. Moraliter hinc discens; in omni communitate concordia causam esse æqualitatem; si videlicet omnes pari jure, & modò tractentur. Corn. hic.

Quod

Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit? Eph. 4. 9. Querens: Quid hic Christi descensus facit ad Pauli scopum, qui est, hortari Ephesios ad concordiam? Resp. Theophyl. per hunc descensum Christi hortatur illos ad humilitatem, quæ est mater concordia; sicut superbia est mater discordia. Corn. hic.

Desiderium magnum proficiendi plurimum adjuvat hominem, ut ad charitatis perfectionem attingat. S. Laur. Justin. lib. de ligno vitæ cap. 14.

§. VII.

Concordia Conjugalis
Symbola.

Cerva charissima. Prov. 5. 19. Hebr. *cerva amorum, & hirculus gratia*. Amores, & officia, conjugum optime repræsentantur per cervos, & cervas. Cervus, & cerva carent felle, sic in connubiis olim junoni pronubæ sacrificantes fel eximebant, & abiciebant; ad charitatem designandam ait Plutarchus. Cervi, & cerva, invicem succollant, & mutua capicum onera ferunt. *Alter alterius onera portate.* Gal. 6. 2. Cornel. hic.

Hæc pariceps tua, & uxor fœderis tui. Nonne unus fecit, & residuum spiritus ejus est? Malachia 2. 14. Ubi uxor dicitur residuum spiritus viri. Mendoza in 1. Reg. 1.

Conjugium nomen habet à jugo quasi junctum jugum duorum: quia, sicut in jugo duo trahunt, & nisi junctim, & æqualiter, trahant, malè trahunt; si malè trahunt, malè laborant; si malè laborant, nullum reportant fructum. Philippus Picinelli, volens exprimere concordiam conjugum, pinxit jugum, adjecto Lemmate: *Non bene ab uno.* Schönleben D. 3. adv. Disc. 7.

Varia motiva

Ex Veteri.

Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Gen. 2. 7. in faciem mulieris non dicitur inspirasse; quia futura erat una caro cum viro virtute conjugii. Ergo unus spiritus, una vita, unaque respiratio, utriusque communis erat: ideoque superfluum esset illud de femina referre. Tertull. li. 2. ad uxorem: Ubi caro una, unus & spiritus. de Castillo Illat. 161. De Eva solum dicit: *adificavit costam in mulierem.* ib. Cur non etiam Eva inspiravit spiraculum vitæ? cur hic architectum, ibi inspiratorem, agit? ut huic dubio occurrat, libet advocare alium Scripturæ Textum Gen. 5. 1. *hic est liber generationis Adam, in die, quæ creavit Deus hominem, masculinum, & feminam, creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam.* Novò iterum mysteriò unus homo creatus dicitur, & tamen masculus, & femina. *Et vocavit nomen eorum Adam.* Non nomen ejus, sed eorum: quasi ambo non sint plures homines, sed unus homo, ob conjugium. Et hoc est ipsum, quòd dicitur inspirasse Adamo spiraculum vitæ, non autem Evæ: Quia scilicet conjuges debebant vivere quasi unam vitam, & vivere ut anima una. Schönleben cit.

Polyanib. Sacr. Tom. I.

Immisit ergo Dominus Deus sporem in Adam. Gen. 2. 21. S. Chryl. hom. 15. in Gen. Putat divinò id consiliò factum; nè, si Adamus in efformatione mulieris dolore scentiret, perpetuam haberet occasionem rixarum, & odiorum; aut certè minùs, quàm par est, uxori afficeretur. *Immisit, inquit, excessum in Adam, & dormivit: accepit unam costam illius, & implevit carnem pro illa; utne possit discussò somnò, quod factum erat, ex vacuitate sentire.* Fernandus hic.

Adificavit Dominus Deus costam in mulierem. Gen. 2. 22. Non ait, formavit, produxit, fecit; sed *adificavit.* Edificium est quid unum, una domus: sic matrimonium est quoddam edificium, quod constat ex suis partibus; virò, & muliere. Sylv. addit. in Math. 19.

Cumque obdormisset, tulit anam de costis ejus. Ib. En costa videtur ex latere sinistro, non autem dextero, inter alvum, & cor, fuisse desumpta. Procop. sapienter admodum Deus ex uno finxit duos; ut unum iterum ex duobus constituat, invicem copulatis per matrimonium. Fernand. ib. sect. 12. Quid hoc sibi vult? quòd, cum posset mulierem aequè ac virum, formare de limo terræ, maluit costam viro subducere, eamque in mulierem edificare? Quid, inquam, hoc voluit? nisi ut firmam, & insolubilem, debere esse ostenderet unici conjugii charitatem.

Rupert. in Gen. l. 2. c. 34. Cur ex latere Adæ mulierem formavit? volebat creator naturæ ad concordiam adducere unumquòdque genus. Si enim, rebus sic se habentibus, viri cum mulieribus contendunt, & mulieres cum viris; quid non admiserint, si aliunde mulierem formasset? B. Theodoret. q. 30.

Vocavit nomen eorum Adam. Gen. 5. 2. ab Hebræo *adama*. q. d. vocavit eos *homo ab humo*, ex qua creavit eos. Eva ergo etiam est Adam, id est, homo: utriusque unum nomen dedit, ad commendandam concordiam conjugalem. Corn. hic. Olim uxores à viris nomen accipiebant, ut Caji uxor vocaretur Caja; Cornelii Cornelia; Dionysii Dionysia: aequè ac Salomonis sponsa ab eo vocatur Sulamitis. Id. in Cant.

Recordatus autem Deus Noe. Gen. 8. 1. Si memor Noe, bestiarum, dicitur, cur non & ejus uxoris? R. S. Ambr. l. de Noe c. 16. cum dixit, quòd Noe memor fuerit, in autore & præfule domus, necessitates ejus reliquas comprehendit: Etenim cum omnes sibi invicem chari sint, una est domus. Sylv. addit. in Math. 19.

Ex Novo.

Dein separare hominem adversus patrem suum, &c. Matth. 10. 35. Cur de viro, & uxore, non fit mentio? cum ponantur pater & filius &c. quia vult illos maxime esse unitos; ideo nullam dissidii suspicionem dixit. Sylv. hic. q. 5.

Ubi sunt duo, vel tres, &c. Matth. 18. 20. Quinam sunt hi duo illi, aut tres? an virum, & mulierem, & filium, tres dicit? Clem. Alex. 3. Stromat.

Sepelierunt ad virum suum. Act. 5. 10. Fuit celebris mos apud Hebræos, ut conjuges eodem sepulchro conderentur. Abul. 2. Reg. 15. q. 14. ut carnis conjunctio sequeretur conjunctionem pulveris; & quia de costa viri facta est mulier. Sylv. hic.

Omnes unanimes. 1. Petri 3. 8. Memorabile est, quod in vita S. Macarii legimus; ipsi revelatum esse: Quod omni sua oratione, jejuniis, & studio virtutum, necdum pervenisset ad mensuram meriti duarum mulierum, quæ cum maritis in eadem domo per 15. annos vixerant in pace, & concordia; adeo ut nulla unquam alteri verbum asperius dixerit. Corn. hic.

Propterea mulierem DEus subjecit, virum vero illi præfecit; ut pax sit: Nam, ubi honoris est æqualitas, aut ubi familia dominatur, vel omnes principatum gerunt; ibi nunquam poterit esse pax. S. Chrysof. hom. 20. in ep. ad Ephes.

Mulieres viros suos intimè diligant, & ad omne bonum, ut duo oculi, sibi invicem consentiant. S. Honorius f. de Sexagef.

Exempla concordium conjugum.

Ecce ancilla tua in manu tua est. Gen. 16. 16. Hoc est verum contubernium, hoc mariti officium; quando non magnâ diligentia mulieris spectat verba; sed imbecillitati sextus, veniæ non nihil concedit: Hoc unum satagens, ut è medio tollatur tristitia; & pax, atque concordia, constringatur arctius. S. Chrysof. hom. 38. hic.

Erant justi ambo. Luc. 1. 6. Ipsi mutuâ voluntate in idem convenerant, facti sancta conventionem concordem; ut neuter vellet, quod ad bonitatem alterum impediret; uterque alteri præstaret, quod virtutis posset esse compendium. Sim. de Cass. l. 3. c. 1. *Ambo justi.* ib. Quia, ut erat in duobus una caro, sic erat in duobus unus spiritus. Imitentur conjuges; ut, quos conjungit affectio, jungat & virtus: S. Chrysol. f. 91.

Erant justi ambo. Mox sequitur: *Incedentes sine querelâ;* nec vicinis graves, nec inter se discordes: quia in DEI cultu valde unanimes. Joseph Alvarez Illustr. 176. Prima mirum conjugum felicitas est, communis in Deum pietas. Non bene conveniunt in humanis, si dissentiant in divinis. Id. ib.

Media concordia conjugalis.

Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Gen. 2. 23. In his verbis non solum intellige amorem mutuum conjugum; sed etiam egregium patientiæ mutuæ documentum. q. d. vir: & mea fortitudo, & mea infirmitas, est in muliere. Alter in altero suam agnoscat duritiem, & patiens feret. Quis enim ita omni

vitiò liber, in quo non vel offis rigor, vel carnis fragilitas, non sit? Fernandus hic sect. 14.

Honorabile conjugium inter Isaac, & Rebeccam. Gen. 24. 67. Isaac enim Hebr. *risus*, est; Rebecca *patientia*. Clem. Alex. l. 1. pad. c. 5. Ritus à tolerantia adjuvatur. Ut risum à viro mulier eliciat, patienter agat; risum patientia impetrabit. Velloso in Judith. 7. Paræn. 25.

Et lex clementia in lingua ejus. Prov. 31. 26. q. d. in verbis non est aspera, morosa, clamosa, iracunda; sed lenis, blanda, & modesta, suavis. Hanc enim legem clementiæ sibi fixit, ut cum omnibus benignè, & clementer, loquatur. Corn. hic. vide plura hoc loco.

§. VIII.

Concordia impia.

Est & mala concordia, & discordia bona: si quidem qui turrim ædificabant Gen. 11. 4. concordem erant in malo suo; inde est invitati, ad bonum tamen disenserant. Et Socii Chore, male conveniebant; ideo bene divisi sunt. Did. Niss. fer. post D. 4. Quadr. §. 4.

Sancti reges trans Jordanem congregati sunt pariter, ut pugnarent contra asue. Jos. c. 9. 1. 3.

Marsupium unum &c. Prov. 1. 14. Hæc est impia concordia; quæ significatur per squamas Behemoth Job. 41. 6. & per spinas completentes se mutuo. Nahum 1. 10. & per caudas vulpium colligatas Judic. 15. 4. & per lappam, & terram tenacem. Of. 9. 6. c. 10. 8. Hugo à Carohic.

Nolite arbutari, quia pacem veni mittere: non veni pacem mittere, sed gladium. Matth. 10. 34. Quare, querit S. Chrysol. quod agnus, quod mansuetus, quod humilis, Christus indicare bellum venit? & resp. f. 164. quia conjunctio celestis est in illa separatione terrestris. Did. Niss. fer. 3. post D. 3. Quadr. §. 4.

Ubi duo vel tres congregati in nomine meo. Matth. 18. 20. Nec omnis concordia bona, nec quævis discordia mala. S. Cyrill. Jerof. Catech. 16. sunt enim & inimicitia quedam bona. Quemadmodum scriptum est Gen. 3. 15. *Inimicitias ponam inter te, & semen tuum & semen illius.* Gen. 15. 10. *Tollens universa hæc, divisit ea per medium, aves autem non divisit.* Cur animalia terrestria Abraham divisit, non aves? ut significaretur; nec omnem DEO displicere discordiam, nec unionem quamcunque probari. Did. Niss. ib.

Sicut esse noxium solet, si unitas desit bonis; ita perniciosum est, si non desit malis. Perversos quippe unitas corroborat, dum concordat:

Et tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. S. Greg. l. 31.

mor. c. 24.



TITULUS XXV. CONFESSARIUS.

S. I.

*Sit clemens, & lenis.**Figura, & Symbola.**Ex Veteri, & Novo.*

Ex *tenditq; manum, & apprehensam intulit in arcam* Gen. 8. 9. Confessarius absolvens extendit manum cum Noe, ut columbam in arcam introducat, ut confitens ei dicere possit ps. 59. 7. *salvum fac dexterâ tuâ.* Summa Prædic. Confessar. Jacob moriturus tribui Zabulon navigationis, & mercium felicitatem portendit. *Zabulon in litore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad sidonem.* Gen. 49. 13. Sed sublimiori sensu fidam Ecclesia stationem promittit, & maternam erga naufragantes filios charitatem. Audi S. Ambros. lib. de bened. Patriarch. c. 4. Zabulon juxta mare habitabit; ut videat aliorum naufragia ipse immunis periculi. Magisque ad subveniendum parata (Ecclesia) quam periculo obnoxia: ut si qui, tempestatibus aeli gravibus, confugere ad portum velint; præsto sit Ecclesia, tanquam portus salutis: quæ expensis brachiis in gremium tranquillitatis suæ vocet periclitantes, locum fidæ stationis ostendens. Usque ad Sidonem, usque ad gravissimorum criminum peccatores, donatâ benedictionis hæreditate absolvat. Arcones in Il. 1. Disc. 1.

Loquimini ad petram. Num. 20. 8. Moyses, & Aaron, castigati, quod non verbis, sed verberibus, aquam eduxerint de silice. Oliva l. 6. Strom. §. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus.

Subter leones, & boves, quasi lora ex are dependentia. 3. Reg. 7. 29. V. Bedal. de Salom. templo c. 20. super leones, & boves, lora dependent; quando sancti Doctores & in severitate districtioris, quâ peccatores judicant; & in mansuetudine lenitatis, quâ pœnitentibus remittunt; judicium sui timent auctoritatis: ne forte injustè ligando, ipsi justè ligari ab eo, cujus judicium errare nequit, moveantur.

Paser mi, currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Abul. q. 19. Currus Israel vocatur; quia ad currum pertinet sustentare. Sic enim Elias sustentavit Israel, supportando defectus eorum, & providendo eis in necessitatibus. Arcones in Il. 3. Disc. 7.

Elizæus in domum Sunamitis ad filium ejus suscitandum, ire non dedignatus est 4. Reg. 4. 32. *& incubuit super puerum; posuitq; os suum super os ejus:* nullum denique horrorem in domo pauperulæ mulieris habuit de puero mortuo. Diez D. 20. P. conc. 2.

Tibia, & Psalterium, suavem faciunt melodiam: & super uraq; lingua suavis. Eccli. 40. 21. q. d. sermo suavis magis mentem afficit, & delectat, quam melodia instrumentorum mulicorum. Sermo enim suavis secum

quasi vehit mel internum, & suavitatem animæ, à quo promanavit; eamque defert in aures, & cor, audientis. Id visum fuit, & etiamnum videtur viris Apostolicis; quorum lingua suavis *medetur, consrictis corde* Il. 61. 1. Sic videmus Confessarios suaves ad se pœnitentes alligere; & flectere, quocumque volunt. Pierius hierogl. 7. de cervo c. 1. tradit: cervum, licet fugacissimum animal, ita melodia detineri, ut consistens capi se, necarique, patiatur. Cornelius hic.

Columba in Jordane visa. Matth. 3. 16. non vultur: ut discas, non discerpandos, qui lavantur, sed inumbrandos. Oliva l. 6. Strom. antè citatus.

Imponens illum in jumentum suum, duxit instabulum. Luc. 10. 34. S. Ambr. l. 1. de pœnit. c. 5. supra jumentum suum imposuit vulneratum, in quo ejus peccata vexit omnia; nec ovem pastor despexit errantem. Asterius Ep. in Cat. PP. in Luc. quid est jumentum, quò semivivum, ac animam agentem, ad hospitium Salvator deduxit, nisi Caro; in qua ad nos venire dignatus est: quæ fuit quasi vehiculum quoddam, aut Divini Verbi jumentum; in qua, & per quam, omnia sustinens, ac tolerans, pro plena morbi depulsiōne, ad hospitium, id est, Ecclesiam, ubi perfecta vulnerum curatio consummatur, deducit.

Arborem sci habebat quidam Luc. 13. 6. Quis agricola intercessor? Audi S. Greg. Nyss. Or. in mulierem peccatricem: alienus a cædendi acerbitate Sacerdos esse debet, tanquam promptus & paratus, ad excolendam humanitatem: ut etiamsi Dominus aliquem, uti plantam inutilem, excindere jubeat; ipse tamen insitor debeat supplicare, ut ignoscat parumper, ac sententiam differat. - Noli esse tam facilis ad amputandum, & excindendum, tu, qui Dominum, nè id faciat, debes obsecrare. Diligentiam adhibito, reprehensionibus circumfodito, cohortationibus foveto, tanquam sinu. Tuum esto placare Judicis animum. Demus operam, ut eodem nomine, quo Dominus, appellemur. Arcon. in Il. 1. Disc. 8.

*Motiva.**Ex Veteri, & Novo.*

Elizæus Naaman principem septies in Jordane mergi voluit. 4. Reg. 5. 10. nè salutatum quidem: puerum verò misellæ convenit, fovit, oscularus est; sedque spiritu in os ejus immisso revocavit ad vitam. Oliva l. 11. Strom. §. Traxit re in terram. Crimen licet iniquissimum, citò curatur in pannoso; difficillimè, licet leve, in cocco. Id. ib.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus suis. Pl. 102. 3. Non execratur, sed curat Deus, morbos nostros, & quidem omnes. Oliva l. 6. Strom. hic.

Ss 3

Ne

Neg. fora oleo, II. 1. 6.

Motivum speciale, Christi lenitas in peccatores.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Docet, quam mansuetè à Confessario tractandi Pœnitentes. Syl. hic.

Homo, remittuntur tibi peccata. Luc. 5. 20.

Murmurabat Phariseus Luc. 7. 39. intrà se, quòd mulier fletu quasi convivium habet, & Dominus eam ad se accedere permittat. Non æquè vult Deus peccatores extrusos, ut nos. Est hic puer, qui flens, & ejulans, omnes vos turbat; ideoque de manu in manum è templo ejicitis: qui ita lacrymans in exitu invenit matrem suam; quæ aspiciens, illum ab omnibus sic rejectum, brachiis excipit, osculatur, & ait: hi satis ostendunt, quòd non sis eorum filius, nec ab iis diligaris. Profectò si pro te hos dolores pertulissent, quos ego, nunquam te tam inhumaniter tractassent. Talis, longèque incomparabiliter major, est benignitas clementissimi Salvatoris erga peccatores. Diez. fer. 5. D. Pass.

Cur ovem errantem Luc. 15. 4. non punit, verberat &c. ? quia exprimit, juxta Greg. Bed. Bonav. peccatorem pœnitentem, revertentem in viam salutis. Docet, Pœnitentes benignè suscipiendos. Syl. hic. q. 8.

Cur præconium divini verbi non committitur primò Christi Discipulis diu cum ipso conversatis; quam mulieri. Jo. 4. 28. Samaritanæ, quæ paulò antè erat peccatrix ? S. Ambr. l. 132. hæc virtus Christi est Domini; ut quantumvis peccator; qui ejus undà se laverit, denuò in virginem reparatus; non meminerit, antea quid fecerit. Syl. hic. q. 38.

Si fratres donum Dei. Ib. Cum dicat Paulus Rom. 2. 11. non est acceptio personarum apud Deum, cur tam severus in plectendo vintorum homicidio? adeò mitis in ferenda Samaritanæ impudentia; ut nec jacturam unius pili minetur? Resp. publicum crimen vintorum pertinebat ad forum externum, & litigiosum. At Samaritanæ fragilitas discutitur in foro privato, & internò, intercedente summâ misericordiâ: quam ideo Christus audit patienter, diu perfert disceptantem, monet solam, mirabiliter docet, absolvit clementer, indulgentiis dicit, sanctitate donat, & Apostolam patriæ præficit: in exemplum Sacerdotum; ut sint clementes, & pœnitentibus aperiant aquam fontis Siloe, quæ nullò strepitu, mirò silentiò, immundos purgabant. O. liva t. 1. conc. 18.

Alia Motiva

Ex Novo, & Patribus.

Converte gladium tuum in locum suum. Matth. 26. 52. Quasi uni manui tradidit Dominus claves, & alteri imperat, ut gladium claudat: ut sciat, non percutere, sed parcere. S. Bern. l. 4. de confid. dracones me mones pascere, & scorpiones. Propter hoc, inquam, magis aggredere eos, sed verbò, non ferrò. Quid tu demum usurpare gladium tentes, quem se-

mel jussus es ponere in vaginam. Syvel. hic.

Quid ad nos: tu videris. Matth. 27. 4. S. Ambr. l. 2. de pœnit. c. 5. arbitror, quòd etiam Judas potuisset tantâ Dei miseratione non excludi, si pœnitentiam, non apud Judæos, sed apud Christum egisset. Arcon. in II. 11. Disc. 1.

Dupliciter Spiritus Sanctus datus, I. in concilio post resurrectionem, quando leniter, & suaviter, Jesus *insufflavit*, & dixit: *accipite Spiritum Sanctum.* Jo. 20. 22. II. cum impetu vehementi. Act. 2. 2. Quæ differentia? Post Pascha leni flatu se habet: dabatur enim ad dimittendum peccata; nunc autem validò impetu venit: quia ad peragenda negotia regni Dei instigabat. Cum peccatoribus contritis leniter, & affabiliter, se habeat Minister; ac in negotio regni Dei exequendo, vehementi conatu se exhibeat. Syl. hic. c. 13. q. 12. Insufflando eis Spiritum S. dat eis potestatem remittendi peccata. Valdè durus est homo homini: & ideo nulli creditur remissio peccatorum, nisi prius Spiritus Sanctus eorum animis illabatur; de cujus munere venit, ut valdè leniter, & suaviter, peccatores tractentur. Id. hic.

Aperi januam misericordiæ; & si non pœnitentem propter Christum, suscipe vel Christum in Pœnitente. Liquefcat anima tua misericordiæ rore, acclamantis, & pulsantis, Jesu succendatur eloquium. Vox pœnitentis, vox est Jesu. Gilb. in Cant. l. 43.

Si erramus, modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius est, propter misericordiam dare rationem, quam propter crudelitatem deficere Pœnitentem? Hugo Card. in Mauth 23. Ubi Paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, ut quid Sacerdos austerus? Vis apparere Sanctus? circa tuam vitam esto austerus; circa aliorum benignus. Id. ex S. Chrysof.

§. II.

Confessarius nimium mollis arguitur.

Perceit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus, - & - quæ pulchra erant. 1. Reg. 15. 9. quæ tamen Deus jussit occidi, & ideo propriò cecidit gladiò sic Confessarij parentes, nè peccatores percutiant verbò Dei, justè verbò Dei percutiantur, & damnabuntur. Summa Prædic. Adulatio.

David autem psallebat manu suâ. 1. Reg. 18. 10. Vide superius Concionat. §. 21.

Labia ejus distillantia myrrham primam. Cant. 5. 13. Lucas Abb. ait: labia Christi esse Confessarios: quia per illos loquitur Christus ad cor pœnitentium; eisque myrrham pœnitentiæ vitæque austeræ, instillat. Corn. hic.

Habuit magnatorum quispiam Confessarium; eum in confessionibus offendere timebat. Super mensam aliis rigorem suorum Confessariorum exaggerantibus, Dominus ille sui lenitatem

tem mirè laudabat. Utroque defuncto uxor Domini, dum sola in Capella orat, videt hominem formâ ignitâ & terribili, qui portabat alium dorsò suo similis formæ. Cui timentî maritus: nè timeas; ego sum maritus tuus; & bajulus meus est Confessarius meus: qui, sicut viventem supportavit in culpa, ita mortuum portat in pœna. Summa Prædic. Confess. mollis.

§. III.

Qualis Confessarius eligendus?

Ne subjicias te omni homini pro peccato. Eccli. 4. 31. Lyr. delectus habendus in Confessione; nec cuius Confessario aperienda peccata: multi enim stipites venantur, quibus dici posset illud Ol. 4. 12. *populus meus in ligno suo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei.* Medicum quæris in morbo peritum; pro anima vis hebetem: qui, sit Medici imperiti cœmeterium implent corporibus, ita rudes Confessarii Infernum animabus. P. Octavian in Eccl. c. 4. hic.

§. IV.

Confessarius plebejos non abhorreat.

Pondus super se rollet, qui honestiori se communicat. Eccli. 13. 2. Multi ambiunt aulas Magnatum, ut eorum familiaritate honorati sint, & dignitates, & lucra captent. Verum Siracides hic sapienter idipsum dissuadet. Ubi enim sunt impares, superior vult Dominari inferiori; illique multa imperat, quæ inferior præ metu, & pudore, recusare non audeat: quare potius servus est, quam ami-

cus. Experiuntur & illud pondus Confessarii magnatum, & divitum; qui, præter molestias illis obsequendi, non raro conscientias suas, æquæ ac Pœnitentium, periculo æternæ salutis exponunt: dum vel ex metu displicendi, aut placendi, non audent eos monere; sed dissimulant non dissimulanda; laxant non laxanda. Quamto feliciores sunt Confessarii pauperum, qui eos libere monent, facileque ad omnem sanctitatem promovent. Hi domini sunt, illi servi. Corn. hic.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3. 10. Una securis, & idem rognus, cuius plantæ sterili; æquæ palma, ac ficus; cerasus, ac malus Punica, Ejectus est Judas, licet Apostolus; Saul, licet princeps; fugatus Cain agricola; damnatus ad greges Nabuchodonosor. Quos ergo Deus conjunxit, homo non separet. Utinam ea recurrent sæcula, quando reginæ (3. Reg. 14. 2.) induebant personam ancillarum! A Jerobbam ad Ahiam missa est uxor personata amictu plebej. Timuit, nè regina rejiceretur; speravit ancillæ simulatione Dominam admittendam: Caveant Ecclesiarum Ahie, ne rejectis ancillis, forminis Consularibus ancillentur. Oliva l. 11. Strom. §. traxit rete &c.

Collocet se Confessor in arcæ, seu speculâ rationis; abstrahens semetipsum; quantum poterit, ab hominè exteriori; tam in se; quam in aliis; ut spiritu ambulet, & non carne: nè forte, illectus formis corporum; fiat sibi ipsi laqueus perditionis: totus in animarum perspicienda qualitate spiritualiter invigilet; non attendens distinctionem sexuum, vel formarum: Joan. Gerson tr. de arte aud. Confess.

TITULUS XXVI. CONFESSIO SACRAMENTALIS.

§. I.

Figura, & Symbola.
Ex Veteri.

Aperiens Noë fenestram &c. Gen. 8. 6. Sic peccator aperiens fenestrâ cordis, id est, oris, columbinam gementem, simplicem, & sine fuce, confessionem emittit. Illa verò ramum olive portat; id est, veniam, & pacem. Barrad. D. 3. Quadr. t. 2. l. 8. c. 19.

Facies labrum aeneum. Ex. 30. 18. Quod potest exponi de pœnitentiâ; quæ dicitur mare, pro amaritudine contritionis; labium pro confessione. Dicitur etiam aeneum pro constantia, & fortitudine, in labore satisfactionis. Illud labium ponitur inter tabernaculum, & altare. Altare est Ecclesia militans, in qua nos debemus offerre Deo prius lotos per pœnitentiâ, Rom. 12.

i. obsecro vos &c. Tabernaculum est vita æterna, sive cœlestis patria; quod nequaquam transferri poterit, ut dicitur II. 33. 20. Qui ergo à militante Ecclesia volunt ire ad triumphantem; oportet, quod per mediam transcant pœnitentiâ: hæc enim est via. Aqua ponitur in labio, quando pœnitentiâ fit cum lacrymis, vel cum gratia. &c. Hugo Card. in Joan. c. 5.

Pherezaus. Ex. 23. 23. interpretatur divinus; & significat peccata mortalia, per quæ anima dividitur à Deo. Hæc tradidit Dominus in manus Judæ: quia virtute Confessionis tam venialia, quam mortalia dimittuntur. Hugo Card. in Judic. c. 1.

Sexcentos viros vomere. Judic. 3. 31. Glossa: vomer est Confessio: quia, sicut vomere aperitur, & scinditur, terra, ut semen recipiat; & fructificet; sic Confessione rescinditur terra

terra cordis nostri, ut semen verbi, & gratiæ Dei recipiat, & per illud fructus bonorum operum producat. Corn. hic.

Effuderunt in conspectu Domini &c. 1. Reg. 7. 6. in signum pœnitentiæ, qui perfectè idololatriæ, & peccatis, renuntiabant. q. d. sicut aquam hanc, sic & cor nostrum, omniaque ejus vitia, effundamus coram Domino, profitentes, nos ea detestari, pœnitere, & aquam hanc vice lacrymarum fundere. Optaremus pro peccatis tot lacrymas fundere, quot sunt guttæ in situla; sed quia id facere nequimus; hinc pro eis aquam effundimus. Corn. hic.

Saul in eo, quod, David citharam percutiente, refocillabatur, & levius habebat, 1. Reg. 16. 23. & recedebat ab eo spiritus malus, inimicos Dei significat pro parte illorum; qui, auditâ dulcissimâ prædicatione Christi ad pœnitentiam invitantis, ad fidem ejus convertuntur, & refocillantur, depositis peccatorum oneribus; & per confessionem recedit ab eis diabolus. S. Rupert. l. 2. in lib. Reg. c. 2.

Vix Domini confringentis cedros. Psalm. 28. 5. quâ Sacramentum Pœnitentiæ perficitur. de Ponte in Cant. 2. Exh. 8. §. 1.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Psalm. 50. 19. Cum mala tua confiteris, sacrificium est Deo spiritus contribulatus. S. Bern. ep. 112.

Flores apparuerunt &c. Cant. 2. 12. Notantur hic tres actus Pœnitentiæ: contritio per flores; confessio per vocem turturis; satisfactio per putationem. Huc facit, quod turtur sit Pœnitentiæ Symbolum: nam post mortem conjugis perpetuo gemit, & mœret. Quare nunquam in viridi ramo, ut antè; sed semper in arido, refidet. Nunquam in aqua seipsam inspicit; nec aquam claram, & elimem, ut antè; sed turbidam, & limosam; bibit: imò aquam limpidam pede turbat, antequam bibat; uti tradunt Physi. ci. Corn. hic.

Dicitur 1. Machab. 2. 65. 66. quod *Mathathias*, moriens substituit sibi *Simonem*; & *Judam*. *Mathathias donum gratiæ*; *Simon audiens merorem*, id est, contritio; *Judas confessio*. Hos duos debemus in nobis substituere, si fortè moriatur aliquando *Mathathias*; id est, gratiæ Dei Hugo Card. in Gen. c. 13.

Ex Novo.

Et tu Bethlehem, terra Juda, nequam minima es. Matth. 2. 6. S. Bern. l. 2. de Nat. B. V. Bethlehem *domus panis*; *Juda sonat Confessionem*. Confitere ergo, & Bethlehem domus panis fies; id est, omni oppleberis abundantia. Escob. tit. 1. mir. Christ. l. 7. Obier. 8.

Remansit Jesus. Luc. 2. 43. Qui perdit Christum per peccatum, non potest ipsum invenire, nisi post triduum Contritionis, Confessionis, Correctionis, S. Vinc. Ferr. D. infra Oct. Epiph. l. 4.

Piscina, Jo. 5. 2. est Pœnitentia. Sicut enim nihil dignum erat offerri Domino ad literam; nisi prius in ea lavaretur; ita nullus est dignus Deo offerri spiritualiter, nisi prius sit lotus per pœnitentiam. In probatica piscina oves lavabantur ad immolandum. Hugo Card. hic.

Lazare veni foras. Jo. 11. 43. acsi aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur: cur reatum tuum intra conscientiam tuam abscondis? S. Greg. hom. 26.

Sicut puer rumpit vestem veterem, ut citius habeat novam, sic bonus Pœnitens lacerat faccum carnis, ut citius anima suæ acquirat stollam felicitatis aeternæ. S. Bonavent. 1. diet. sal. c. 2.

§. II.

Motiva Confessionis.

Primum

Petit illam à nobis Deus.

Adam ubi es? Gen. 3. 9. Vocabat hominem ad cor suum, ut pœnitens responderet: heu! in prævaricatione sum! S. Rupert. l. 2. de oper. S. Spir. c. 3. Ad confessionem provocat, dum interrogat. Vult eum fateri peccatum; dum ab eo inquit admisum. Querit misereri, dum eum reo de culpa loquitur. S. Chrys. hic 1. de lapsu primi hom. Ad hoc requisiti fuerant; ut peccatum; quod transgrediendo commiserant; confitendo delerent. Unde & serpens ille persuasor, qui non erat revocandus ad veniam; non est de culpa requisitus. S. Greg. l. 22. mor. c. 13.

Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. Multa, & immensa, Dei patientia est: non enim interrogat; quasi ignoret; sed ipsum id agit, quod & patri ipsius fecerat. Nam quemadmodum illum; cum se præ confusione nuditatis tegetet; rogabat, ubi es? non ignorans; sed fiducia occasiones illi præbens; ut per confessionem peccati delictum ipsius ablueretur; ita & nunc rogat Cain. S. Chrysostomus hom. 19. hic.

Unde venis? Gen. 16. 8. Querit Angelus; non quod nesciat, sed ut confessionem peccati eliciat. Corn. hic.

Juda, osculo Filium hominis tradis? Luc. 22. 48. Cur, Domine, hominis spurcissimi nomen assumis? S. Cyrill. Jerol. catech. 2. Hoc ad ipsum dicit; admonens eum per nominis appellationem, quod accepisti argentum, confitere cito. Bæza t. 2. l. 6. c. 3. §. 28.

Vade voca virum tuum. Jo. 4. 16. Sciebat Dominus, Samaritanam non habere virum; & tamen ait: *vade, voca virum tuum*, illam ad humilem peccatorum veniam adducens: nam nil salubrius suadetur peccatori, quam confessio. Bæza ib.

Vis sanus fieri? Jo. 5. 6. Querit Jesus, si vult sanus fieri? ut ore profiteretur malum. Sim. Cass. l. 5. c. 27.

Secundum
Placat DEum, arvertit poenam, justificat.
Ex Veteri, & Novo.

Occidi virum in vulvum meum, & adolescentulum in livorem meum. Gen. 4. 23. Nonne dictum est Gen. 4. 24. Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur? Et tamen non multum post Cain occisus est à Lamech teste S. Hier. in quæst. hebr. item ep. 125 ad Damasc. q. 1. Et tamen nulla poena legitur. Theodoret. q. 44. in Gen. poenam evasit propter peccati confessionem; & contra se ferens sententiam; evitavit divinam. Mendoza in 1 Reg. 7. Grave peccatum Judas, & Thamar, commiserunt; sed in hanc capitale supplicium decernitur, non in illum. *Produce, inquit, eam, ut comburatur.* Gen. 38. 24. Imò nunquam Judas hujus peccati reus, vel accusatur, vel nominatur. Nec immerito: quia peccatum agnovit, & confessus est. *Justior me est.* ib. 26. S. Ambr. l. 2. de poenit. c. 8. hic: ideo culpæ ejus deputatum non est: quia ipse prius se accusavit, quam ab aliis accusaretur. Mendoza ib.

Peccavimus; & addidit nobis. Judic. 10. 15. Ingenuè confitentur; sed quid reddendum peccatoribus? num supplicium: imò beneficia cœlestia. Quò titulo? *peccavimus.* Ostulit imò prudentissimi. *Peccavimus!* vox est poenitentis, sicut Davidis: *Peccavi Dom. no.* Qui peccatum ingenuè confitetur, DEum acquirit debitorem cœlestium munerum. Theodoret. q. 17. ubi suas iniquitates confessi sunt, beneficia ejus persenserunt. Escob. t. i. mir. Chr. l. 7. obf. 8.

Domine, nè in furore tuo ardeas me. Ps. 6. 2. Inter alios status, quos oratores Causis emergentibus indiderunt, *concessivam deprecationem* esse dixerunt: cum reus non id, quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur, exposulat. Qui status, licet incrimis apud terrena judicia videatur, humanisque viribus destitutus; invidiâ tamen apud DEum munitione præcingitur: Ut quem nulla valent argumenta defendere, sola possit Confessio vindicare. Hoc vere confitentibus datur; qui dum se cupiunt absolvere, ipsi potius nituntur propria facta damnare. Sic H. monet c. 43. 26. *narra, si quid habes, ut justificeris.* Cassiod. hic.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Ps. 6. 3. Infirmis confessio cœlestis medici misericordiam monet; à quo facile impetrantur remedia, cum ostenduntur vulnera manifesta. Non enim dixit, quia mereor; sed quia justitiam tuam sustinere non valeo. O clementia magna Creatoris! à Judice percipimus, quid rei dicere debeamus. Docemur pietatem petere, nè nos justitia possit ablutere. Id. ib.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo. Ps. 24. 11. id est, propter nominis tui gloriam; vel misericordiam tuam: Hoc enim nomen DEI. Ps. 43. 26. *Redime nos propter nomen tuum.* Chald. *Propter bonitatem.* Hebr. *misereremur.* Sed quam hujus propitiationis affert causam? quia forsan nesciens commisit, quia casu, quia leve? imò

Polyanth. Sacr. Tomi I.

inquit: *Morsum est enim.* Ps. 24. 11. S. Hier. quia grandis est iniquitas. Grandem autem misericordiam cum dico, ingentem etiam illius gloriam dico. Sic Ecclesia canit: *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.* Quis unquam de gloria alicui gratias agit. Scilicet misericordiam in nos exercitam intelligimus. Rom. 3. 23. *Omnes peccaverunt, & egent gloria DEI.* Octav. in Ecclesiasticum c. 18.

Sana animam meam, quia peccavi tibi. Ps. 40. 5. En ratio, cur misericordiam petat, quia peccavit. Re alii, cum ignosci sibi peccatum abscondunt; hic autem aperit: illi apertum, ut possunt, excusant. David autem extollit, & magnum dicit: ex quo misericordiam quasi majori cum fiducia sperat. Id. in cap. 18.

Miserere mei DEus. Ps. 50. 1. Rex ille potentissimus, & multarum gentium victor egregius; cum se audisset à Nathan Propheta reargui; peccatum suum non erubuit publicè confiteri: Nec ad noxias excusationes cucurrit, ad quas maxime festinat humanitas. Sed repenè salutari humilitate prostratus ipse se DEo offerens purus poenitens, piis lacrymis supplicavit. Mirabile dictu! dicendo enim *Judici, miserere mei;* locum examini cognoscitur abstulisse. Vox illa non discutitur; sed sub tranquillitate semper auitur. Cassiod. hic.

Confitebor tibi DEus. Ps. 74. 2. Mortem plurimumque generat; vel semel terreno judici crimina confiteri: DEO autem frequentata Confessio non parturit periculum; sed salutem. Pulcherrimus currit ordo verborum: prius se dicit confiteri, id est, peccata deslere; postea invocare nomen Domini. Sic enim signum est, ut ipsius munere prius corda nostra confessione purgemus; & sic ad auxilium suscipiendum nomen Domini invocare debeamus. Id. hic.

Notum in Judæa DEus. Ps. 75. 2. Judæa interpretatur *Confessio*; in hac recognoscitur DEus, qui antè in statu peccati ignorabatur; & DEus eos cognoscit; & se eis notum, & familiarum, ostendit. Hugo Card. hic.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. Dicit hoc animæ peccatrici; quæ faciem suam; quam ei Dominus creando contulerat, & recreando formaverat, commutavit in faciem porci &c. q. d. deponere faciem alienam, & ostende mihi tuam. Hugo Card. hic. Age, quod agis, contemplare, quod contemplaris; atque hoc modò semper ostende mihi faciem tuam; & ostendendo corrige, quod Eva peccavit, & abscondit à me faciem suam. Non ostendit mihi faciem suam, cum dicerem, ubi es? non sonuit vox ejus in auribus meis, vox confessionis, quæ sonare debuisset. Rupert. hiel. 2.

N. g. tu vides DEum. Luc. 23. 40. Hæc ideo dico, ut pro pietate laborare distatis; & cum domi, tum publicè, emulationem præ vobis ferre, ac pro Christo decertare. Mala propria confitetur; & Domino patrocinatur. Tortus es latro coram Præside, ut latrocinia tua, furta, & cædes, fatereris; non tamen lassus es. Et nunc extra tormenta dicis, *domine facis videri mihi?* sic est, inquit: verum illic confessionem

Te excipit

excipit mors; hic confessionem penitentia sequitur, & vita. S. Chrysol. tr. de Zelo, & piet.

Ex Patribus.

Cum apud sæculi iudices confessus mox dirigatur ad penam; apud Dominum confitens statim pergit ad veniam. S. Ambros. c. 1. de poenit.

In sæcularibus iudiciis, quantumlibet, post acceptam sententiam, lamenteris, & lugeas; non tamen effugies stendo supplicium. Hic verò, si totò corde ingemueris ad Deum, solvisti repente sententiam, veniamque consecutus es. S. Chrysol. hom. 6. in Math.

Omnis, qui seipsum accusat, iudicis iram mitigat. S. Chrysol. hom. 4. de patientia Job.

Si adversarium nostrum prævertimus, diabolum dico, qui in die illa ob faciem nostram stabit; & jam in præsentia vita, antequam ad tribunal ingredimur, facinora confessi fuerimus, dicendique principium rapuerimus, nostri ipsorum facti accusatores: in tantam misericordiam provocabimus Dominum; ut non solum nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorum Catalogo numerari. S. Chrysol. hom. 20. in Gen.

Cum mala tua confiteris, sacrificium est DEO, Spiritus contribulatus. S. Bern. ep. 112.

Ex eo unusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator exiterit. S. Bernard. tr. de inter. Dom. c. 1.

Tertium.

Confessio plena gratiis; honore, & favore Divinò.

Ex Veteri.

Spiritus DEI ferebatur super aquas. Gen. 1. 2. Ergo is Divinus Spiritus incubat, à quibus prævidet animas expiandas. Oliva l. 9. Strom. hic.

Psalmi 56. titulus: in sinem nò disperdas, David in tituli inscriptionem: cum fugeres à facie Saul. Inscriptio nostri David J. N. R. J. O tu ergo, quicumque fugis à facie Saul, à facie diaboli, vel mortis, aut cuiuscunque vitii; nè corrumpas hunc titulum; imò nè corrumpas te ipsum, destruendo in te, quod dicitur Rex Judæorum. Quid enim est Rex Judæorum? nisi Rex Confessorum? Confitere igitur peccata tua, ut sis Regis hujus regnum. S. Rupert. l. 3. c. 30. in 4. Reg.

Hæc est dies, quam fecit Dominus &c. Pf. 117. 24. Hæc dies scilicet confessionis, quam fecit Dominus; *exultemus &c.* Confessio dicitur dies propter claritatem gratiæ DEI. Et dicitur dies Domini: quia Christus ordinavit Confessionem. S. Vinc. Ferr. f. 1. D. in Alb.

Venavita os iusti. Prov. 10. 11. Lyranus hæc adaptat confessioni peccatorum: q. d. os iusti verè poenitentis emanat vitales aquas puræ, & sincera, Confessionis; per quam veniam, vitamque gratiæ, consequitur. Corn. hic. Qui lingua per confessionem crimina sua enudat, is vitæ, ac salutis lucrum facit: *Ore namque, ut Paulus ait Rom. 10. 10. confessio sit ad salutem.* Did. Niff. ser. 5. post D. 4. Quadr. §. 6.

Ex Novo, & aliis.

Faciem suam lava. Matth. 6. 17. Facies animæ est conscientia, quæ lavatur confessione. S. Vinc. Ferr. serm. die Cin.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Verè filius DEI est, cui dimittuntur peccata. Haymo.

Locutus est mutus. Luc. 11. 14. Simul loquitur mutus, & cæcus videt, ac demoniacus liberatur: quia erga confitentem delicta Dominus se munificentissimum exhibet. Elcob. t. 1. mir. Chr. l. 7. obs. 8.

Pater! peccavi in caelum. Luc. 15. 18. *& osculatus est eum,* v. 20. Sed quomodo supremus Dominus figit oscula impuro oni? jam pulchrum erat confessione: *Pater peccavi!* ut dignum esset DEI osculo. S. Chrysol. hom. 4. in Luc. Occurrens Pater revertenti filio osculatur os ejus, per quod emissa de corde confessio poenitentis exierat, quam pater lætus excepit. Sylv. hic. q. 6. Cur pater non interrogat de substantia perditâ; nec infligit flagella, sed oscula? S. Chrysol. hom. 10. de poenit: Si poenas eum dare oportuit, satis poenarum, quod in aliena verlatus est, dedit. Magnam poenam luit fame, carentiâ conspectûs JESU. Sylv. hic. q. 16.

Et osculatus est eum. ib. Sic Pater iudicat, sic emendat; sic peccanti filio dat oscula, non flagella. S. Chrysol. f. 2. Novum genus iudicii, in quo reus, si excusaverit crimen, damnatur; absolvitur, si faretur. S. Zeno Ver. f. 7. ad Neoph.

Date annulum in manu ejus. ib. Annulus signum nobilitatis, & libertatis; per quem Equites à plebeis, & servis, distinguebantur. S. Chrysol. f. 5. posuit annulum in manu ejus, annulum honoris, titulum libertatis, in sine pignus Spiritus, signaculum fidei. Sylv. hic. q. 19. Reverso per confessionis viam prodigo Pater cœlestis stolam primam, seu merita demortua, jam revivificentio, reddi imperat: addit annulum, calceamenta, vitulum saginatum; verbo, omnem abundantiam. Gilbert. f. 33. in Cant. revolve Evangelium, ubique JESUM copiosum invenies ad veniam. Elcob. t. 1. mir. Chr. l. 7. obs. 8.

Hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23. 43. Fœdaverant illum propria facinora; sed Confessio Paradisum pate fecit. S. Chrysol. de latr.

Erat proximum Pascha, dies festus Judæorum. Jo. 6. 4. Tunc enim præcipue confluent homines ad confessionem, & transeunt de vitiiis ad virtutes. Et dicitur *Pascha dies festus Judæorum*: Quia soli Judæi, id est, confitentes peccata sua, faciunt istum transitum de membris diaboli in corpus Christi; de culpa ad gratiam; de vitiiis ad virtutes; de servitute diaboli in libertatem regni; de exilio vitæ præsentis ad patriam æternæ felicitatis. Hugo Card. hic.

Confessio est porta, per quam intrant animæ ad paradisum. S. Albertus f. die Cin.

Quando absolvitur peccator, debet cogitare, quod omnia vulnera Christi sunt aperta, & sanguis effunditur super eum. S. Vinc. Ferr. f. 1. ser. 5. post Oculi.

Quartum.

Confessio facilis, & suavis est.

Facilitas Confessionis in Veteri Testamento praefiguratur. Homicidis constituit Deus sex civitates; tres citra Jordanem Num. 35. 13. totidem ultra Jordanem. Deut. 19. 3. Cur non alia loca ad recipiendos profugos, quam civitates, easque munitissimas, destinavit? Philo Hebr. neque effugium dedit in loca, quae deferta forent; aut parum tuta, ne caedis invitae reus facile eaperetur. Fuerunt praeterea illae refugii urbes propriae Levitarum. Num. 35. 6. Fortè quia Levitae, sicut sanctiores erant, ita ad pietatem praeviores: ut facilis accessus confugientibus daretur. Mendoza in 1. Reg. 7. Annot. 25.

Putabam, quod egredereur ad me. 4. Reg. 5. 11. ait leprosus Naama. Dicit ei servus fidelis: *Pater si rem grandem dixisti tibi propheta &c.* v. 13. Leproso peccatori dicitur: accede ad Christum, ad Confessarium. Multi sunt potentes, & divites; qui ad animarum medicum vel compulsi tempore veniunt. Sed si confessarius aliter, quam ipsi velint, eos curare disponit; alium quaerunt, qui pro libitu suo eis pharmaca praebent. *Si rem grandem &c.* cum damnatus sis ad aeterna supplicia, cum merueris Inferni poenas; quid magnum postulari potest, ut haec redimas? Certè si porteret omnes labores, cruciatu, afflictiones corporis, subire &c. Jo. Osorius D. 5. post Epiph.

Nunquid adhaeret tibi sedes iniquitatis, qui singis laborem in precepto? Pl. 93. 20. Dicit potest ob difficultatem renuenti Confessionem. Fictitius est ille labor, quem times. Tui te cordis iniquitas, non operis difficultas, à Confessione deterret: timidos illos terrae promissae exploratores imitatus, quaedam in hoc sacramento singis monstra de genere giganteo; quibus vincendis te imparem putas: cum tamen Josue, & Caleb, & qui illos Christiani milites imitantur, facile possint ea omnia, sicut papam, devorare. Mendoza in 1. Reg. 7. Annot. 25.

Dum irent, mundati sunt. Luc. 17. 14. Ut discamus, DEI pharmacum accedentibus aegris occurrere; nec pati se ab iis conveniri. Ipsum curationis desiderium, curatio est. Oliva l. 13. Stron. §. hic.

Confitemini alterutrum peccata vestra. Jacobi 5. Cur non expressè dicit, confitemini Sacerdotibus? §. ad leniendum confessionis onus, & verecundiam. q. d. confiteri debetis; at non angelis; coram quibus; utpote purissimis, & sanctissimis, nimis erubesceretis peccata vestra, praesertim carnalia, aperire; sed hominibus, Sacerdotibus; qui iisdem peccatis, & tentationibus, obnoxii sunt, aut fuerunt, aut esse possunt. Corn. hic.

Quid timeo confiteri peccata mea quid vereor opprobrii mei mentionem facere apud eum, cujus iudicia dulcia sunt? Quod severum in aliis, in Christo dulce est, & suave; quia ipse suavis est. S. Ambr. in Pl. 118. Oclon 5.

O dulcis sententia! o damnatio necessaria! homo jugulatur, ut vivat; percussor, percussorisq; non cernitur gladius; percussiq; non hiat vulnus, non desluit sanguis, non decolor color est. Ipsi

Polyanib. Sacr. Tom. I.

est, & tamen ipse non est. Vetus quidem videretur domicilium; sed novus est inquilinus. S. Zeno Ver. l. 2. ad Neoph. post baptismum.

Quantum

Confessio est utilis animae.

Confessio, & pulchritudo, in conspectu ejus. Pl. 95. 6. *Egressus est à filia Sion omnis decor ejus.* Thren. 1. 6. S. Bonav. hic. decor egreditur, quando homo non confitetur. Sylv. c. 22. in Luc. 11. q. 6. Confessionem bene sequitur pulchritudo: Quia nemo potest esse speciosus, nisi qui Domini fuerit miseratione mundatus. Fecdos nos peccata nostra faciunt; sed penitentiae reddunt lavacra decoros. Cassiod. hic.

Terxit manum ejus, & dimisit eam febris. Matth. 8. 15. Inde medicamentum habet peccator, si nudam malitiam suam exhibeat oculis Divini Medici. Baezat. 2. l. 10. c. 6.

Erat autem sabbatum in die illo. Jo. 5. 9. In die gratiae, cum sanatur homo, est Sabbathismus: in quo notatur spes aeternae quietis, & quies peccatoris. Pl. 114. 7. *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Hugo Card. in Jo.

Cur cessas aggredi, quod scias mederi tibi? multae quidem animae, & irrationales, medicinas sibi divinitus attributas, in tempore agnoscunt. Cervus sagittam transiit, ut ferrum de vulnere expellat, scit sibi dictam non medendum. Hirundo, si excoecaverit pullos, novit illos rursus oculare de sua chelidonia. Peccator restituendo sibi institutum à Domino exomologesim sciens, praeteribit illam. Terrull. l. de vel. Virg.

Quid est peccatorum Confessio nisi quaedam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente. S. Greg. hom. 38. in Evang.

Varia alia motiva.

Dixitq; Lamech, quoniam occidi virum. Gen. 4. 23. Non solum factum constebatur, & caedes in medium afferebat, quas operatus erat; sed & poenam sibi inferebat, comparans peccatum suum peccato Cain: quae enim venia, inquit, fuerit dignus, qui alterius poena emendatior non sit; sed recentem, & auribus infonantem habens memoriam, insuper duplex homicidium patravit. S. Chryl. hom. 20. in Gen.

Dabitis Deo Israel gloriam. 1. Reg. 6. 5. Quomodo haec munera in gloriam Dei cedebant? Est hebraismus; quò illi dicuntur Deo gloriam dare, qui sua peccata confitentur. Jos. 7. 19. ad Achan, *Fili mi, da gloriam Deo.* Pharisaei coeco Joan. 9. 24. *da gloriam Deo.* Jer. 13. 16. *dare Domino Deo vestro gloriam, antequam conenebriscat.* Mendoza in 1. Reg. 6.

Os iusti meditabitur sapientiam &c. Pl. 36. 30. Quid est loqui iudicium? nisi confitendo se Sacerdoti tradere iudicandum. Et quid est meditari sapientiam? nisi ad eum te conferre pro indulgentia, qui clavem habet in DEI Ecclesia. S. Bonav. serm. 2. de S. Ambros. Ep.

Tt 2

Mors,

Mors, & vita, in manu lingua. Prov. 18. 21. Mors est, si mortifera peccata malè confitearis; vita, si ritè aperias. Mirum sanè est, hominem à dæmone, id est, peccatò lethali, vexatum, mutum esse. Clamat, qui dolore vexatur, medicum invocat; dolorem, morbumque aperit. At miser, qui mortiferis tabescit criminibus, mutus silet; nec Medicum accersit, nec morbum patefacit. Barrad. t. 2. l. 8. c. 19.

Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesi extinguet: & poenæ prius magnitudinem imaginare; ut de remedii adeptione non dubites. Tertull. lib. de poenit. c. 12.

Mortem plerumque generat, vel semel terreno Judici crimina confiteri; Deo autem frequentata confessio, non parturit periculum; sed salutem. Cassiod. in Pl. 74.

Multis cameris dæmon habet ingressum, vel habere potest, in domum conscientia nostræ, scilicet animæ; sed tamen nunquam, nisi per unum ostium, potest ejici, & expelli: scilicet oris, seu confessionis. S. Anton. Pad. D. 3. Quadr.

Plures sua insunt in syrupos, potiones, & pillulas; qui unice peccavi possent sanari. Jugaris Conc. 16.

§. III.

*Accusa te, non excusa.**Ex Veteri, & Novo.*

Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedisti mihi de ligno, & comedi. Gen. 3. 12. Salvian. l. 3. ad Eccl. Cathol. dum se excusat, accusat. Caput mulieris est vir; ac proinde ipse debebat mulierem gubernare; non verò ejus directionem sequi. Sylv. addit. in Matth. 9.

Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. *nescio, num custos &c.* Responsò exasperatus Dominus ait: *Nunc maledictum eris super terram.* Et quare non antea? sed nunc? jam cæde dexteram polluerat, & post responsum maledictus, quali antea execrandus non fuerat. Naxera in Jos. 7. §. 39.

Quia vidi, quod populus dilaberetur. 1. Reg. 13. 11. Pro mercede audiit: *Stultè egisti &c.* 2. Reg. 12. 13. David à Nathan argutus ait: *Peccavi Domino!* & audiit: *Domine quoque, transulit peccatum tuum.* Quæ differentia? David deliquit; sed humiliter confessus. Saul tot crimina non commisit; sed erimen defendit, & reatum excusavit. Plusque iram Numinis incendit excusationis temeritas, quam humana conditionis fragilitas. Id. ib. §. 30.

Pone, Domine, custodiam ori meo. Pl. 140. 3. Hebr. *janitorem.* *Non declines cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis.* ib. 3. Quot rationes inquit peccator; ut observat S. Bern: ad excusandum se. Quòd si se convictum advertit, dicit; feci, sed bene feci. Si verò male fecisse convincitur, dicit: si multum feci, non feci malà intentione. Tandem se excusat; diabolus me decepit; ille homo mihi persuasit. Semper scuta quærit, quibus se defendit.

Diez sec. parte Quadragesimalis D. Septuages.

Non contradicas verbo veritatis ullo modo. Eccl. 4. 30.

Dabis et scutum cordis. Thr. 3. 65. Hoc scutum primus homo tenuit: qui requisitus, cur lignum veritum contigisset? non ad se culpam retulit, sed ad mulierem; & reatum suum oblique ad authorem dati inique retorfit, qui ei mulierem dederat. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit; neque ipsa ad se culpam inflexit; sed serpens persuasione replicavit: volens & ipsa reatum suum in creatorem inflectere; quod illic intrare serpente, persuasurum talia, permisisset. S. Paschasius, hic.

Arefacta est continuo ficulnea. Math. 21. 19. Quia post transgressionem Adam accepit folia ficus, quibus obtexit suæ turpitudinis peccatum; cum Christus destrueret transgressionis peccatum, & confingeret; deleteretque in cruce; arefecit operculum peccati, id est, folia ficus; quibus Adam tegebatur. S. Athanas. apud. Sylv. hic q. 58.

Percutiebat peccatum suum. Luc. 18. 13. Non ut exteriorem corporis aliquam partem magis delinquentem; sed velut sub quo quiescit inquietum. Ad mala hominis cor omnium malarum actionum fontale principium. Percutiebat peccatum suum, non alienum: non in alium refundens culpam; non causam; non occasionem, non suggestionem Sathanicam; sed seipsum criminans: qui, si nollet, nullò modo peccasset. Sim. de Cass. l. 6. c. 25. hic.

Præveni accusatorem tuum. Si teipsum accusaveris, accusatorem nullum timebis; si te detuleris ipse, etsi mortuus fueris, revivifices. S. Ambr. l. 2. de poenit. c. 7.

§. IV.

*Motiva integra Confessionis.**Ex Veteri, & Novo.*

Factus est homo in animam viventem. Gen. 2. 7. Chald. *Factus est homo in animam loquentem. Vestimenta ejus* (leprosi) *dissuasit; & caput ejus revelatum, & os ejus adaperit.* Levit. 13. 45. (ita legit Origenes) Per quæ designat, eum, qui in anima leprosus est; id est, qui peccatis confixus est; non oportere sibi assumere tegumenta, & turpitudinis operire peccati. Orig. hom. 8. in Gen.

Solve vincula colli tui captiva filia Sion. If. 52. 2. Signanter dicit *vincula colli*; quia maxime periculosa. Licet fur ligetur manibus, vel pedibus; semper potest habere spem evadendi. Sed quando chorda est circa collum, stringitur; & guttur suffocatur; tunc est certus de suspendio in morte. Ita licet diabolus &c. Summa Prædic. Confess. integra.

Effunde sicut aquam, cor tuum in conspectum Domini. Thr. 2. 19. Cæteri liquores cum effunduntur, quasi cum mora, & difficultate, exeunt, & aliquid sui seculentum in vasculis suis relinquant: Aqua verò, cum effunditur, de facili, & tota simul, egreditur. Petr. Blef. f. 39. in Dedic. Eccl. Non sicut lac, cujus color remanet; non

non sicut vinum, cuius odor remanet; non sicut mel, cuius sapor remanet; sed sicut aqua: de qua, cum effusa fuerit, nihil remanet. Hugo Card. in Pl. 61.

Cæpit loqui. Luc. 7. 15. Signum erat anime omnino ad corpus reversæ. Sic & peccator cum revertitur ad vitam, incipit loqui; confiteri scilicet mala, quæ fecit; & gratias agere, quod exiens divinæ potestati rebellis, toleratus est, expectatus; & quasi ad veniam non derelictus in malis; non illic factus inimicus DEI suam pertulit ulcionem. Sim. de Cass. l. 5. c. 12.

Offendite vos Sacerdotibus. Luc. 17. 14. Non dicit, offendite caput, vel faciem, aut manus; sed vos: id est, omnes plagas. Recta confessio non est, nisi offensio plagarum. S. Vinc. Ferr. D. 14. Pent.

Hoc verè dixisti. Jo. 4. 18. Bis Dominus mulierem laudat; ut melius correptionem suscipiat, quia mulier, quæ sincere peccatum suum confitetur, bis, terque, laudanda: quia prona ad taendum, alias garrula. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Non debet abscondere peccator miseriam; ne abscondat Salvator misericordiam. S. Bonav. in Pl. 118.

Confessio est necessaria ad mortis æternæ evasionem. Apostema interius non erumpens, si intus crepat, est causa mortis. Sic peccatum absconditum est causa mortis æternæ. Geminiatilib. 8. similit. c. 10.

Revelanda sunt Domino peccata, sicut pauperes ulcera sua monstrant transeuntibus. Hugo Car. in Prov. 16.

Cadens in aquam, non est in periculo, quotusque os ejus non cooperitur aqua: quia potest respirare. Cadens in peccatum non est in periculo submersionis in stagnum ignis; dum os habet expeditum ad confessionem. de Rampelogs Confessio.

§. V.

Motiva vincendi pudorem in Confessione.

Ex Veteri.

Adam abi es? Gen. 3. 9. Eucherius: Non tanquam ignarus Deus interrogat; sed, cum esset misericors, præbet poenitendi occasionem & confitendi. Quanam confitendi occasio? illud ipsum, Adamum ad latibula confugere procurans ipsi DEO operiri nuditatem, q. d. DEUS: vis ita tuum operiri crimen; ut vel ego te nudum ignorem? confitere delictum; & nemini dices iniquitatem. Escob. t. 1. mir. Chr. l. 4. sect. 2. Obl. 3.

Mare rubrum. Ex. 15. Significavit contritionem, & confessionem. Mare enim est amaritudo; quæ est in contritione; rubor est erubescencia; quæ est in Confessione. Hugo. Catd. in Luc. 2.

Ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum. Tob. 6. 2. Tobia volenti lavare pedes occurrit piscis, volens eum devorare. Quid piscis

in aqua latens? nisi pudor occultus. Sed suffocandus est pudor talis, & ad multa tandem utilis; ad cibum, contra dæmonium, & ad vitium. Gerfon. ferm. in cena D. de poenit.

Convertit aquas eorum in sanguinem. Pl. 104. 29. Quatuor sunt, quæ conversionem peccatoris impediunt: pudor, timor, spes, desperatio; pudor confessionis, timor satisfactionis, spes futuræ conversionis, desperatio remissionis. Contra primum dicitur: *Convertit aquas eorum &c.* Aquæ Egyptiorum sunt fluctus vitiorum, in quibus peccatores submerguntur. Per sanguinem significari potest rubor erubescenciae de peccatis; tum propter colorem; tum quod; uti vita animæ in sanguine est, ita vita gratiæ est in rubore, quam homo habet pro peccato. Sanguinis hujus vox clamare debet in confessione, postquam frater, id est, corpus animam occidit in transgressione. S. Bonav. l. 3. in die Cin.

Tulerunt pallium meum. Cant. 5. 7. Confessarii tollunt pallium vitiosæ verecundiæ &c. de Ponte hic Exh. 37. §. 2.

Ex Novo.

Vide nemini dixeris; sed vade, ostende te sacerdoti. Matth. 8. 4. Sim. de Cass. l. 5. c. 11. Nemini dixeris; dixeris Sacerdoti. Si Sacerdoti dicit, an non dicit alicui? nemini planè. Unde nunquam existima peccata tua magis abscondita esse, quam dum Sacerdoti exposueris. Escob. t. 1. mir. Chr. hic. Obl. 3.

Non novi illum. Luc. 22. 57. Petrus quia tertio negaverat, tertio confitetur. Sed negavit in nocte, confitetur in die. S. Ambr. hic. Quia minus erubescere debet confessio, quam negatio: hæc, ut maximè erubescenda, tranfigatur in tenebris; illa, tanquam maximè prædicanda, in luce perhibeatur: Mendoza in 1. Reg. 7. annot. 25.

Tollite lapidem. Jo. 11. 39. Primum faciendum, si mortuus, scilicet Spiritus, debet suscitari, est, aperire sepulchrum: Tollere lapidem magnum, & durum, verecundiæ. O quot sunt, qui nolunt istum lapidem amovere; sed volunt palliare peccata; ideo plures damnantur ex hoc. S. Vinc. Ferr. fer. 6. post Latrare.

Ex Patribus.

Cum nôset Sathanas, quia peccatum verecundiam habet, poenitentia fiduciam; ordinem reprobis permutavit, & invertit: poenitentia dedit verecundiam, fiduciam peccato. S. Chrysol. proem. in If.

Quid horres fateri, quod libenter, ac properè, commisisti? cur confunderis dicere, quod non confusus es perpetrare? cur vereris Domino indicare, quod veritus non es ipsò præsentem committere? S. Chrysol. in Pl. 105. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus.

Est nobis dura, & desclenda conditio. Peccare nos cogit fragilitas innata; & confiteri prohibet confusio cognata peccati: malum enim facere, pudor non est; & pudor est confiteri; timemus dicere, quod committere non timemus. S. Chrysol. l. 34.

Verecunda confessio quodammodo videtur violentum corporale martyrium: in corporali enim martyrio sanguis effusus deorsum fluit; in verecundo autem confitente contra naturam ascendit. S. Bonav. f. 109. D. Pent. 12.

Irrationabilis est pudor, qui te cogit non reverti: sicut irrationabile, & stultum, esset; si corruisset aliquis in cloacam, quod potius vellet tibi perire, quam clamare. S. Bonavent. f. 4. die Cin.

Operuit confusio faciem conscientiae tuae; aufer velamen confusiois, confessionis induere: nam & Dominus Confessionem induit Pl. 103. I. confessionem non suam, sed tuam. Hoc se ornatum pallio reputat; hoc à te mutuatur; hoc illi pallium trade, quod affectuose tollit, quasi pignus amoris, & reconciliationis signum. Gilbert. f. 44. in Cant.

Nè peccatum confiteri graveris; ut per hujus vitae pudorem, futuri saeculi pudorem, ignominiamque fugias. Perspicuum facias, te serio, atque ex animo, peccatum odisse; dum illud, tanquam contumelià dignum, traducis; ac velut ludibrio exponis, & de eo triumphum agis. Nazianz. in S. Baptismo.

Hæc est una causa, quare confessio instituta est; ut scilicet, dum de culpa peccator erubesceret, à Deo misericordiam impetraret. S. Bernard. tom. 3. f. de conf. peccat.

§. VI.

Contra sacrilegè confitentes.

Num. I.

Symbola, & Similitudines.

Magister, attuli filium meum ad te, habentem Spiritum mutum &c. Marci 9. 16. Planè si mutus, sævus est: nullus truculentior dæmon, quàm qui linguam ligat. Ut enim Dei Filius essentialiter verbum est; ita diaboli abortus naturaliter silentium est. Oliv. l. 4. Strom hic.

Dæmonium mutum. Luc. 11. 14. Mutum utique ab effectu: quia peccatum, propter verecundiam, mutum facit; & specialiter mulierem circa opera carnis. Sunt enim quaedam, sicut ancilla pigra, quæ sordes congregatas cum scopâ reponit in angulo, & ibi putrescunt, & fœdant domum, & multiplicantur muscæ. S. Bernardin. f. de Conf. peccat.

Petrus vidit cælum apertum &c. Act. 10. 11. quæ visio pœnitentiam significat: quæ, si perfecta sit, homini aperit cælum. Notandum: soli pisces hic deerant, quia ad sacrificium non adhibentur, nec mactantur: quia muti, & elingues, procul ab eo mysterio arcentur. Doultremon. l. 4. c. 3. sect. 8.

Sicut navis, existens in aquis plena foraminibus, si ejus omnia foramina obturentur, præter unum, nihilominus per illud unum submergetur in profundum maris: sic peccator, si omnia peccata confiteatur, & unum remaneat, per illum solum damnatur. S. Bonavent. f. 1. Dom. e. Pent.

Lupus ovem capiens, guttur ore comprehendit, nè possit balare, & pastorem excitare: Sic

diabolus ori nostro pudoris seram imponit in confessione. Stella in Luc. 11.

Num. II.

Damna, & pœna, sacrilegæ Confessionis.

Adam ubi es? Gen. 3. 9. **Ubi est Abel frater tuus?** Gen. 4. 9. Fatetur Adam: *mulier dedit mihi.* Negat Cain: *nunquid ego &c.* O eventus dissimiles! parens vivit beneficiò confessionis, filius moritur, delictum operiens! Deus terram, ob Adami peccatum, maledicit: *maledicta terra in opere tuo;* ipsum Cain, non terram, maledicit: *maledictus eris super terram.* Es. cob. t. 1. mir. Chr. l. 7. Obs. 9.

Quia habuisti hoc apud te. 3. Reg. 11. 11. dictum est depravato Salomoni. Rupert. l. 5. in Reg. c. 1. : cui sic dicitur, palam est, quod peccatum suum necdum confiteatur: nam apud se habet; cui, quod fecit, non displicet. Etiam cor Davidis amore mulieris seductum; addidit homicidium: sed quia confessus, misericordiam consecutus. Sylv. c. 26. in Luc. q. 14.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem totà die. Pl. 31. 3. Sic tacet improbus; & clamat. Clamat in morbo, & dolore; tacet animi morbo correptus. Aliter quoque clamat, & tacet: Tacet, quia peccatum celat; clamat, quia peccata peccatis addit; quæ magnò clamore à Deo pœnas exposcunt. Sic S. Greg. in Pl. 7. pœnit: ille tacet, & clamat, qui peccata præterita per confessionem non annuntiat; per eor imponens alia committere, acceptâ peccati libertate, non cessat. Barradius t. 2. l. 8. c. 19.

Quoniam tacui, quod non erat tacendum, scilicet confessionem peccatorum; **inveteraverunt ossa mea,** id est, defecit interior fortitudo mea. Tacui de peccatis confessionem, clamavi de meritis præsumptionem; sana membra medico ostendebam, vulnerata tegebam; & ideo non fui sanatus, sed inveteratus; hoc est, in peccatorum theorum vetustate remansi: quia per culpæ meæ confessionem gratiæ tuæ novitatem non quaesivi. Gerson Medit. in Pl. 2.

Discooperiet peccata sua. Thr. 4. 22. Rectè eorum discooperiuntur scelera, qui hic ea detegere, & manifestare, noluerunt ad pœnitentiam. S. Paschal. hic.

Responditum est peccatum ejus, dolores parturientis venient ei. Os. 13. 12. 13. Scilicet torquentes illum, remordente conscientia mala. Dicitur est hoc contra talem, qui malitiosè, aut ex verecundia, aliquod peccatum mortale scienter celat. S. Bernardin. t. 1. f. 15. de vera Conf. Art. 3.

Tunc dixit rex ministris: ligatis manibus, & pedibus, &c. Math. 22. 13. Tunc videlicet; non ubi ille sine veste nuptiali introivit sed postquam admonitus siluit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri. Galfridus apud Tilman in Allegor.

Præcipua causa mortis Ananiæ, Act. 5. 5. quia non confessus. Sylv. hic. Mirabile, quod Petrus, qui ter Dominum negavit, Anania, qui semel de pretio agri aliquid denegavit, duram

mortis

mortis poenam infligat. Cur misericordiam confectus tam rigidus? Petrus lacrymis, & gemitibus, confessus est suum peccatum; quod non fecit Ananias. Id. c. 19. in Joan. 10. q. 12.

Scio ubi habitas; ubi sedes est Sathana. Apoc. 2. 13. Ubi sedes est Sathanae, id est; mansio, non transitus: in illis enim mansionem fecit diabolus, qui peccata noluit confiteri; sed celant ea in gutture suo. In illis transit, qui, etsi peccant aliquando ex fragilitate; tamen statim confitentur. Hugo Card. hic.

Mulier insignis, ac pia, Clara nomine, in morbo sensibus destituta, jamque pro mortua habita; cum de exequiis jam cogitaretur, post quinque horas sibi redditur. Illa vultu attonitae similis, suam ad inferos deductionem, animarumque cruciatu immansissimos, cum ingenti sudoris copia, narrare. Vidi, inquit, in terribili illo, ardentique inferorum specu, dispositos lebetes, subiectis ignibus bullientes; in quibus numerosae animae miserimè coquebantur: nec longè flumen aquae glaciae constrictum, in quo, post intolerabiles ardores, subitaneò gelu cruciandae mergebantur: ex quo exinde ereptae denudè in bullientes ollas deturbabantur. Quas inter fuisse unam asserbat, quae in hac vita familiariter usam se olim meminisset, aeternis cruciatibus adjudicata: quod prolem, dum uterò gestaret, enecasset; nec tantum facinus confessione ante obitum abluisset: Plurimorum postea, quos in vita noverat, tormenta, culpasque simul, ob quas peierant, recensèbat. Quae cum in mentem Clarae intiderent, aut aliis explicaret, ubertimos totò corpore sudoris rivus praè horrore effundebat. Non vanam fuisse somni, morbive ludentis, imaginem commutata dein in melius vitae, morumque ratio demonstravit. Annales Collegii Arimensis in Japonia.

§. VII.

Requisita ad fructuosam Confessionem.

Recogetabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea. Ps. 38. 15. Confessio debet esse intenta; unde dicitur: *recogetabo &c.* Contra illos, qui veniunt ad confessionem incogitati de peccatis: quia nullam, vel modicam, videntur habere sollicitudinem; cum tamen haec sint majora debita, & negotia, quae homo debet, vel habere possit in hac vita. S. Bonavent. diat. fal. c. 11. de Contritione.

Et cum venis, invenis eam scopis mundatam. Luc. 11. 25. quia saepe tantum pulverem mundant, non autem durum lutum, aut tenacem ceram, quae solo adhaeret: est enim opus ferreò instrumentò, ut terram radat. Ad eradicandam malam consuetudinem non sufficit frigida

Confessio; sed opus ferventi contritione. Stella hic.

Debet esse flebilis. Haec est enim aqua, quam Christus valde sitit. Et nullus fons tantum eum delectat, quantum puteus lacrymarum. In cuius figura quievit juxta puteum Samariae & petiit aquam Samaritanae. Jo. 4. scilicet lacrymarum; à muliere Samaritana, id est peccatrice. S. Bonav. diat. fal. c. 12. de Confess.

Illam est fructuosa accusatio, si subleata fuerit correctio. S. Chryl. in Ps. 84. Super uno peccato saepe iterum verbum, *peccavi*: ut, cum venerint novae suggestiones, addit Chrysolomus, ibi repellatur inimicus, dicendo: adhuc doleo peccatum vetustum; quomodo admitto peccatum novum?

Vade & lavare septies in Jordane. 4. Reg. 5. 10.

Plerique minimum, aut nullum, fructum de Confessione reportant: quia impræparati ad illam vadunt. S. Bernardin. l. 15. de vera Conf. Art. 1.

§. VIII.

Confessio sit frequens, non differatur.

Confiteantur tibi populi Deus. Ps. 66. 4. Notandum, quod in hoc Psalmo quater ponitur, *confiteantur*: in quo frequentia confessionis commendatur: frequentanda enim est; quia frequenter cadit homo. Velloso in Judith. 7. Parænet. 33.

Si quis sibi nunquam unguis secaret, non capillum tonderet, non lavaret faciem; non oculos, non aures, nares, dentes, purgaret à sordibus; qualisnam videretur? Sylvestre potius animal, quam homo, hic &c. Diez. In Circumc. D. c. 2.

Agricola, qui se in anno tantum semel peccit, dolorem sentit; qui autem quotidie, sine dolore, sic rara Confessio. Stella de cont. van. p. 3. cap. 52.

Habent elephantes hoc proprium; quod semper lunam novam turmatim ad aquas accedunt, & ab omnibus sordibus in aqua se abluunt; & filios, quos ante se ire sinunt, semper similia facere instruunt. Gerson l. 1. c. 43.

Si ligno, aut saxo, similes essemus; lustrandae toties conscientiae labore facile superfedere possemus. Asser semel dolatus, lapis semel levigatus, permanent; quales eos ferramentum fabri firmavit. At nos hoc ipsò miscenti, quia tam mutabiles. Arbori crescit, aut luxurianti, similes sumus: palmiti; quae duo saepius putanda sunt. Se ipsam vermibus pro domo locat arbor, quae nulla unquam brachia olitoris cultro praebet secanda. In sylvam degenerat vitis, quae lacrymare non vult, quae fecari non sustinet. Drexel, Trismeg. l. 1. c. 4.



TITULUS XXVII. CONSCIENCIA.

§. I.

In genere.

Figura, & Symbola.

Veteri, & Novo.

E Canis securus est eum. Tob. 6. 1. Hôc locò, uti Raphael tutelarem angelum; ita Canis conscientiam designat; quæ fidelissimis latratibus suis usque, & usque, monere non definit. Drexel. Tob. c. 14. §. 1.

Lacrymis meis strasum meum &c. Pl. 6. 7. Lectus est Conscientia; quæ quibusdam est quies, quibusdam tormentum. Hugo Cardin. hic.

Vox tua dulcis, & facies tua decora. Cant. 2. 14. Facies animæ conscientia est. S. Bonav. f. 7. in Pentecostes die.

Per quadrigam illam, quam vidit Ezechiel c. 1. intelligit Nazianz. or. 47. quatuor microcosmi, id est, hominis, facultates: nam pars rationalis est homo, irascibilis leo, concupiscibilis vitulus; syntheresis, sive conscientia, est aquila. Hæc enim oculatissima est instar aquilæ Cornel. hic.

Exiit conducere operarios in vineam suam. Matth. 20. 1. Domini vinea, humana conscientia. Hæc est vinea Domini electa, in qua plantavit omne semen suum. Pro hujus vineæ cultura Dominus exit; cum suam voluntatem, per internam aspirationem, innotescere facit. Iteratio egressionis, augmentatio est cognitionis; diversitas hominum, varii gradus perfectiorum. Vineæ cultores, cogitationes, & affectiones. Primi exercendi sunt in investigatione veritatis, secundi autem in exercitatione virtutis, Rich. à S. Vict. tr. 1. de statu inter. hom. c. 35. viro sapienti, sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia. S. Bern. f. 63. in Cant.

Cum intrasset Jerosolymam, commota est universa civitas. Matth. 21. 10. Quid per Jerosolymam aliud, quam conscientia congruentius designatur? Hanc Jerosolymam tunc nempe Dominus intrat, cum conscientiam lumine virtutis irradiat; & sic per detestationem culparum atque puram contritionem, à malo ad bonum universa mentis civitas commoveretur. S. Bernardin. t. 1. f. 12.

Ansequam gallus canter, Matth. 26. 34. Gallus à Deo cuique datus est sua conscientia; quæ, quoties quis peccat, ei exclamat: cur tantum scelus committis? cur Deum offendis? &c. Hic clamor conscientiam remordet, & stimulat ad poenitentiam: quem qui audit, & exaudit, verè cum Petro compungitur. S. Laur. just. l. de Chr. agone c. 9.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Luc. 11. 34. Conscientia tua lucens benè in hoc corpore, lucernæ lux est, quia ipsa est oculus tuus. Sic, fit purus oculus tuus: si conscientia tua mun-

da sit, munda est & caro tua. S. Ambros. in Pl. 118. Oct. 14.

Ex Patribus.

Venter interioris hominis, conscientia cordis est. S. Aug. tr. 32. in Jo.

Conscientia domesticum, & verum tribunal. S. Greg. Naz. or. 26. in plagam grandinis Conscientia hominis, est quasi mare magnum, & spatiosum; illic reptilia, quorum non est numerus Pl. 103. 25. S. Bernardus l. de conscientia.

Conscientiâ pro lucerna utere in actionibus: ea enim, quæ in vita bonæ sint actiones, & quæ malæ, ostendit. S. Nilus.

Animæ stomachus est conscientia. S. Vinc. Ferr. f. 5. D. 1. adv.

Liber conscientia est in die Judicis apertendus: ideo scribendus est aureo calamo meritorum bonorum. Et, cum sit liber indelebilis scriptura; vide qualia in eo scribas: quia secundum librum in die Judicii judicandus es. S. Bern. f. 32. Conscientia hominis est liber, in quo scribuntur omnia, bona, & mala, quæ homo fecit. S. Vinc. Ferr. f. 1. D. infra oct. ascens.

Testamentum est clausum vivente Testatore; & illi soli sciunt, quid in eo scribitur, qui fuerunt circa illud faciendum. Sed ipso mortuo legitur publicè. Sic est in Conscientia. Testamentum igitur tuum accuratè scribe; nè portes literas Uriæ: demones nitentur illud probare falsum. Summa Prædic. Conscientia.

Citharædus, aut fidicen, si vel digitulo uno testudinem suam carpat, voceni illa protinus redit: ita Conscientia, velut garrula chelys, vix tacet, respondet, & suam homini exprobrat malitiam. Drexel. Trism. l. 1. c. 6.

§. II.

Conscientia est noster adversarius, iudex, magister &c.

Esto conscientia adversario tuo. Matth. 5. 25. S. Athan. q. 62. docet; adversarium vocari Conscientiam: ipsa enim adversatur peccatis, & nos interitui maxime pungit, ut à peccatis ablineamus. Et, si ei non acquiescimus, clamat, & accusat nos ante tribunal Dei. Sylv. hse c. 12. q. 14. Adversarius tuus, conscientia tua, est constitutus à Domino; ut clamet adversus te, arguat te; & te, quoties delicta perpetrare conaris, ab interitu eripiat sempiterno. S. Laur. Justin. f. in Conv. S. Pauli.

Cum autem vadis cum adversario tuo. &c. Luc. 12. 58. Adversarii nomine intelligitur Synderesis; quæ continuè adversatur mordendo, stimulando animum pravè agentis. Cajet. hic. Per hunc adversarium intelligit S. Augustinus Conscientiam remordentem; cum quâ dum vadis ad principem Christum, da operam liberari

ab

ab illo, id est, remorsu conscientia; te expurga, emendando, quod conscientia reprehendit; ne trahat te ad iudicem: id est, ex eius remorsu, & testimonio contra te, inveniatis damnabilis. Dion. Carthuf. hic.

Quid tibi prodest, non habere conscium, habenti conscientiam? Lactant. l. 6. de div. Instit.

Conscientiam nihil aliud esse arbitror, quam rationis iudicium, in veritatis lumine propalatum, atque discussum. S. Laur. Just. in festo S. Marci Evang.

Sufficientem magistrum habemus conscientiam. S. Chryl. hom. 54 in Gen.

Sicut mater puerum errantem castigat, & quid faciendum sit, instruit; sic conscientia animam reprehendit; & quid faciendum sit, demonstrat. Hugo Card. in Matth. c. 2.

Conscientia pietatis soboles est. Est autem conscientia, relicta in homine recte rationis scintilla; bonorum, malorumque facinorum iudex, & vindex; corrector defectuum, & animae paedagogus. Est flagellum post peccatum; frænum ante peccatum. Lipsius l. 1. c. 5.

§. III.

Conscientia curanda, non negligenda.

In terra deserta & in via, & iniquosa. Pl. 62. 3. Conscientia videlicet diu neglecta, omnino inculta; spinis, & tribulis obsita, & omni horrore plena. Rich. à S. Vict. tr. de extern. mali &c. c. 5.

Per vineam viri stulti. Prov. 24. 30. Hebr. *carentis corde.* q. d. sicut pedibus transiens per agrum pigri, vidi ejus squalorem, defectu culturae, sic oculis mentis transiens, lustransque vitam, animam, & conscientiam (haec enim ejusque est ager & pradium illi datum, imò locatum, ad culturam) hominis inertia, qui illam colere negligit; non tantum vacuum virtutibus, & fructibus bonorum operum; sed repletam quoque urticis, carduis, & spinis vitiarum omnium, ac demonum; & tentationibus expositam: eò quod maceria, seu sepes ipsius sit diruta. Sepes haec est intrinsecus gratia, & custodia sui; extrinsecus protectio Dei, & angelorum: utraque enim haec sepe disiecta, anima, ceu vinea aperta, patet belliarum, & hostium, id est, tentationum, & demonum; incurribus; qui eam radiceus depascunt, & demoliuntur. Quò fit, ut in extremam sterilitatem, & penuriam rerum omnium, incidat; ac in morte eum opprimat omnis meritum inopia. Corn. hic.

Vocaberis adficator septium. Il. 58. 12. Hoc est munus praedestinatum: ut primum in conscientia sua foramen aliquod, aut labefactionem, advenit, statim reparat, non differt in crastinum: semper sepes aedificat, qui timet Deum; ne forte aliquid ad se peccatum ingrediatur. Diez. fer. 4. Dom. 4. Quadr.

Abiit in domum suam. Luc. 5. 25. id est, in propriam conscientiam, non alienam, per sollicitam discussionem. Hugo Card. hic.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Conscientia est cordis scientia: cor enim & se novit suam scientiam, & multa alia. Quando novit se, appellatur conscientia; quando praeter se alia, nominatur scientia. Petr. Cellens. lib. de Consc.

Si liber conscientiae concordat cum libro vitae; approbatur: si autem discordat; reprobat. S. Bonav. f. 12. de sublimitate fidei.

Conscientia oleum in vase, fama lumen in lampade. Hugo à S. Vict. de consc. & fama.

Conscientiae suae domum debet quis aedificare ante omnia; deinde aliis intendere: exemplò bombycis, primo domum fabricantis, postea telas textentis. Geminiani l. 5. similit. c. 1.

Conscientia vix ab homine aestimatur. Proponit nonnemo varia subjecta principi: unum dicit esse magnum Doctorem, alium subtilem politicum, tertium expertum militem. Omnia bene. Sed qualem habet conscientiam? ah! est scrupulosus! Conscientia est ornamentum Sacerdotum, & Religiosorum.

Quid? bona conscientia carens nunquam Deo, vel hominibus, fidus fuit. Est bonus miles? sed si non habeat bonam conscientiam; cave, ne ei arcem tradas: subtractione stipendii milites deserere stationem coget, patriam mille exactio-nibus exfugiet. Est bonus politicus? ne tamen ejus consilii insulas, si non habeat bonam conscientiam. Jurista bonus sine conscientia bona venderi iustitiam ei, qui melius inunget manus. Juglaris Conc. 16. Quadrag.

Annales Burgundiae de Philippo 2. Burgundiae Duce memorant, de Cancellario illius probae conscientiae: cum in consilio de re iniqua ageretur, reliquis contra aequitatem statuentibus, ille solus animosè refragatus est: potius ducens dignitate, & fortunis, excidere; quam rei iniquae contra conscientiam, consentire. Quae sinceritas Duci deinde ad eum placuit, ut rursus accitum, majori, novòque, honore cumularet.

§. IV.

Conscientia colans culicem, glutuens camelos.

Seu

*Scrupulosa in parvis, non magnis.**Ex Veteri.*

Timui, eò quòd nuda esset. Gen. 3. 10. Dicere debebat: timui, quòd peccaverim. Sic homines vorant elephantes, culices timent. Fernandus hic.

Cain. Gen. 4. 3. Sacrificium praetermittere horrui, viltora offerre non erubuit. Timet decimas non offerre; fratrem jugulare non timet. v. 8. Ipse Judas, in qua nocte proditurus Dominum, ab estu agni abesse noluit; cumque Legem complisset; & sibi rellim, & Domino crucem; paravit. Olival. 3. Ström.

Ut David adulterium committeret, interrogabat, an mulier esset sanctificata ab immunditia sua? non habebat scrupulum, quòd nupta esset, &

Uu

ipfa

ipsa adulterium committeret. Diez, f. 2. D. 3. Quadr.

Saul capitis damnat Jonatham, ob delibatam mellis guttam 1. Reg. 14. 39. Sed Agag pinguisimo parcit, quem Dominus occidi mandarat. Oliva 1. 3. Strom.

Abfalon reprehendit Chufai, quod amicum Davidem in suo illo mcerore, & fuga, deseruerit: *hac est gratia tua ad amicum tuum?* 2. Reg. 16. 17. Et ipse paricidium suum non detestatur; imò nec videt quidem.

Non comitari amicum, grande judicat flagitium; patrem regnò, thoro, vità, ut moliebat, privare, nihil ducebat. Fernandus in Gen. 3. sect. 26.

Ex Novo.

Ecce Discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbathis. Matth. 12. 2. Atqui illi, qui esum in Sabbatho pro crimine obijciunt, ipsi eadem in Dominum ipsò Sabbatho moliantur. Baezal. 14. c. 16. Pharisai malunt mori, quam vesci illotis manibus; mentiri verò, rapere, machare, nullà religione cohibentur. Propter Pascha in pratorium non ingrediuntur; Deum verò ipsò die Parasceves affigunt cruci. Aliquando granum sinapis exhorrent; jam pardos, & elephantas, glutunt. Oliva 1. 3. Strom.

Qui decimatis mentham. Matth. 23. 23. Nota, quid sequatur in iis gubernatoribus, qui decimant mentham; mirum quod relinquunt judicium: rarò enim, qui animis affectus est circa parva, justum judicij pondus circa res habet. Justum judicium hoc est, in quo suuscuique valor, & aestimatio, datur; ut magna magni aestimentur; & prae illis relinquuntur, si fors tulerit, parva. Hoc iustum judicium minimè servari potest ab ijs; qui circa parva maximò, & nimio, conatu feruntur: hi enim sic parva sua illa diligunt, sic requirunt; ut non alia majora vacet spectare. Unde fit, ut, propter illa parvula habenda, damnum inferant magnis; cum multo dispendio publicæ communitatis. Baezal. 14. c. 16. §. 24.

Camelum aureum glutientes. Matth. 23. 24. id est, majora dissimulantes. O quam multi sunt hodie tales, qui parum ponderanda multum ponderant; & multum ponderanda parum attendunt. Dion. Cart. hic.

Excolantes culicem. ib. id est, expellentes à se minima delicta, quæ culices nominavit, &c. Orig. tr. 23. in Matt. Excolantes, id est, liquantes, defecantes, à fœcibus expurgantes, sicut per colum; sicut liquida colantur, à culicibus, aliisque fœcibus. q. d. si parvus culex in vinum, vel potum, vel strum incidit, excolando culicem in colo retinetis, & abijcitis, nè eum hauriatis. Interim tamen vastum camelum ingenti oris riclu transglutitis. Tales etiam sunt inter Fideles, qui scrupulosè recitant rosarium, jejnant in honorem B. V. interrim sine scrupulo luxuriantur &c. Corn. hic. Multi cavent panem quotidianum pedibus calcare, nec tamen horrent communionem scilicet legam. Stella in Luc. 11.

Samaritana habebat concubinarium. Jo. 4. 9. & non faciebat scrupulum de hoc: magno verò scrupulo ducit, proximo indigenti parum aquæ præbere. Diez, ib.

Ut non contaminarentur. Jo. 18. 28. Semper Judai vilibus caremonijs intendentes in magnorum malorum voraginem inciderunt. Verebantur contaminare Pascha, si Pharisdis intrarent pratorium; sed non verebantur ad mortem injussè deducere Dominum omnium Christum. Sim. de Cassi. l. 13.

Fratres, nolite pueri effici sensibus. 1. Cor. 14. 20. Nam solent pueri ad parva hiare, & obstupescere: valde magna non æquè mirantur. S. Chryl. hom. 36. hic. Clamabit puer pro chartula sibi crepta; qui præteribit ludens conflagrationem paternæ substantiæ. Baezal. 14. c. 16. §. 22.

§. V. Conscientia bonâ.

Num. 1.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Malleus, securis - non sunt audita. 3. Reg. 6. 7. Conscientia bona est templum Salomonis. Hugo à S. Vict. l. 3. de anima c. 11.

Lavabo per singulas noctes lectum meum. Pf. 6. 7. Per lectum conscientiam accipimus: quia, sicut in lecto, quiescimus jacentes. S. Greg. in Pf. poenit. hic.

Oleo lætitiæ praconsortibus tuis. Pf. 44. 8. Oleum lætitiæ est, peccati maculam non habere. Unde se Conscientia semper exhilarat, quando nullà recordationis asperitate mordetur. Calfiød. hic.

Byssus, & purpura, indumentum ejus. Prov. 3. 1. 22. Byssus est candor conscientiæ, & innocentia vitæ; purpura patientiæ, & poenitentiae: sunt indumentum Ecclesiæ; quia & hæc eadem fuerant indumenta sponsi sui: Cant. 5. 10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Hugo Card. hic.

Lectulus noster floridus. Cant. 1. 15. Lectulus dicitur quieta conscientia sanctis desideriis florida. Hug. Card. hic. Lilijs candentibus sanctorum cogitationum, rosibus rubentibus ardentium affectuum, floribus vernantibus celestium desideriorum, conscientia suæ lectulum sparfit. S. Th. Vill. in c. 1. Cant.

Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 1. 2. Serenitas conscientia. Hugo Card. in Pf. 27.

Reclinatorium aureum. Cant. 3. 10. Reclinatorium est conscientia pura; in qua reclinat se, & requiescit Christus, Dei sapientia: quæ aurea est; quia tribulationis igne excocta, & purgata ut aurum, atque probata. Quæ enim grata est per vitæ innocentiam, gratior, & mundior, efficitur per tolerantiam adversariorum; & digna, ut aureum sit Dei reclinatorium. Rich. à S. Vict. hic. c. 12.

Isse verò dormiebat. Matth. 8. 24. Exprimatur, ait S. Ambr. in c. 8. Luc. securitas potestatis; quod, omnibus timentibus, solus intrepidus quiescebat. Prov. 12. 21. *non contrisistis justum &c.* Porro cervical, in quo, teste Marco, dormiebat, mysticè est bona conscientia; resignatio in Dei voluntatem; fiducia de ope Dei, & providentiâ. Corn. hic.

Oleum in vasis suis. Matth. 25. 4. Quid est in vasis suis? in cordibus suis. Unde dicit Apostolus 2. Cor. 1. 12. *gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostra.* S. Aug. hom. 23. de verb. Dom. Quid

Quid est, ferre oleum secum, nisi habere conscientiam placendi Deo de bonis operibus: & non ibi finem gaudii sui ponere, si homines laudent, qui conscientiam videre non possunt. S. August. l. 26. de divers. Oleum gloria est; fulget, in-ter in superficie. Sed bona debet esse, & vera gloria; ut ibi sit nitus in vasis tuis. *Gloria hæc, est testimonium bonæ conscientie.* Id. in Pfah. 140.

Ex Patribus, & aliis.

Paradisus conscientia justus est: quam non urit cura pungens, nec culpa remordens. S. Bern. l. 3. super Salve Regina.

Conscientia bonas, titulus religionis templum Salomonis, ager benedictionis; horius deliciarum, reclinatorium aureum, gaudium angelorum, thesaurus regius, aula Dei, habitaculum Spiritus Sancti, liber signatus etiam clausus, & in die Judicii aperendus. S. Bern. l. de conscient. c. 8.

Conscientia bona est scyphus Joseph, in quo augurari, imò inebriari solet. Conscientia bona est thesaurus regius. Unicum, & singulare, apud pi-as mentes futuræ beatitudinis, pignoris vinculum, conscientia bona. Ploret Mandus, rideat; omni volubilitate circumroteatur; ardeat, pereat, transeat: nunquam marcescat conscientia. Petr. Cell. l. de cont.

Præsepe est conscientia, inferius clausa per contemptum Mundanorum, superius aperta per desiderium æternorum. S. Bonav. in Nat. Domi. 2. solemnitate.

Promissionis terra, conscientia secura; terra melliflua, conscientia jucunda. Rich. à S. Vict. de Sacrificio David.

Mare pacatum Lem. *Calu resert i imaginem.* Picinelli.

Num. II.

Est læta, quietæ.

Nonne, si bene egeris, recipies? Gen. 4. 7. alivertunt: *extolles*, scilicet vultum tuum, vi-vésque in lætitia. Corn. hic.

Torrente voluptatis tue potabis eos. Pf. 35. 9. Quis cibus suavior, quam is, quem animus bene sibi conficius, & mens innocentis, epulatur. S. Ambr. hic.

Timor Domini sicut paradisus benedictionis. Eccli. 40. 28. Sicut Infernus est, ubi peccatum mortale est; ita paradisus, & cælum, ubi gratia, & timor Dei est: ubi scilicet nullius criminis reatus conscientiam mordet. Corn. hic.

Ego autem non ascendo ad aërem festum. Joan. 7. 8. Pie egit pro nobis in se formam in humanis festivitatibus non interesse, neque letari: quoniam veris Christianis nulla, præterquam de virtute, & de puritate conscientie, debet esse festivitas super terram. Sim. de Cass. l. 11. c. 25.

Ex Patribus, & aliis.

Quæ major voluptas? - quam conscientia integra. Tertull. l. de spectaculis. circa finem.

Cibus verus, & sanctus, & mundus est, immaculata conscientia, & innocens vita: quisquis sic pascitur, Christo convalescit; talis epulatur conviva Dei est. Itæ sunt epulæ, quæ Angelos

Polyanth. Sac. Tom. I.

pascunt; itæ sunt mensæ, quæ Martyres faciunt. Tertull. ep. de cib. Judaicis.

Sivis nunquam tristis esse, bene vive. Bona vita gaudium semper habet. S. Isid. l. 2. soliloq. c. 11.

Hæc est animæ suavissima, & aluberrima, requies, conscientia nunda, quæta, secura. Sic ergo beatæ animæ culcitra conscientia suæ puritas; sit capitale tranquillitas; sit opertorium ejus securitas: ut in hoc interim strato dormiat delectabiliter, & feliciter requiescat. S. Bern. l. 2. in festo OO. SS.

Cito senties, dulciores esse justitiæ fructus, quam iniquitatis. Et verius atque jucundius, gaudere hominem de bona conscientia inter molestias, quam de mala inter delicias. S. August. l. de catechil rudib.

Intus est, in corde, est Sabbathum nostrum: multi enim vacant membris, & non vacant conscientia. Omnis homo malus sabbathum habere non potest: nusquam enim illius conquiescit conscientia; & necesse est, ut in perturbationibus vivat. Cum autem bona est conscientia, tranquillitas est; & ipsa tranquillitas Sabbathum est cordis. S. Aug. in Pf. 91.

Unum solati genus est, in ærumna, & amaritudine, constitutus, à culpa vacare; ut ea, quæ perpetuntur, adversa non pro delicti pretio sustinere videantur. S. Ambrosius de Interpellatione l. 1. c. 4.

Quid dulcius conscientia bonâ? quæ si non est, & malè pungit; amara sunt omnia. S. August. l. 45. de diversis.

Quomodo mala conscientia tota in desperatione est; sic bona conscientia tota in spe. S. Aug. in Pf. 31.

Nihil est tam animæ suave, quam à vitii tranquillitas, & libertas. B. Theodorus Studita f. 113.

Quomodo potest quis gaudere, ubi vincula, ubi tormenta, ubi tribulatio? Maxime in hoc gauderi potest. Quomodo autem? discere: qui nihil sibi ipsi contrarius est; plurimum letabitur: ita ut quod majorem dixeris tribulationem, hoc majorem dicas voluptatem. S. Chrys. hom. 15. in Acta Apost.

Festa non multitudo convenientium facere solet, sed virtus; non sumptuosus vestitus, sed pietatis ornatus; non mensæ dapillitas, sed cura animæ: maximum enim festum est conscientia bona. S. Chrys. tom. 6. hom. 5. de Anna.

Si puram habes conscientiam, festum diem ages perpetuo; bonâ semper nutritus spe, & futurorum bonorum perfusus expectatione. S. Chrysostr. orat. in illud Apost. 1. Cor. 10. 31. *omnia in gloriam Dei facite.*

Num. III.

Conscientia bona est tuta, non timet.

Quando egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. Deut. 23. 9. nam qui peccare non audet, ne-secit in periculis timere. Ituris ergo olim ad pugnam nullum armorum genus divina lex præcipiebat; bonam solum conscientiam inculcabat. Men-doza in 1. Reg. 11. lect. 3.

Uu 2

Dor-

Dormivi autem Samuel usque mane.
Reg. 3. 15. Samuel terribiles illas minas ex divino oraculo accipiens, dicitur nihilominus usque mane dormivisse; optimam eum conscientiam, ut fieri solet, inter pericula sapiente. Mendoza hic annot. 4. sect. 1.

In cunctis, quae in hac vita adversa proveniunt, sola est omnipotentis Dei distinctio pensanda; atque ad cor semper proprium recurrendum; ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. Quem enim conscientia defendit, & inter accusationem liber est: & liber vel sine accusatione esse non potest; si sola, quae interitus audit, conscientia accusat. S. Greg. ep. 14. l. 6.

Nemo se contemnat pauper in cella, dives in conscientia: dives enim in conscientia securior dormit in terra, quam dives in purpura. S. Aug. Dom. 8. l. 1. de temp.

Alphonfus Arrag. rex, interrogantibus, cur praeter morem aliorum regum, absque satellitio incederet? respondit: innocentiam se habere comitem. Anton. Panormit. l. 2. de reb. gest. Alphonfi.

Omnis gloria filiae regis ab intus. Pf. 44. 14. Quae sunt interiora pulchritudinis? Conscientia. Ibi videt Christus, ibi amat Christus, ibi alloquitur Christus, ibi coronat Christus. S. Augustinus hic:

Miscellanea.

Quis sic praesumat de conscientia sua, ut certus sit, eam in iudicio Dei posse sufficere; nisi misericors misericorditer iudicet. S. August. ep. 120.

Profecto securitatem conscientiae non valent vel solent habere; nisi aut valde mali, aut valde boni. Rich. à S. Vict. lib. de sacrif. David.

Multi quaerunt scientiam, pauci conscientiam. Et si forte tanto labore, & sollicitudine, quaeretur conscientia, quanto vana, & secularis scientia; & verius apprehenderetur, & fructuosius retineretur. Petr. Cell. lib. de Conf.

§. VI.

Conscientia mala.

Num. I.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, & Patri-

bis.

Symbolum peccatoris Job. c. 1. 15. Spoliati virtutibus. Remanet solum conscientiae remorsus, qui damna nuntiet, de Rampellogis Conscientia. Nuntius, qui, omnibus consumptis, Jobo remanet, est vermis Conscientiae post peccatum. Diez. D. 8. Pent. c. 2.

Concepti dolorem, & peperit iniquitatem. Job. 15. 35. Peccantes comparat Scriptura cum parturientibus. *Mulier*, ait Christus, *cum pepereris puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium.* Jo. 16. 21. At verò in dolore ex peccato longè aliter contingit; ut notat S. Chryl. conc. 4. de Laz. nam peccatum, simul ac commissum est, tunc demum,

extincta voluptate, amarus poenitentiae stimulus succedit; contra quam accidere solet parturientibus. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 18. annot. 4. sect. 2.

Fugite à facie gladij. Job. 19. 29. Ille gladius est conscientiae aculeus, qui semper est, divinam exigente justitia, peccato conjunctus; & nunquam sinit esse delectationem sine dolore. S. Bonav. semper enim in peccato plus est anxietatis, quam sit delectationis. l. 25. in Ascens.

Spiritus procellarum. Pf. 10. 7. In conscientia, quae sibi contraria, est quasi tempestas. H. 57. 20. *Impi, quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* Hugo Card. hic.

Non tanges (justos) tormentum mortis. Sap. 3. 1. quia, licet saepe multis in morte doloribus crucientur; illò tamen conscientiae tormento, quod per antonomasiam tormentum mortis dicitur, non tanguntur. Mendoza in 1. Reg. 3. 18. annot. 4. sect. 2.

Peccatum Juda scriptum est in ungue adamantino. Jer. 17. 1. Nihil potentius conscientia; in qua scilicet infixæ literæ sunt solidæ. Nam, licet omnes homines suæ ipsorum conscientiae de bona vita testificari contentur; peccata nihilominus eorum, qui mentiuntur, conscientia ferre nequit; sed percutitur, & perforatur, in corruptamque perfert sententiam. Theodoret.

Pone ollam. Ezech. 24. 3. Olla semper bulliens, & ardens, est mala conscientia; quae semper aestuat, tum malis desiderijs, tum doloribus, & angustibus. Corn. hic.

Recessit somnus, ait Antiochus, 1. Mach. 6. 10. *nunc vero remittiscor malorum, quae feci in Jerusalem.* v. 12.

Vermis eorum non moritur. Marci 9. 45. q. d. sicut caro gignit vermes, quibus ipsa lanietur; ita & conscientia edit culpas, quibus exedatur. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 17. annot. 3. sect. 3. Designatur vermis animae, impura, scelerataque conscientia: siquidem una hac animam peccatricem, nulliusque boni sibi consciam, inutilis poenitentiae aculeis, instar edacis vermis, continuo pungit, & rodit. Unusquisque ergo sceleratorum sui ipsius accusator erit; etiam dum ea secum perpendet, animoque jugiter revolvit, quae improbe gessit; vel iavitus se, reum confiteri compellitur. Omni supplicio gravis est, immortalem illum vermem, direque corrodentem, circumferre. Victor Antioch. hic.

Quae poena gravior, quam interioris vulnus conscientiae? quod severius iudicium; quam domesticum? quò unusquisque sibi est reus; sedque ipse arguit. S. Ambr. offic. l. 3. c. 4.

Infernus quidam, & carcer, animae rea conscientia est. S. Bernardin. l. 4. in assumpt. B. V.

Tria sunt in iudicio: testis, tortor, iudex; sic in mente hominis testis conscientia, quae accusat; dolor, qui cruciat; ratio iudex, qui iudicat. S. Bonav. in Pf. 82.

Num. II.

Num. II.

Mala conscientia affligit, inquietat.

Aperti sunt oculi amborum. Gen. 3. 7. Quid est hoc? vocavit divina Scriptura sensum illum peccati: Mox enim post admissum peccatum stimulat conscientia. B. Theodoret. q. 33.

Abscondit se Adam. Gen. 3. 8. Quis à confortio, & loquela DEI, fugacem Adamum reddidit? crimen. Jam ab exordio flagitium lumen refugit, quare latebras. Euseb. Emis. hom. 3. de Palchà: Si forte hominis cujuscumq; servus duris domini sui urgeatur imperiis; quocumque fugiendo aut latendo, evadere, & declinare, iniquum Dominum potest. Servus peccati quò fugiet? quod secum trahit, quocumq; fugerit. Non fugit seipsum; non est, quò eat: Mala conscientia sequitur se; imò non recedit à se. Vix aliquod de foris potest esse remedium, quando intus est vulnus inclusum. Apud Arcones in l. 3. 9. Discurtu l.]

Omnis qui invenerit me, occidet me. Gen. 4. 14. Noluit DEus illius cruciatum finire compendio mortis: Videtur enim illud desiderasse Cain, cum dicit: *Omnis, qui invenerit me.* Et quodammodo loquitur ad illum DEus: Non, ut tu ælimas, morieris, & mortem pro remedio accipies: vires usque ad septimam generationem, & conscientia igne torqueris. V. Beda hic.

Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Gen. 4. 2. 21. Venditio fratris transacta erat; pretium acceptum, consumptum; sed funes peccati permanebant. Theodoret. in Catena Græca: vide; conscientius animus quam se non possit absolvere; sed longinquitate temporis. Duo, & viginti, anni erant; cum facinus hoc illi perpetrarunt; & tamen ejus adhuc memores clamabant: *Meritò hæc patimur, quia peccavimus.* Baeza. 2. 4. 11. c. 7. §. 5. Nota hic cum Chryl. quanta sit vis conscientia; cujus obtutibus omnia peccata illic se sistunt, cum DEI manum vindicem sentimus. Nulla enim Josephi facta hic mentio; & tamen ejus memoria, & injuria, ei ante 23. annos facta, statim omnium fratrum mentibus se sistit, cum ob eam castigari se aturantur. Corn. hic.

En sanguis ejus exquiritur &c. v. 22. Inde constare potest aperte, conscientia judicium esse inevitabile: Refricat enim memoriam sceleris ante duos, & viginti, annos admissi. B. Theodoret. q. 102.

Peccatum contra me est semper. PL. 50. 5. Sapiens adversus se judicat esse delictum suum; & tanquam hostiles acies; ita lapsus culparum suarum adversantium modo sibi arbitrat obistere. Quidquid personaverit, quidquid increperit, culpa ei propria semper occurrit: momentis omnibus culpa pulsata conscientiam; nec quiescere, nec oblivisci, sinit. S. Ambr. hic.

Es derelinquetur filia Sion in umbraculum vineæ &c. Il. 1. 8. Juxta anagogen, vinea DEI, pomorum paradisi anima nostra appellari potest. Cui si mens præverit, habet custodem mentis DEum: Si autem vitia nos

quasi quadam bestia fuerint deprædatæ; relinquemur à custode DEO, & omnia nostra redigentur ad solitudinem. S. Hieron. Tom. 4. hic.

Facies regis commutata. Dan. 5. 6. Rex Balthasar majestatis erat adeò tremendæ, ut in exercitu præsens hostem in fugam compelleret; & pacis tempore toti regno esset formidabilis. Et manus unica illum adeò perterrita, cum nondum intelligeret portentum. Credo sic eum terri à remordente conscientia. Paoletti D. 1. Adv.

Dormiebat sopore gravi. Jonæ 1. 5. Sensit Jonas remorsus conscientia de fugâ sua; quasi DEus illum persequeretur, puniretq;. Unde, ut hos remorsus evaderet, & sopiret, dedit se sopori. Mala enim conscientia parit mororem, meror somnum. S. Corn. in Jonam.

Peccavi, tradens sanguinem justum. Matth. 27. 4. à propria conscientia accusatus adjudicavit seipsum dignum suspendi. S. Ambros. l. 2. in Daniel: Domini traditorem non invenio à judice damnatum: non enim damnat Pilatus, non damnat populus; sed, quod majus est, seipse condemnat. Quem alter judicat, potest ut cunq; esse excusabilis: reus autem sine excusatione est, qui conscientia suæ judicio condemnatur. *Peccavi, tradens &c.* ib. Nota hic potestatem Conscientia: Homo intrâ seipsum habet patibulum intolerabile. *Absit, & laqueo se suspendit.* S. Chryl. non enim potuit acerbos conscientia stimulos, & flagella, perferre. Did. Nis. de prodit. Judæ. §. 4. Suspendit se, ut desperatâ, tristique, vitâ citius liberatur. Euthym. Judas videns impleri crucifixionem, quam à Christo audierat; intelligit etiam eum resurrecturum: cujus faciem cum præverecundia videre non posset, suspendit se. Palatius in Matth. Quid Judam eò miseriarum compulsi, ut in seipsum seiret agitabatur stimulis conscientia: & quia hos diutius tolerare non poterat, turti vitâ finire volebat. Sic quasi cogitabat: alteram ex his pœnis vitare non potero; ad hæc extrema compellor: aut inquietè semper vivere; & gehennam intus circumferre; aut laqueo vitam perdere: ex duobus malis minus eligendum. S. Ambr. non poterat ferre conscientia dolorem; ideo, adaptatò sibi laqueo, vitam finivit. Paoletti D. 1. Adv. Judas statim, ante necem Christi, illò ipso die se suspendit: non ferens tantum conscientia ocellantis remorsum, & probrium; uti docet. S. Leo l. 3. de Pass. Corn. in Matth. 27.

Accurrens cecidit super collum ejus. Luc. 15. 20. Cur non expectat filium ad domus fores; sed festinat, occurrit? Guerr. Alb. serm. in Sabb. 2. heb. Quadr. Sic festinabat reum absolvere à tormento conscientia suæ: quasi plus cruciaret misericordem compassio miseri; quam ipsum miserum passio sui.

Ex Patribus, & aliis.

Cur comprehenderunt te dolores parturientis, ut parturires iniquitates, & pareres injustitias? nullus enim major est dolor, quam is, qui peccati mucrone vulnerat conscientiam: neque illum

ullum gravius est onus; quàm peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum. Deprimit animam, curvat usque ad terram, nè se erigere possit. Gravia, fili, gravia nimis delictorum pondera. S. Ambr. ep. 18.

Inter omnes tribulationis humanæ animæ nulla est major tribulatio, quàm conscientia delictorum. S. Aug. in Pl. 45.

Quàmvis humana iudicia subterfugiat omnis, qui malè agit; iudicium tamen conscientie suæ effugere non potest. S. Ihd. l. 2. c. 26.

Satis magna pœna censeri debet hominibus utique probis, ac moderatis; cum ii, qui molestiam intulerunt, metu concutiuntur, propriaque conscientie cruciatu afficiuntur. S. Greg. Naz. or. 4.

TITULUS XXVIII. CONSIDERATIO.

Pater verò rem tacitus considerabat. Gen. 37. 11. Lentè delibera, quid agere, loquique, debeas. Jacob filii somnium priùs maturè considerat, quàm iudicium ferat. Res, quæ in deliberatione priùs non concoquitur, cruda, & indigesta, venit. Alvarez Joseph illustr. hic illustr. 50.

Et ambulavit coram Christo meo cunctis diebus. 1. Reg. 2. 35. Coram ipso omnibus diebus ambulat, qui cogitatione subitâ nihil operatur: nam ut rectos gressus foris ponat in opere, intus ad Christum respicit, quem per considerationem portat in corde. S. Greg. hic.

Paratus sum, & non sum turbatus. Pl. 118. 60. Ubi cogitatione quis prævenit, quod acturus est, semper paratus ad agendum est; semper fixus, & validus; ut non queat subitâ aliqua accidentium offensione turbari. - Parerem igitur affectum nostrum; non imparatum vis aliqua repentina perturbet. Si te cupiditas, appetentiaque, tentaverit; lege Evangelium; dicat tibi JESUS Christus: non turbetur cor tuum. Si quis terror ingruerit, dicat tibi Christus: Non turbetur &c. neque formidet. Si quæ supplicia persecutor inflixerit; lege Evangelium; dicat tibi Christus: non turbetur neq; &c. S. Ambr. hic.

Errant, qui operantur malum. Prov. 14. 22. Error hic non speculativus, sed practicus, putâ, est erronea, & perversa electio & operatio mali culpæ, quod secum desert malum pœnæ. Vel est inconsideratio plurium rationum, & motivorum, quæ possent voluntatem continere à peccato. Sic peccavit Adam, Lucifer, & Angeli: in quibus nullus erat error; sed clarissima rerum, legisque DEI, cognitio; per merum defectum considerationis. Ità enim considerârunt suam pulchritudinem, non considerando eam se habere à DEO. Corn. hic.

Viri male non cogitant iudicium. Prov. 28. 5. Audiavi senem quondam valde religiosum, & timoratum, dicentem: Ego quotidie manè ascendo ad Cælum, ut considerem beatorum gaudia; ac descendo in Infernum, ut spectem damnatorum supplicia. Itaque ex matutina hac consideratione totò die me sentio perurgeti ad

omne bonum, licet arduum, & difficile. Corn. hic.


Locutus sum in corde meo. Eccl. 1. 16. Olympiod: loqui aliquis dicitur in corde suo, cum mentem ad cogitandum applicat, secum disputat, & ratiocinatur.

Totum corpus oculus plenum. Ezech. 1. 18. Corpora animalium idcirco oculis plena describuntur: quia sanctorum actio ab omni parte circumspicita est; bona desiderabiliter providens, mala solum cavens. S. Greg. hom. 7. in Ezech.

Daniel ingressus rogavit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Dan. 2. 16. Solus Daniel lente considerare negotium satagit; ergo solus mysterium referabit. Alvarez Jos. ill. Gen. 37. v. 11. illustr. 50.

Considerate Lilia agri. Matth. 6. 28. S. Ludovicus plurimum suo tempore considerativus fuit. Neminem magis, quàm ipsum principem, decet consideratio; quæ singularis quadam est mater prudentiæ. Hoc in omni arte animadvertit. Refert Macrobius in Saturnaliis: fuit in theatro Romæ Mimus, studens representare personam principis. Exclamavit alter histrio: non rectè sic representari. Monitus igitur à populo, ut hujus errorem corrigeret; constituit se velut hominem valde meditandum. Significans: nihil magis decere principem, quàm considerationem. *Rex qui sedet in solio iudicii* Prov. 20. 8. Non in mensa, non discurrens? *Princeps, quæ digna sunt principe, cogitabit*, id est, considerabit. Il. 32. 8. *Nullus est, qui recogitet corde.* Jer. 12. 11. *Si cognovisset & tu.* Luc. 19. 42. Gerson serm. in die S. Ludovici regis Francia.

Noli me tangere. Jo. 20. 17. Sed Thomæ v. 27. licet incredulo, præcepit se tangere; quod in hoc temerarius non fuerit: quia Christus est hostis inconsiderationis. Dicebat Thomas, se tangendo crediturum; in quo proposito perstitit oëtiduo; sed Magdalena præcipitanter volebat tangere. Stella de cont. mundi p. 3. cap. 87.



TITULUS XXIX. CONSILIA.

§. I.

In genere.

Nomine *Jachin*. 3. Reg. 7. 21. *Jachin*. Hebr. idem, quod *directio*, & rectitudo. *Booz* id est: in *effortitudo*. Tropolog. quilibet fidelis, & sanctus, eger columnâ duplici, ut fiat templum DEI; scilicet *Jachin*; id est, prudenti, rectâque, directione, ad discernendum id, quod agendum est: & *Booz*, id est, fortitudine ad illud exequendum. Prudentia enim præit, quasi lux; viam virtutis, & sanctitatis ostendens: unde dexteram occupat. Corn. hic.

Quid est homo, ut sequi possit regem Factorem suum? Ecclesiast. 2. 12. Sept. pro regem, vertunt *Consilium*: quia Hebr. *Melech*, id est, rex, significat quoque Consultorem, & Consilium; eò quod regum sit consulere Republicæ. Corn. hic.

Consilium, quasi proles mentis tuæ, quasi filius cordis tui. S. Aug. tr. 1. in Jo.

In minimis exordiis maxima sunt consilia agenda: quoniam parvus error in principio, maximus est in fine. S. Cyrill. Apol. inor. l. 1. cap. 10.

Omne consilium actionis gratiâ, & propter actionem est. S. Greg. Nyss. l. 7. de lit. arbit. cap. 1.

§. II.

Consilia bonâ.

Omnia consilia tua in Deo permaneant. Tob. 4. 20. Tunc consilia nostra in Deo permanent, cum nihil fecerimus præter Domini voluntatem. Sim. de Cassia l. 15. de just. Christ. c. 2.

Testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationes tua. Pl. 118. 24. Alii legunt: *Justificationes tuae consilia mea sunt.* q. d. non audio, quid cordis mei intemperantia flagitet; non quæ caro concupiscat, non quid serpens suggerat, non quid sæculi votes auribus meis insonent, non quid subdole adulatorem lingua consulat, non quid falsi amici audiam verò, quid loquatur in me Dominus Pl. 84. 9. quid ab ipso illuminata ratio, quid jus, & æquitas, requirant. Denique, omnibus aliis consiliis repudiatis, justificationes tuæ, Domine, fidelissimi, & certissimi consilii mei sunt. Diez. D. 20. Pent. Conc. 23.

Manus illius plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Quia cuncta ejus opera, quæ propter semetipsum operatus est, hyacinthi sunt: id est, celestibus plena rationibus, celestibusque consiliis; & ad eum tendunt finem, ut nos ad celestia evehant. Si autem manus plenæ sunt hyacinthis, nihil continere videntur, quod hyacinthus non sit. Quidquid ergo ab illis procedit, nobis hyacinthus erit. Unde tribulationes &c. hyacinthi sunt, & tanquam lapis pretiosus, accipiendi:

in celestem enim vitam nos evehunt. Manus namque DEI lateres convertunt in Sapphiros, & duros lapides in hyacinthos. Nè ergo intuearis adversa, ut à manibus hominum procedunt; sed ut à manibus DEI. de Ponte, hic Exh. 24. §. 1.

Omnes illi congregati sunt, & venerunt tibi. Il. 60. 4. id est, ad ea, quæ tua sunt, facienda; & habent consilium de his, quæ pertinent ad tuam gloriam. B. Humbert. l. 5. de capit. generalib.

In lege quid scriptum est? Luc. 10. 26. Disce in consilium Legem adhibere: in ea repeties, quid agendum ad vitam consequendam. Quarentem de tua salute non mittit ad aulicos Consiliarios: ibi enim deest animæ sapientia; ibi discas ambitionem, invidiam, factiones. Non ad domos nobilium: ibi discitur ludere; non ad domos mercatorum. A lege, non à Mundo, consilium cape. Origo perditionis nostræ: quod in operibus nostris, & electionibus, non Deum, sed Mundum, consulamus. Si læsus ab inimico Mundum consulis, dicit: vindictam quære, honorem tuere. DEUS verò Matth. 5. 44. *dirigite inimicos vestros &c.* In lege quid scriptum est? Il. 30. 12. contra Israelitas: *Os meum non interrogasti.* Pl. 118. 24. *Consilium meum justificationes tua.* Stella hic.

Operatio virtutis electivæ attenditur in consilio, judicio, & desiderio. Consilium autem est in inquirendo, quid sit melius? hoc? an illud? sed melius non dicitur, nisi per accessum ad optimum: accessus autem est secundum majorem assimilationem. Omni igitur consilianti necessaria est impressio summi boni. S. Bonav. Itin. mentis ad DEUM c. 3.

§. III.

Consilia Evangelica.

Quid est sanctificari? Ex. 19. 10. nisi abstinerere etiam à licitis? nam qui abstinet solummodo ab illicitis; pœnam quidem evasit peccati; sed gloriam nondum assecutus est sanctitatis. Ad sanctificationem non satis est fecisse præceptum, nisi adjicias facere & consilium. S. Rupert. Abb. hic l. 3. c. 26.

Servans semitas justitiæ. Prov. 2. 8. Semitas justitiæ vocat consilia; & altiora mandata; vias sanctorum generalia præcepta. Hugo Card. hic.

§. IV.

Petè consilia, non sperne aliena.

Exempla

Ex Veteri.

Sultò labore consumeris. Ex. 18. 18. Nōne cum Moysè Deus loquebatur? & tamen consilium regendi, atque administrandi; tam magni populi à focero, alienigenâ scilicet homine,

mine, & maximè providus, & minimè superbus, accepit. Oliva t. 3. Conc. 8. Voluit DEUS Moyſen, virum alioquin ſapientiſſimum, ab alienigena, & gentili, Jethro inſtrui: ut oſtenderet, nemini datum eſſe, ut in omnibus ſemper aequè ſapiat: ac proinde humiliter audientes quoque eſſe inferiores, qui ſaniora conſilia ſuggerunt. Corn. hic.

Quibus audivis, Moyses fecit omnia, quae ei ſuggeſſerat. Ex. 18. 24. Sacra quaedam res eſt conſilium, voluntatum unio, fructus dilectionis, humilitatis inſigne. E diverſo intolerabilis eſt ſuperbia argumentum; exiſtimare, & nullius egere conſilio; ſed uni ſibi attentum eſſe; quaſi ſolus poſſet ſibi conſilio decernere, quae optima ſunt. S. Baſil. in c. 1. ff. Conſiliariis omnes opus habent, etiamſi Moyſi conferri poſſint. Multa enim ſunt, quae magni, & admirabiles, viri ignorent; quae tamen parvi, abſeque, ſeire ſolent. S. Chryſ. hom. de ferend. reprehention.

Moyſes ille, quò nemo præſentius DEUM coluit, neque ſurrexit amplius; in Iſrael propheta, qui DEUM facie ad faciem, ſicut Moyſes, videret: ille qui quadraginta diebus cum DEO jugiter, & noctibus fuit; cum legem acciperet in monte: ille, inquam, cui DEUS dabat, quos loqueretur ſermones; invenitur magis Aaron fratris ſui conſilium, quam ſuum probaſſe. S. Ambr. ep. 3.

Et vocavit Dominus Samuel. 1. Reg. 3. 4. 5. DEUS vocat Samuelem, ſimili voce Heli. Et cur non aperit ei, ad quid vocetur? Sed ordinat, ut prius tendat ad Heli? ut puer inſtrueretur, à Seniore, quomodo ſe debeat diſponere ad DEI mandatum accipiendum. Sylv. in Act. 9.

Ut erudiret principes ejus, & ſenes ejus prudentiam doceret. Pl. 104. 22. Sic ſenes ſapientes non recuſabant; ſed patiebantur doceri, & illuminari à juvene triginta annorum. Sylv. in Act. 15.

EX NOVO.

Domine permittite me primum ire, & ſepelire patrem meum. Matth. 8. 21. Hic Chriſti diſcipulus ſape Magiſtrum de cultu parentum diſſerentem audierat: quid ergo opus iterum conſulere? ſat per ſe notum videbatur, fore id opus Chriſto gratum. At ex eadem Magiſtri doctrina norat, ſine conſilio nihil moliri: & ideo etiam in re ſat perſpicua Chriſtum adit, & conſulit. Nec fruſtrà: nam prohibitus eſt id facere; & conſilium aequò animò acceptavit, ac cum JEſu manſit. Pinna Ethol. 73.

Non ſatis Zachæo erat ex turba diſcere, quis eſſet JEſus; ſed arborem aſcendit, ut videret. Luc. 19. 4. Sed quam arborem? ſycomororum, id eſt, ficum fatuam. Nullius monita deſpice, licet indoctioris. Pinna in Eccl. 6.

Unde ememus panes? Jo. 6. 5. Chriſtus æterna Sapiencia quaſivit conſilium à Philippo; cum tamen ipſe eſſet ſimplex: ut per locum à majori argueremus. Chriſtus petiit conſilium à hebetere, quò non indigebat; ut nec nos vereamur conſilium petere pro veritate inquirenda

etiam à ſimplicibus. S. Vinc. Ferr. ſ. 1. D. 4. Quadr. Noli te tibi credere; non erubescas egere præſidiis, quibus non egebat Chriſtus: & tamen ea non negligebat; ut te doceret. S. Ambr. l. 4. in 4. Luc. apud Oliva t. 3. Conc. 15. die primò Ven. poſt Cineres.

Ingreſſe civitatem. Act. 9. 7. DEUS de caelo vocavit Paulum: tamen, ut informetur de rebus agendis, non per ſe illum inſtruit, ſed ad Ananiam mittit: ut ſeniorum conſilia petamus; nec putemus à ſolo DEO nos docendos. Sylv. hic q. 13.

Cur Paulus plenus ſapientià cum Barnaba venit Jerololyam, conſulere Apoſtolos de circumciſione? Act. 15. 2. Teſtatur Paulus Galat. 1. 1. quòd Evangelium acceperit non ab hominibus, neque per hominem, ſed per JEſum Chriſtum; & tamen vult conſultare? Similiter ſecit Galat. 2. 2. contulit cum illis Evangelium. Hoc ejus humilitati tribuit S. Hieron.

Alia Motiva

Ex Veteri, & Novo, & Patribus.

S. Ambr. Enarrat. 2. in Gen. quaerit: cur DEUS ſex dies in Mundi fabrica inſumpſerit; cum momentò ſexcentos poſſet condere? ut nos doceat, nihil temerè, & ſine delectu agere. Si enim ille, qui poſſet ſimul omnia agere, nè tumultuariè edita viderentur; maluit ſex dierum ſpatium ponere; multò magis nobis lentè, & cum conſilio, res agenda, nec præproperè.

Et nomen principis militie ejus Abner filius Ner. 1. Reg. 14. 50. Juxta S. Greg. hic, Abner dicitur filius lucis, ſeu lucerna; non tamen eligitur in regem: nè quis ſapiens ſibi perſuadeat, ſuis ſibi eſſe lucis; nec indigere, ut ab alio doceatur. Pinna in Eccl. 6. Ethol. 73.

Qui fecit caelos in intellectu. Pl. 135. 5. Cur addit intellectu? quod per ſeipſum intelligitur. Phraſi humana ſe attemperat: ut nos doceat, in rebus perplexis alienò uti conſilio. Omnia in ſapientia feciſti Pl. 103. 24. id eſt, non temerè, non caſu. Id. ib.

Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditus inter ſum cogitationibus. Prov. 8. 12. Omnia ſciens, qui ſapientibus præeſt, thronum elegit conſilium. S. Ambr. l. 2. Offic. quid tibi prodeſt habere Sapienciam, ſi conſilium renuas? Caſſiod. l. 6. var. ep. 29. Omnis providens conſilium quaerit: Elcob. mir. Chr. t. 1. Obf. 7.

Ubi non eſt gubernator, populus corrumpet; ſalus autem, ubi multa conſilia. Prov. 11. 14. Ut anticheſis conſtaret, dicendum alterà parte videbatur, ſalus autem ubi gubernator: Sed idem eſt, acſi dicat: ſalus autem eſt gubernator; quaſi gubernator, & multa conſilia, idem ſint: quia ille propriè gubernator eſt, qui multos conſulit. Id. ib.

Aperi ſunt caeli - & ecce vox de caelis. Matth. 3. 16. 17. Lucis, & vocis, teſtimonia credibilia facta ſunt nimis; nec dubitare eſt de veritate,

veritate, quæ se ingerit, per utrasque scilicet oculorum, auriumque fenestras. Sic nimirum, sic in Jordane supra caput Domini & columba apparuit, & vox insonuit. Sic & in monte, quando transfiguratus est coram Discipulis, & claritas visa est, & vox Patris nihilominus audita. S. Bern. l. 1. de convers. S. Pauli.

De cætero Patrum Spiritualium consiliis haud secus, quam Majestatis divinæ præceptis, acquiescendum in omnibus esse memento. Hoc fac, & veniet super te benedictio. S. Bern. ep. 351.

Si gyras, ubi meliores vestes invenias; quomodo non oportet circuire omnes Doctores, & inquirere, ubi sincerâ veritas Christi veniatur; & veriorum eligere, plusquam vestimentum. Auth. Imp. op. hom. 44. in Matth. 23.

§. V.

Arguitur, & luit, aliena negligens Consilia.

A Radii, 1. Paral. 1. 16. Deponentes consilium interpretantur. Hi sunt, qui audire penitus nolunt, sibi omnes sufficientias adscribentes. Et sepe nonnulli reperti sunt, atque reperiuntur, qui se cognoscunt, indigere consilio; & insufficientiam arguunt, quæ premuntur. Sed quia penitus reputari inter homines volunt, consilium non petendo deponunt; nè inferiores his, quos consulunt, esse videantur. Sim. de Cass. l. 15. de just. Chr. c. 13.

Inventa sponsa à vigilibus primò contrà eam nihil durè egerunt. Cant. 3. 3. Secundà vice Cant. 5. palliò nudant, & vulnerant. S. Ambr. in Pl. 118. ideo, ait, custodes blandè eam prior locò habuisse; quia illos super sponsò consuluit: *Num. quem diligit anima mea. v. distis?* Cum verò deinde nihil ab eis quaereret, durius eam acceperunt. Vigiles sunt homines docti, & pii: pallium insigne est sapientiæ: perdit, cum non consulit; servat, cum consilium petit. Nam ille verè sapiens, qui alios consulit; à Sapientia alienus, qui aliorum sententias spernit. Pinna supra cita.

Sapientes in oculis. Il. 5. 21. suis sunt, qui in his, quæ cupiunt, sive agunt, non iudicium veritatis, non sententiam aliorum rectè viventium; sed propriam regulationem attendunt; & usque adeò sibi placentes, & consentanei sibi sunt, ut in nullo eis contradici posse videantur. Sim. de Cass. l. 2. c. 1.

Cogitabas intrâ se dicens. Luc. 12. 17. Stultus hic meritas suæ avaritiæ poenas dedit. Vis causam? nullam, præter seipsum in consilium vocavit. Si alios consulisset, forsan de elemosyna danda consulissent, quâ & se à morte eriperet, & divitias cumularet. Pinna in Eccl. 6. Ethol. 73.

Quid faciam? Luc. 12. 17. Cur solum secum loquitur? cur in consilium non vocat amicos? S. Basil. hom. 6. ex teipso captas consilium? planè imprudenti uteris consilio. Prov. 3.

7. nè sis sapiens apud remetipsum.
Sylv. hic q. 3.

Polyanib. Sacr. Tom. I.

§. VI.

Consilia humana evertuntur à Divinis.

Ex Veteri.

Vendiderunt eum Ismaelitis. Gen. 27. 28. Pensemus, quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis divina comprehendat. Ideò ab eis venditus fuerat Joseph, nè adoraretur; sed ideò est adoratus, quia venditus. Astute enim aliquid agere ausi sunt, ut Dei consilium mutaretur; sed divinò iudicio, quod declinare conati sunt, renitendò servierunt. Sic divinum consilium, dum derivatur, impletur; sic humana sapientia, dum relucatur, comprehenditur. S. Greg. l. 6. mor. c. 12.

Voluit Dominus Hebræos multiplicari; Pharaon autem voluit eos deleri. Ex. 2. Uter ergo inter hos prevaluit? certè Domini voluntas ita promovit, ut Pharaon, longè aliud agens, adjuverit potius voluntatem Dei tyrannide suâ, quam impediverit. Ut rumpantur tibi illa Pharaon, dum in tua aula nutrire, & educare cogaris eum, qui salvaturus est eos, quos tu persequeris, & te dignâ mortè puniturus. L. poman. hic.

Et clangor victoriæ &c. Num. 23. 21. Vide, quam DEUS dissipet consilia impiorum, eaque in ipsorum caput retorqueat; idque per ipsosmet, quos ad suam impietatem pertrahere sunt conati. Ità nutu Dei Balaam sollicitatus à Balac ad infidelitatem, eidem infidus, & adversarius fit; & contra eum pro hostibus vaticinatus est victoriam. Corn. hic.

Ipsi preparantur cogitationes. 1. Reg. 2. 3. Hebr. ponderantur, mensurantur, & vanculantur. q. d. DEUS mensurat cogitationes nostras; an scilicet nimis parvæ, vel magnæ; aquæ, vel iniquæ; sapientes, vel stultæ, sint; ut sciat, cujus cogitationes, quando, vel quomodo explere debeat. Prov. 16. 2. *Omnes viâ hominis patent oculis ejus, spirituum ponderator est Dominus.* Alii sic explicant: ipsi preparantur cogitationes, sicut materia preparatur artificio; ut ex illa faciat id, quod ipse voluerit. Sic cogitationes fratrum de Joseph vendendo convertit in Josephi bonum. Corn. hic.

Porrò sicut ferrarius &c. 1. Reg. 13. 19. Verùm DEUS eludit cautionem, & prudentiam, Philisthinorum; dum per Samuelem Hebræis dedit victoriam sine ferrò, & armis ferreis. Unde S. Greg. armat ab inermibus victi sunt: ut totum, quod vincitur, omnipotentis Dei laudibus tribuatur. Corn. hic.

Sic loquimini ad David &c. 1. Reg. 18. 25. &c. De consilio Saul loquens, qui David suam uxorem sponndit; dummodo David centum occideret Philisthæos. Quorsum hoc consilium? Rectè Lyr. malitiosè cogitabat: ut, ad consequendum hoc matrimonium, David audacius se periculis exponeret; & sic periret. David autem ducentos interfecit. *Et celebre,* ait textus v. 30. *Fatum est nomen ejus nimis.* S. Greg. l. 6. mor. c. 12. Saul supernâ providentiâ in sapientiæ suæ consilio est deprehensus. Quia uade succrescentis militis vitam se extinguere credidit, virtutis ejus gloriam inde cumulavit. Mendoza. in 1. Reg. 3.

Xx

Not

Non est in hominis potestate consilium tuum. Tob. 3. 20. Itaque frustra filios vestros absconditis parentes; frustra in terras peregrinas mititis; ut DEO subducatis. Frustra æmulos vestros; & aula! dolo, ferro, veneno, petitis; si illis divina Providentia regnum preparavit. Stengel. t. 1. de jud. div. c. 29.

Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat. Job. 5. 13.

Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium, contra Dominum. Prov. 21. 30. Hem consilium! decernitur Christi mors, nē Romani Jerosolymæ dominantur. Et ecce Romani Jerosolymæ imperant, quia Christum occidere decreverunt est. Segneri ferm. 33. die Ven. D. Pass.

Jonas a mari, a ceto voratus, c. 2. 11. & c. 3. 1. vivido bellæ ventre sepultus, adhuc ad mandatum sibi portum vadit. Quidquid in contrarium moliaris, resistente licet Universi creaturâ, pugnantibus tenebrarum potestatibus; per eas ipsas contrarietates justus vadit, secundum quod scriptum est de eo. Bæza l. 3. c. 6. §. 6. Ecce fugitivum Dei tempeitas invenit, fors ligat, mare suscipit, bellum includit. Et quia auctori suo obedire renitur, ad locum, quod missus fuerat, suo reus carcere portatur. S. Grég. l. 6. mor. c. 12.

Ex Novo.

Et mians occidit omnes pueros. Matth. 2. 16. Herodes fuit profelytus, & credidit scripturis de Christi adventu; quomodo ergo tentavit eum extinguere? quasi posset Dei consilium, & Prophetarum scripturas, mutare? & malitia & passionum vehementia, obtenebrarunt intellectum Herodis; quod non attendit, neminem posse resistere Deo, vel ejus immobile consilium variare, vel divinas scripturas falsificare. Sed tentavit, suis passionibus satisfacere, malò superatus affectu, qui non advenit iudicium. Et quid hoc mirum de Herode? cum & Salomon, qui tempore suæ Sapientie dixit Prov. 21. 30. *non est sapientia, non est consilium contra Dominum*, à mulieribus infatuus, tentavit, simile aliquid perpetrare: Nam 3. Reg. 11. cum audisset, à Deo regnum suum esse scindendum; percepissetque à propheta Achia, prænuntiatum esse Jeroboam Ephratæo, quod super decem tribus regnaret, tentavit illum occidere; qui in Ægyptum aufugit. Dion. Carth. in Matth. 2.

Dispersit superbos mente cordis sui. Luc. 1. 51. q. d. dispersit mentes, id est, per mentem, vel cogitationem cordis ipsorum: quia scilicet superbia illorum consilia, & machinationes, in ipsorum exitum retorquet. Corn. hic.

Multa in hominum cordibus consilia; sed Domini consilium prævalet. S. Basl. in Pf. 32.

§ VII.

Consilia divina præpone humanis.

Abraham de nocte confurgens. Gen. 22. 3. Ad filii holocaustum vocatus, nihil cum familiaribus locutus. Orig. hom. 7. in Gen. non deliberat, non detrahet, non communicat cum ullo homine consilium, sed statim occupat. Bæza t. 2. l. 6. c. 1. §. 4. Totum se Deo

permittit; & id, quod jubebatur, exequi parat; ac nē cum uxore quidem de hac re communicavit. Rectè sanè, sibi;q; utiliter faciens; qui feminam non idoneam judicaret, quam in consilium adhiberet. S. Greg. Niss. orat. de obed. Abrah.

Cur, ignorans me, fugere voluisti; nec indicare mihi, ut prosequer te cum gaudio? Gen. 31. 27. Cur Jacob non consulit forcerum de professione? S. Ambr. l. 1. ep. 4. quia vir exercitio intentus, & quærens veram vitam ad virtutem prosequi; non hominem deduclorem, sed oracula quasivit cœlestia. Bæza t. 2. l. 6. c. 1. §. 4.

Consilium meum justificationes tua. Pf. 118. 24. Bonum est, ut consilium Dei sequatur hominum consilia: quia DEI consilium certum semper; nostra autem plerumque incerta consilia, ex rerum probantur eventu. S. Ambr. hic.

Responsò acceptò in somnis, nē redirent ad Herodem per aliam viam reversi sunt in regnum suam. Matth. 2. 12. Ubi stellæ duce natum Jesum viderunt, cum de reditu cogitarent in patriam, non jam stellas consulunt, nec Angeli querunt ducatum; verum responsò acceptò. S. Paschal. l. 2. in Matth. non per Angelum, ut ad Joseph, hæc responsio facta dicitur; sed SS. Patrum traditio est, ab ipso Domino divinitus imbutos fuisse. Bæza supra cit.

Et audiverunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. Jo. 1. 37. Vocat magni consilii Angelus; quid opus est, ut aliena consilia prætoleris. Quis enim fidelior, quisve sapiens illò? Seduc me, Domine, & seducar; fortior esto, & invalesce. S. Bern. lib. de cont. Sæculi.

§ VIII.

Consilia mala.

Qui non abicit in consilio impiorum. Pf. 1. 1. Trium inimicorum nostrorum. Consilium carnis est, quærere voluptates; consilium Mundi, multiplicare divitias, spoliare innoxios, vindicare injurias proprias; Consilium diaboli est, appetere dignitates. Hugo Card. hic.

Spiritus consilii. II. 1. 2. Sancto DEI Spiritui tribuit propheta consilium: quia apud impios reperiri non potest. Pinna in Ecol. Ethol. 106.

Collegerunt - Consilium. Jo. 11. 47. Unde consilia mala? malus metus, malaque spes, constitunt consilia mala. Metuit quis avarus perdere thesaurum; metuit direptionem eorum, quæ tenet; fecit consilium malum, ut daret sibi suspecto ante mortem, quàm patereat direptionem. Metuit ambitiosus gloriæ avidus, constitutus in autoritate, nē à potentiore superetur, nē redigatur ad ima; inivit consilium dandi mortem in eum, quem suspicatus est, posse fieri superiorem. Sim. de Cast. l. 11. c. 45.

Dicebant, quid facimus? Jo. 11. 47. Indixerunt cœlum, non ad majorem Dei gloriam; sed, obfirmatis animis, ad inferendam Christo necem. Non ad inquirendum, quid optimum esset; sed ad pessimum faciendum. Oliva t. 1. conc. 32. die Ven. heb. Pass.

Charif-

Charissimi, nolite omni Spiritui credere.
I. Jo. 4. 1. Repeto, quia necesse est, ut repe-
tam, & hoc mentibus vestris vehementer incul-
cem: *Charissimi, nolite omni Spiritui credere.*
S. Aug. l. 13. de V. Apost.

Cave eorum Zizania; nec facile iis credendum
putes: nervi enim sunt, & quidam artus sapien-
tiae, non temere credere. S. Ambr. ep. 44.

Non quid concupiscat Caro, sed quid suadeat
Spiritus, attendendum est. Caro praesentia, ac
temporalia; Spiritus vero futura, & aeterna, natu-
raliter appetit bona. S. Laur. Just. in fact. am.
cap. 8.

Veniunt saepe ad mentem meam cogitationes
innúmera, & surgunt affectiones multa, & solli-
citant me de cura corporis, & suggerunt multa
de usibus necessitatis. Conveniunt ibi quasi ad
consulendum; veraciter autem ad decipiendum;
& congregantur Consiliiarii multi, & consiliato-
res vani, imò deceptores veri. Congregantur
autem quasi in consilium unum, & quasi ad qua-
rendum consilium bonum; & dantur in com-
mune consilium multa, sed inutilia, & vana;
quia consilium vanitatis est; & totum eorum
consilium de vanitate est. Sudent fumere vi-
num propter stomachum, somnum extendere
propter cerebrum; carnem fovere, ne tabescat;
corpus recreare, ne deficiat; abstinentiam ali-
quantum relaxare, quieti parumper indulgere.
Et in hunc modum agitur de cura corporis cura
superflua; & de vanitate ventilatur quasi vana;
& super huiusmodi negotio consumitur saepe dies
integra. Rich. à S. Vict. Annot. in Pl. 25.

Animus jam totus directus ad caelum non fa-
cile recipit de terrenâ parte consilium. S. Valeria-
nus Ep. hom. 18. de bono discipl.

Heu! quot, & quantos, maledicta mundiâ-
lium consilia supplantaverunt, & conceptum in
eis per Spiritum Sanctum DEI Filium extinxerunt.
Hæc est illa potio misera, & mortifera,
persuasio diabolica, quæ in multis spiritua-
lem conceptum impedit; in perisquæ con-
ceptum jam per propositum formatum, vel
per votum jam perfectum, interficit, & ex-
tinguit. S. Bonav. tr. de 5. perfect. pueri
JESU.

§. IX.

Consilium sapientis est mutare.

Motivum I.

DEUS, & Christus Dominus.

Poenitet me fecisse eos. Gen. 6. 7. & delet,
quem fecerat.

*Ne, quasi, dicant Aegyptii, callide edu-
xit eos.* Ex. 32. 12. Poterat DEUS Moyfi re-
spondere excusanti scelus: quid mea refert, si
obloquantur Aegyptii jam decies à me vapulan-
tes; si audent blasphemis vocibus honorem
meum impetere. Ego, postquam in eremo He-
braeos sepelivero, Nilò effuso, Aegyptios obru-
am. Nec Spes Abrahæ factæ remove me
possunt à supplicio in ingratum populum de-
cretò: nam quod destinabam Patriarchis fidelibus
& reverentibus, donare nolo contumacibus
posteris, & idololâtris. Hoc DEUS non dixit; sed

Polyanthe. Sacr. Tom. I.

contradicens argumenta comprobans, gladium
vagina reddidit. *Placatus est Dominus, ne fa-
ceret malum.* v. 14. Si DEUS admittit considera-
tionem adductam ab homine; poterit ad eò super-
bus quisquam reperiri, qui non auscultet propo-
sitas rationes, & deliberata non mutet; quoties me-
liora, quam quæ statuit, adducuntur? Oliva t. 3.
conc. 8. die 5. Ven. in Quadr.

*Poenitet me, quòd contituerim Saul re-
gem.* I. Reg. 15. 11. & abiecit regnò, quem
regno praefecerat.

Egrum Ezechiam inviserat Isaias dicens:
praece domui tuae - revertere. 4. Reg. 20.
1. 5. DEUS, quod dixerat; revocat. Et nos
ea quoque revocare nolumus, quæ iniquè statui-
mus; hòc tantum nomine, quòd ea statueri-
mus. An sapientiores DEO sumus, aut honora-
tiores? ut pudere nos debeat actuum rectorum?
Id. ib.

*Miserus est DEUS super malitiam, quam
locutus fuerat, ut faceret eis; & non fecit.*
Jon. 3. 10. Sapientissimus DEUS decreta retra-
ctat, & sententiam mutat: quòd nos doceat; ali-
quando mutare sententiam, non sapientis dedecus
esse, sed elogium. S. Basil. Seleuc. or. 12. poeni-
tentia poenitentiam genuit. Homines immutan-
tur, & DEUS consilia retractat; homines lacry-
mantur, & DEUS immutatur; lugent mortales,
& decretum solvit immortalis. Naxera in Jos. 2.
§. 37.

Non sum missus, nisi ad oves. Matth. 15.
24. quibus rationibus spsm omnem praedicat.
Nihilominus petente instantiùs muliere, ait: *fiat
vbi, sicut vis.* Oliva t. 1. Conc. 14.

Quid est, quod me querebatis? Luc. 2.
49. Nollet quaeri, sed Patris operibus insistere,
& populi doctrinæ. Nihilominus ad Mariæ lacry-
mas voluntati ejus se tradit. Docuit, non inflexi-
biliter adhærere consilio. Quis jam non erube-
sceret, obstinatus esse in consilio suo? quando
suum Sapientia ipsa deseruit. Sic mutavit consi-
lium suum; ut, quòd jam tunc coeperat, ex tunc,
usque ad tricesimum aetatis suæ annum, prorsus
dimiserit. S. Bern. l. 3. de resurr. Baeza tom. 2.
l. 11. c. 1. §. 15.

Nondum venit hora mea. Jo. 2. 4. Et
statim jubet parari opus. Credo, primam volun-
tatem fuisse, & consilium, quòd, non expectatâ
matris intercessione, vellet miraculum longius
differre; juxta quòd consilium rectè dixit,
nondum venit hora mea. At, post MA-
RIÆ preces, fuit in illo alia voluntas: Sapientis
enim est, novis attentis circumstantiis, variare
consilia. Baeza t. 2. l. 11. §. 16.

Motivum II.

Exempla hominum.

Ex Veteri.

Duo reges, Pharao Gen. 12. 20. & Abi-
melech Gen. 20. 9. raptam Saram, cum furti poe-
nitentia, Abrahæ remittunt. Poterat uterq; stu-
diosè permittere, ut è palatio Sara elaberetur, nulla
rapinæ exprobratione; sed neutrum puduit,
palam obreptam feminam, palam reddere

Xx 2

viro

viro suo, evocatis cunctis aulae satrapis in suae testes poenitentibus. Adeo non indecorum vel regibus est, palam factis, & verbis testari, errasse se, & exorbitasse à jure thori, & Dei lege. Abraham, qui Gen. 21. 10. Saræ repugnanti imperanti extensionem Ismaelis, & Agar; mox illi obsecutus est; non ejectionis tantum, sed sine opibus, sine servis, sine atellò, expulsus. Oliva l. 6. Strom. §. Dominus meus, & Deus meus.

Cernens Aina Angelum stantem in via evaginatio gladio, avertit se de itinere, & ibat per agrum. Num. 22. 23. &c. Non inlitit viæ, quam semel fuerat ingressa; sed ubi, quod latebat antea periculum, novit; infuetà gradi semitâ prudenter elegit; fatiusque duxit poenitentiam, quam pertinaciam. Naxera in Jos. 2. §. 37.

Peccavi! revertere. 1. Reg. 26. 21. Vel Saul Davidis probitate perspectâ, non modò ab eo insectando resiliit; sed stultè se in eum procellam motam confessus est. Oliva l. 11. Strom. §. Revertimini &c.

Obsecro, ut novis epistolis veteres Aman litera insidiat oris, & hostis Judeorum corrigantur. Esther 8. 5. Da mihi, non dico imperantem super centum viginti septem provincias, sed Coriolis præsentem; qui scriptas à se literas corripit patiatur. Oliva l. 11. Strom. ibid.

Revertimini ad iudicium. Dan. 13. 49. Confertum erat totum iudicium omni jure servato &c. & tamen retractare sententiam, quæstionem repetere, unius ad vocem pueri: non indecorum rati palinodiam, ubi de fama pudicitia agebatur &c. Oliva l. 11. Strom. ibid. unde fufius hoc ibi deductum.

Ex Novo.

Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Luc. 5. 21. Mox, visò sanati paralytici miraculò, *magnificabant DEUM.* v. 26. Oliva l. 6. Strom. cit.

Dominus meus, & DEUS meus! Jo. 20. 28. Non crediturum se dixerat Thomas, nisi Christi vulnera suis manibus contrectasset; quibus tamen intactis, & credidit, & adoravit; felix propositi sui, & desertor, & transfuga. Tam salutare est, à sua sententia discedere, ubi in meliora transiit. Oliva l. 6. Strom. ibid.

Quanta Dominus signa ostendit Paulo, ut convertatur. Act. 9. 4. Ad Ninive convertendum satis erat una vox Jonæ. Sic & ad David Nathan. Zelus Judæismi in Saulo verti debuit in Zelum pro Christo contra Judæismum: qui antè pro Judæis disputavit, nunc pro Christo. Sylv. in Apoc. 3. §. 58.

Dabo ei sedere mecum in throno meo. Apoc. 3. 21. Promittitur huic Episcopo specialis honor, quia provocatur ad difficilem virtutem, retractationem sententiæ suæ. v. 17. diversum. Hinc laude dignissimus Augustinus scribens libros Retractationum. Sylv. hic.

Varia alia Motiva.

Salus autem, ubi multa consilia. Prov. 11. 14. Non solum ad salutem conducit bonitas consiliorum; sed & numerus. Ille sibi salutem promittat, qui non unum solum consilium habet, sed

multa alia, quæ pro rerum occasionibus possit variare. Bæza t. 2. l. 11. c. 1. §. 16.

Manus illius plenæ jacinthibus. Cant. 5. 14. Rich. à S. Vict. lapis iste cum aura mutatur. Sic sunt boni, quia pro tempore mutantur, sed ad cælestium conversiones.

Observat Albertus Magnus, quòd nullum alium Christum traxit ad se per longum sermonem, ut Nicodemum. Jo. 3. 1. &c. Unò verbò vocavit piscatores Matth. 4. 19. Erat scilicet Nicodemus Magister in Lege, senio confectus in suis opinionibus. Sylv. in Matth. 5. §. 7.

Romani maximus author Tullius eloqui, nullum unquam verbum, inquit, quod revocare vellet, emisit. Quæ quidem laus, quamvis præclarissima videatur; tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. S. Aug. ep. 7.

Nunquam errari tutius existimo, quam cum in amore nimio veritatis, & rejectione nimia falsitatis, erratur. S. Aug. l. de mendac. cap. 1.

Nihil peccare, solius Dei est; emendare, sapientis est - id tamen difficile: quid enim tam rarum quam ut invenias virum, qui seipsum coarguat, & factum condemnet suum? Itaq; rara poenitentia repugnat enim natura, repugnat verecundia. S. Ambr. ep. 3. ad Simplicianum.

Sapientis est mutare consilium. Optima constantia, quæ non concepti semel erroris, sed rationis assecta est. Nonnunquam protervitas, pertinaciaque, constantia titulum falso sibi vendicat. Non est constantia, sed obstinatio; quæ, etiamsi ratio appareat, aut se oculis veritas, ingerat, ceptis infistit; quæque honestius judicat, errores ceptos tueri, quam consilium mutare. Illa vox quod *scripsi scripsi*, superbum redolet, non sapientem. Quod bene scriptum erat, nullis precibus, nullis artibus erat delendum; sed hoc, non quia scriptum, sed quia iuste scriptum. Naxera in Jos. 2. §. 37.

§. X.

Consiliarii.

Num. 1.

Bonorum Symbola.

Fecit me quasi patrem Pharaonis. Gen. 45. 8. id est, rectorem, consiliarium, moderatorem. Sic rex Tyri suum consiliarium intimum, putà Hiram, vocat *patrem* suum. 2. Par. 2. 13. Corn. in Gen. 45. *Si oculus tuus dexter.* Matth. 5. 29. Non incongruè dexter oculus potest accipi, dilectus amicus, & Minister in divinis operibus, & in divinis rebus consiliarius; cui non est parcendum, nè abiciatur; si nos vult scandalizare. Ven. Beda hic.

Viginti quatuor seniores. Apoc. 4. 4. Pineda in Job 19. n. 3. censet, in his 24. Senioribus, qui sunt quasi Senatores, & consilarii Sapientiæ divinæ, notari, quales esse debeant principum consilarii. I. Senes sint, qui prudentia pollent. II. Ut sint circumamicti vestimentis albis: ut scilicet sinceritate, & candore animi, pollent; nullaque cupiditas, aut metus, rectum iudicium depravet. III. Ut habeant coronam in capite, hoc est, præditi

praediti sint libertate, & animo regali; ideoque non obsequantur cupiditatibus principum; sed liberè, quod rectum est, pronuntiant. Corn. hic.

Num. II.

Consiliarij boni.

Cor boni consilij statue tecum. Eccl. 37. 17. q. d. statue in teipso cor, quasi tribunal; imò oraculum boni consilij; ut, cum dubium, quid faciendum? occurrit; cor tuum quid factu sit opus, consulas. Ideoque in corde, quasi in tribunali, causam undequaque diligenter, & prudenter, in omnem partem ventiles. Cor enim tuum erit tibi dictator optimi consilij, quod tibi maximè erit conveniens. Ad hoc enim dedit Deus homini cor, seu rationem, ut eam sequatur, juxta illud Psalm. 4. 7. *signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Corn. hic.

Et in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Eccl. 37. 17. Tertius hic est, summusque Consiliarius, aliorum omnium auctor, & director, scilicet Deus. Primus enim est vir sanctus, de quo v. 15. *cum viro facto assiduus esto.* Secundus est cor cujusque sapientis, & iusti, de quo v. 17. *cor boni consilij statue tecum.* Tertius hoc loco est Altissimus, qui idcirco invocandus est: ut & viro sancto, & cordi proprio, consilia sana suggerat. Ità fecit Moyses, Josue &c. Hinc olim multis in locis apud Christianos Senatores ituri ad Curiam prius sacrificio Missæ intererant. Unde etiam Sacella Curiae vicina, vel annexa, ac beneficia, onusque sacrificandi quotidie ijs impositum, nonnullis in urbibus intuemur. Corn. hic.

Vocabitur - Consiliarius. If. 9. 6. Haymo: Christus est Consiliarius: quia ab ipso omne sacrum consilium procedit. Si haeres in dubio, nescis, quid eligendum? adi magni Consilij angelum: erit tibi instar columnæ Hebraeorum; in deserto viam ostendet, Corn. hic.

Venit Joseph ab Arimathæa, nobilitis decurio. Marci 15. 42. 43. Syr. *honorabilis Senator.* Cajet. *honestus Consul.* Franc. Lucas ex Græco: *vir plenus gravitatis, & dignitatis, Consiliarius.* Arimathæa celsitudinem significat. Refert. S. Hier. in c. 17. Math. quidam putant, de ipso primum Psalmum esse compositum: *beatus vir, qui*

non abiit in consilio impiorum. S. Epiphanius. or. de Jesu sepultura: fasciæ ipsius ortum susceperunt. Et hic quoque fasciæ, quibus involveretur, non desuere; myrrham suscepit natus; myrrham rursus & aloë suscepit in sepulturam illatus. Ibi adfuit Joseph Mariae maritus; hic etiam Joseph ab Arimathæa desideratus non fuit. Partus in Bethlehem editus, in præsepio depositus est; in sepulchro itidem, ac in quodam præsepio, collocatus Christus est. Non ignobilis quisquam, aut ignotus erat; sed ex consilio unus, atque insignis. Unde fortitudo ejus maxima admiranda est, cum propter amorem Jesu periculum mortis suscepit, & univerforum se odio tradiderit. S. Chrysof. hom. 89. in Math. Sylv. in Jo. 19. Marci 15. c. 21. Sepultura.

Unde ememus panes. Jo. 6. 5. Cur Philippum signanter interrogat? quia illius vox est Jo. 14. 8. *sufficit nobis:* ille enim præclarus regis Consiliarius, est, qui novit aliquando dicere, *sufficit;* qui plura habendi desiderio non tenetur. Bæzat. 2. l. 11. c. 2. §. 16.

Consilium in hoc do. 2. Cor. 8. 10. id ipsum sæpius asserit. Cur Paulus toties audet se Consiliarium dicere? Philipp. 4. 11. *ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.* S. Ambros. l. 2. offic. c. 17. ideo boni vir consilij dicit, *ego autem didici &c.* Sciebat enim, omnium malorum radicem esse avaritiam; & ideo suo contentus erat, alienum non requirebat. Id. ib.

Alphonfus Rex dicebat: optimos Consiliarios esse mortuos; libros scilicet designans: à quibus sine metu, sine gratiâ, quæ nos se cuperet, fideliter audiret. Anton. Panormitanus l. 2. de dict. & fact. Alphonfi.

Ferdinandus secundus, dum de gravioribus negotijs consultandum esset, Consiliarios monuit; consilia sua ità tractarent, ut è re communi essent; ac rationem de ijs aliquando coram tribunali supremi judicis reddere possint. Lamormain in idea princip. Christ.

Num. III.

Consiliarij mali.

Misit serpens ex ore suo. Apoc. 12. 15. Os diaboli, est os mali Consiliarij. S. Bonav. l. 2. fer. 4. Pent.

Unus malus consiliarius, plus quam decem piratæ sunt; dicebat Anonymus Philosoph. Vilnens.



TITULUS XXX. CONSTANTIA.

§. I.

Figura, Symbola, Allegorie.

Num. I.

Indicata per Vesperum.

FActum est vespere, & manè dies unus. Gen. 1. 5. Matutinum tempus antecedit vespertinum, videtur ergo potius dicendum: factum est manè, & vespere. Stephan. Cantuar. in allegor. Tillmanni. bene post vespertinum sequitur manè: quia vesper significat perfectionem operis, manè autem inchoationem. Licet sis in virtutis perfectione, tamen sic te habeas, ac si tunc inchoares. S. Leo f. de jejuniis: quantumlibet quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quò probatur, & perfectior, esse possit. Sylv. in Luc. 18. c. 31.

Cur primam diem describens, à vespere incipit ad manè; cum diversum ordinem servet natura? dies enim non à vespere, sed à manè sumit exordium. Cur ergo sacer textus inverit ordinem? incipiens ab occasu lucis, & non ab ortu? Respondet Stephanus Cant. citatus modò: bene post vespertinum sequitur manè; quia vesper significat perfectionem, manè inchoationem: Unde

Cum consummaveris homo, tunc incipit. de Castillo Illat. 114. Quid hoc? quòd dicitur vespere est finis jam consummati, imò ordinati, operis; manè autem incipientis, vel potius ordinandi operis. Sanct. Anselm. in Elucidario

Colligebat Ruth in agro à manè usque ad vespertinam. Ruth. 2. 7. 17. quoniam usque ad finem vitæ actio iusta non debet excludi. Sim. de Cassil. 6. c. 6.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, usque ad vespertinam. Psalm. 103. 23. id est, perseverabit in opere. S. Bonavent. hic.

Manè semina semen tuum, & vespere nè cesset manus tua. Ecclæ. 11. 6. Olympiodorus sic exponit: virtutem aggressus, persevera usque ad finem.

Num. II.

Per Palmam.

Sicut palma multiplicabis dies. Job. 29. 18. *Fustus ut palma florebit.* Pl. 91. 13. *Statura tua assimilata est palma.* Cant. 7. 7. S. Ambr. l. 3. hexam. c. ultimò: palma virens semper manet conservatione, & diuturnitate, non immutatione filiorum: nam quæ primò germinaverit folia, ea, sine ullà substitutionis successione, conservat.

Palma in novissimis suis pulchra est. Ut initium ejus è terra educas, finem ipsius in cacumine, ubi habet totam pulchritudinem, vide. Aspera radix videtur in terra, pulchra coma sub coe-

lo est. Erit ergo & tua pulchritudo in fine. S. Aug. in Pl. 91.

Per palmam significatur victoria: palma enim victores coronabantur. Per palmam significatur perseverantia: palma enim diutissime perseverat. S. Bonav. l. 4. D. Palm.

Num. III.

Per fimbriam.

Omnis gloria filiae regis ab intus in fimbriis aureis. Pl. 44. 14. Fimbriae, finales vestimenti partes sunt; quæ idcirco in sponsa Christi decore laudantur: quia nulla est virtutum gloria, si lucere ante vitæ consummationem desistat. S. Greg. M. l. 6. in 1. Reg. 15. Fimbriae sunt finitima vestium; per quas hominum vita significatur extrema. Hac non deaurata, ut supra, sed nunc illi esse aurea proficitur: quia in fine tota perfectio est; ubi charitas, non tanquam deaurata? conspicitur, sed jam plenissima, tanquam aurea reperitur. Cassiod. hic. Per fimbriam, quæ est finis vestis; significatur finis vitæ hominis; non ex capite aureo, id est, non ex initio vitæ bonæ, gloriandum est; sed potius semper vitandum. Et debet homo se accusare, & iudicare, usquequò perveniat ad fimbriam. Et cum invenerit eam esse auream, tunc gloriabitur in æternum: Quod bene notatur in serie hujus versus, cum dicitur: *omnis gloria filiae regis in fimbriis aureis.* q. d. licet amicta sit varietatibus virtutum, & donorum; non tamen in his gloriatur, sed in fimbriis aureis, id est, operibus finaliter bonis. Hugo Card. hic.

Tetigit fimbriam vestimenti ejus. Matth. 9. 20. id est, si in fine ei similis inventa fuero. Hugo Card. hic. Per hanc fimbriam intelligunt Greg., Bern., Beda, perseverantiam. Ipsa perseverantia est omnium virtutum, & honorum, ultimum fundamentum. Sim. de Cassil. l. 5. cap. 34.

Num. IV.

Per stare.

Ipsi autem stabant erectis pedibus. 2. Paral. 3. 13. Stabant erectis pedibus Cherubim: quia à via virtutis, in qua, mox ut conditi, sunt positi; nunquam aberraverunt. V. Beda lib. de templ. Salom. c. 13.

Dixit, ut disperderet eos, si non Moyses electus ejus steterisset in contractione, in conspectu ejus. Pl. 105. 23. id est, si non tantà constantià orasset. Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

Homini quidem stare; persistere est in vigore animi, & observatione propositi. S. Bern. de verb. Il. ferm. 5.

§. II.

§. II.

Constantie varia alia Symbola.

Ex Veteri.

Igitur perfecti sunt caeli. Gen. 2. 1. *Complevitq. Deus die septimo &c. v. 2. Dei perfecta sunt opera.* Deut. 32. 4. nihil imperfectum relinquit; inchoat, & demum perficit. Utinam ad exemplum Creatoris, bona opera, quae aggredimur, ad exitum perducamus. Fernand. hic lect. 1.

Tulit Dominus Deus hominem - ut operaretur, & custodiret illum. Gen. 2. 15. Duplex munus homini à Deo injungitur; ut operetur in paradiso, & ut illum custodiat. Operari, est terram colere, & ex agricultura victum conquirere. Custodire, est parata servare, ne pereant. S. Ambr. l. de parad. c. 4. non idem est operari, & custodire: in opere enim quidam processus virtutis est; in custodia quadam consummatio operis, & quod consummata custodiat. Piiana in Eccl. c. 6. Ethol. 78.

Fecitq. ei tunicam polymitam. Gen. 37. 7. In casum bonum agitur, si ante terminum vitae deseratur: quia frustra velociter currit, qui, priusquam ad metam veniat, deficit. Hinc Joseph, qui inter fratres usque in finem iustus, perseverans describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Hinc est, quod Ex. 29. 22. per Moysen caudam hostiae in altari offerri praecipitur: ut videlicet omne bonum, quod incipimus, etiam perseverantia sine compleamus. S. Gregor. mor. l. 1. c. 20. Joseph inter reliquos fratres tunicam talarem habuisse describitur. Tunica quippe usque ad talum, est opus bonum usque ad consummationem. Sanct. Eligius Epist. hom. 1. 1.

Sin autem paululum remissus, superabat Amalec. Ex. 17. 11. Nec vincere adversarium potuit, nisi postquam stabilis in signo allevatis jugiter manibus perseveravit. S. Cypr. de exhort. MM. c. 8.

Si emeris servum, sex annis serviet tibi; in septimo egredietur servus liber gratis. Ex. 21. 2. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat. S. Greg. hom. 3. in Ezech. *cum tali veste &c.* quia omnino necesse est, ut unusquisque nostrum, in hoc, quod incipit, perseveret; atque usque ad finem operis in ea, quam inchoavit, intentione perduret.

Faciesq. supra coronam auream per circuitum. Ex. 25. 11. Representabat Arca, tabulas Testamenti continens, perfectissimos Legis observatores; qui ad unguem omnia mandata Dei servarunt. Undique victrix erat, quae perpetuo victores referebat; non tamen undique, non in imo, non ad latera; sed *supra*, in summitate coronatur. Quia, ut bene Galfridus: corona in summitate posita designat, quod finis in pugna coronat. Hinc Infernus hostis tam ardentem fini faciando, nobisque dependendo, inhiat. Percussus tot plagis Pharae jam missionem populo concedebat; dummodo sibi greges retineret. Ad quem Moyses Ex. 10. 26. *cuncti greges pergunt nobiscum; nec remanebit ex eis ungula.* Ad efficaciam resistentiae usitatus dixit.

fet. non remanebit ex eis pilus. Moyses tamen, qui in Pharaone daemonem agnoscebat, & sub gregibus Fidelium congregationes, sapientius unguam denegavit. Cur ita? Stephanus Cantuar. hic: *non remanebit unguis*, id est, extremitas: quia diabolus semper insidiatur calcaneo, id est, fini hominis. Ramirez in ep. 2. ad Smyrn. Apoc. 2. v. 10.

Induebat Sacerdos talarem. Ex. 28. 17. Significans, quod debeat induere perseverantiam. S. Innoc. P. 3. de sacro alt. myster. l. 1. c. 16. Tunica hyacinthina usque ad pedes vestiri; est bonis operibus usque ad finem vitae insistere; praecipiente, ac pronittente Domino Apoc. 2. 10. *esto fidelis usq. ad mortem &c.* V. Beda l. 3. de Tabernaculo c. 6.

Olim in foederibus adhibitus Sal. Num. 18. 19. 2. Paral. 13. 5. Levit. 2. 13. Nam sal, cum praestet incorruptibilitatem, signum est incorruptae, & constantis, amicitiae; ut docent Lyr. Abul. Oleaster. Deus reconcilians sibi genus humanum, in Mundum misit Apostolos, tanquam sal; in Symbolum pacis, & foederis incorrupti. Sylv. in Marth. 5. q. 5.

Quidquid obtuleris sacrificij, sale condies. Levit. 2. 13. Sale significatur aeterna durabilitas. Sal ergo est symbolum tum aeternitatis Dei, quam per salem protestabantur offerentes victimas salitas; tum integritatis, & incorruptionis animae; & corporis, quam Deus in offerente exigit. Ea de causa olim hospitibus ante alios cibos apponebatur sal: ut scilicet sale significaretur amicitiae firmitas, ac perseverantia. Quare multi gentiles oinosum habebant, si sal in mensa profundi contigisset: quasi per hoc amicitiae everso portendebatur; ut Pierius in hieroglyph. salis. Corn. hic.

Tunc surrexit. Job. 1. 20. In verbo surgendi notatur firmitatis stabilitas. Hugo Card. hic.

Spiritus ejus ornavit caelos. Job. 26. 13. Coelum eris, & decoraberis à spiritu; si incorruptibilitatem habueris. Nec laeditur, nec lassatur coelum; quidquid in illud incidit; perstat incorruptum. Oliva l. 3. Strom. hic. Cur non prata, in quibus ubertas tanta, & tantus decor? Isaac certo de Jacob loquens, & Christum praesignans, dicebat Gen. 27. 27. *odor filii mei, sicut odor agri pleni.* Et ipse de se sponsum; Cant. 2. 1. *ego flos campi.* Rursus steriles caeli sunt; agri fecundi. Prata modò florent, modò aere. Ubi rosas, crocum, frumenta, & lilia, miraris; brevi sentes, regulos, & aspides, videbis. Tente caelo virent; rigente hyeme aequalent. At caelum, ut fultit primum, semper emicat. Deus animas, licet ad pietatem pronas, molliores, lacrymis, & suspiriis calentes, non raro fallit: eam solum ob causam, quod non duraturus in ardore noscit. Contra duros interdum diligit: quia duraturos novit. Oliva l. 9. Strom. hic.

Custodivi vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo. Ps. 17. 22. mox subdit: *& ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea.* v. 26. q. d. dixi de praeterito, *custodivi*; nunc autem dico, quod perseverabo. Did. Niff. Vit. Abrah. l. 1. c. 7.

Laten.

Latentur insule multe. Pf. 96. 1. Pulchrè animas, quæ, licet tentationibus agitata, stabilitatem, & firmitatem recinent, insulas appellavit, quas undique circumdat quædam malitiæ salugo; sed tantum allapsu non potest, ut aëtu aliquò virtutis constantiam labefactet. S. Gregor. Niis. tr. 2. de inscript. psalms. c. 9. Insula in medio maris. Lem. *Immobilis in mobili.*

Terra autem in æternum stat. Eccl. 1. 4. Olympiodorus censet: terram hic induci; ut quasi testis, imò magistra, homine stabiliior, & sapientior, redarguat hominum vanitatem. & inconstantiam. Accedit Hugo à S. Victore: quid est, quòd terra stat? perseverat in eo, quod facta est; servat naturam suam; conditionem suam non deseruit. Quod accepit, hoc retinet incorruptum. Quare igitur tu non stetit in eo, quod factus es super terram? Et rursum: auscultata homo, & erubescit: terra stat; & tu stare non potes? Hinc collige, vanos esse homines, qui vano, & corruptibili Mundo incubant; utpote qui omnes eorum labores absument: proinde ac stolidi columba non habet cor. Os. 7. 11. quæ, cum videat, ova, & pullos suos, ex nido temper auferri, quotidie tamen in novis ibidem ponendis laborat. Corn. hic.

Tigna domorum nostrarum cearina. Cant. 1. 16. Cur hic tantum laudat supremas partes? cur non fundamentum portarum? &c. quia non est dignus laude, qui coepit edificare, & non potuit consummare. de Ponte hic Exh. 18.

Ferculum, fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Cant. 3. 9. id est, ut Sept. interpretantur, *de cedris*; idque præ aliis arboribus, ob incorruptibilitatem. Gilbert. f. 17. in Cant. de S. Paulo: quid impudibilis illò, quem nulla potuit adversitas separare à charitate Dei? Rom. 8. 35. Momentaneæ virtutes, & quæ ad horam subsistunt, mihi videntur non tam ligna, quam olèra, quæ citò decidunt. Ramirez in ep. 2. v. 10.

Surge aquilo, & veni auster, perfla horarum cum. Cant. 4. 16. q. d. nolo spires Aquilo; at tu blande auster veni, & lude cum floribus, tenerisque plantulis, tuo afflatu exagita. Cur hortò suò aquilonem arcet? invitat austrum? Aristoteles: aquilo ut magnus incipit, ita parvus desinit. Auster verò contra, ut parvus incipit, ita magnus desinit. Quòd ergo sponta aquilonem facessere, austrum verò advenire cupit, tale est: q. d. in hac vita parum referre, quòd quis cum magno animo opus virtutis inchoet, si languide finiat. E contra verò nihil obest, remissè, ac debiliter, inchoasse; dum constanter, ac fortiter absolvas. Nihil est, quod invidere in hac vita cuiquam possis, præter unam bonæ mortis horam. Nimirum in fine cantatur gloria. Sit ergo, qui volet, Salomon; ego fortunatus malum esse larro. Did. Niis. de conversi. boni lar. §. 1.

Videamus, si floruit vinea; si flores fructus parvuriunt. Cant. 7. 12. Florent vineæ, cum mentes Fidelium bona opera proponunt; sed fructus non parvuriunt, si ab eo, quod proposuerunt, aliquibus terroribus infirmantur. Non er-

go intuentum est, si vinea floreat; sed si flores ad partem fructuum convalescant: quia mirum non est, si quis bona inchoet; sed valde mirabile, si intentione rectâ in bono opere perduret. V. Beda in exposit. Job. l. 33.

Omnia pomæ, novæ, & vetera. Cant. 7. 13. Animæ nostræ horti sunt, & pomariæ; in quibus Christus earum sponfus obambulare cupit. Quò autem majorem inde voluptatem percipiat, fructus in ijs honorum operum novi, & veteres, sint oportet: Si enim olim, heri, & nudius tertius; imò & hodie, aliquod opus bonum fecimus, hoc jam vetus est, & exolevit quodammodo; sed cras, & perendie & in posterum semper nova alia producenda sunt. Beslaus D. 2. Adv.

Quasi lapidis virtus probatio erit in illis. Eccl. 6. 22. Quadrati lapidis similis debet esse Christianus: in omni tribulatione non cadit, etsi impellitur. Et si quæ vertitur, nunquam cadit: Stantem te sic inveniat omnis casualis. S. Aug. in Pf. 86.

Spiritus vitæ erat in rosis. Ezech. 1. 20. id est, teste Hier. Spiritus Sanctus. Quid in rosis vidit, ob quod in eis suæ specialis præsentia solum statueret? non *revertebantur, cum ambularent.* v. 17. per quod jugis perseverantia exprimitur. Ostendit Spiritus Sanctus his, qui in bono jugiter perseverant, suram operè delectari, de Castilo. Illar. 64.

Signa Thau supra frontes. Ezech. 9. 4. Græcis, & Latinis, Thau erat symbolum vitæ, Theta mortis; imò iudices notabant damnatos literâ Theta, liberandos Thau. Symbolicè: Thau est ultima litera Hebræorum (per quod finem Græci significant) & significat Christum: qui pro nobis factus est *virorum novissimus* in cruce. Il. 53. 3. Multi psalmi inscribuntur *Vincens*; quod Sept. vertunt, *in finem*. Significat etiam limitem; & consummationem: significatque perfectos in charitate & consummatis in virtute. Corn. hic.

Ex Novo.

Ubiunque predicatum fuerit hoc Evangelium &c. Matth. 26. 13. Cur huic unctio in Bethania promittitur prædicatio in toto Mundo, non verò prima. Luc. 7. 38. Orig. hom. 35. Si volumus ut & de nobis dicatur, quod facimus in Jesu, effundentes pretiosum unguentum super caput ipsius; proficiamus, ab unctio pedum ejus, ad effundendum pretiosum unguentum super caput ejus. Ità ille. Merito non in prima Magdalene conversione, & virtutum incunabulis, id promittitur; sed quando perfectior sublimioribus virtutibus verticem Domini ungit. Sylv. hic. q. 14.

Lucernæ ardent. s. in manibus vestris. Luc. 12. 35. Baptizatis accensus cereus datur. Parum refert, si multum vitæ spaciū consecimus. Videndum, an candela timoris Dei nobiscum sit, & ad finem usque vitæ nos comitetur. Hoc est: *serva timorem illius, & in illo veterasce.* Eccl. 2. 6. P. Octavianus hic.

Erant

Erant lapideæ hyarta sex posita. Jo. 2. 6. S. Bern. f. 12. ex parvis: *lapideæ*, dicuntur propter fortitudinem; nè facile frangantur, & affundatur liquor gratiæ, qui in eis continetur.

Videtur duos angelos in albis sedentes unum ad caput, & unum ad pedes. Joan. 20. 12. Cur non uterque ad latus? sed unus ad caput, & alter ad pedes? Galfridus hic: meritò duos vidisse angelos, unum ad caput, alterum ad pedes, perhibetur: nam & ad pedes Domini unguentum fuderat, & ad caput. Et ad pedes aliquantum fleverat, & nunc flebat ad caput. Fleverat prius sui confusione; sed nunc flebat Domini- cam passionem. Meritò viderat duos angelos, quæ sola ad monumentum stans duos Discipulos vicit. Meritò unum ad caput, & unum ad pedes vidit; quæ in eo, quod pie cepit, pie perstitit, & permansit. Quasi dicant angeli: perseverasti Maria, rectum virtutis ordinem tenens, principium ad pedes Christi, oleum, & lacrymas, fundens, posuisti: non destitisti, donec caput Domini unguens, ipsumque nobilioris originis lacrymis irrigans; ad finem pii operis pervenisti. Non potest hæc perseverantia non consequi, quod desideras: ecce ad locum capitis, & pedum, hilares, & devoti, confidemus: quasi adhuc unguentis illius tui, quod olim illis infuderat, odore recreati; perseverantiam, quam adhuc constanter retines, dum sedula inquiris, commendantes. Ramirez in ep. 2. v. 10.

Petra autem erat Christus. 1. Cor. 10. 4. Quia Petra dicitur Christus, eam nobis id nomen asseret utilitatem; ut rectam vivendi rationem firmam, ac stabilem, teneamus; & in rebus adversis fortiter perseverantes constantes simus; adversusque peccati impetum omnem strenuos, atque invictos omnes præstemus. Ex his enim rebus, & aliis hujusmodi, nos item erimus petra, in natura fragili firmum, & immutabile, Domini robur pro viribus imitantes. S. Gregor. Nyss. de perfect. Christiani.

Pedes ejus similes auribaleo. Apoc. 1. 15. V. Beda, Ambros. Anselm. pedes Christi sunt Fideles, qui vivent in fine Mundi tempore Anti-Christi; durabuntque in igne perfectionis, quasi in camio, fortes, & constantes. Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Vides coelum hoc? quam pulchrum, quam amplum, quam magnificum sit; quantum edurare poterit temporis. Jam enim quinque millia annorum, atque etiam plus, servatur, & constat; nec tamen longò temporis spatio effectum est, ut senescat; sed ad corporis modum, adolescentis robusti floret, vigetque atate: & quam principio sortitum est pulchritudinem, eandem integerrimam servat; nulla ex parte factum deterius tantò spatio temporis. S. Chrys. hom. 2. de incompreh. natura Dei.

Quadratus lapis sex equalia habet latera; in quod horum ceciderit, firmiter jacebit. Sic providendum est viro justo, ut in suo persistat proposito. Hujus autem latera sex hæc sunt: pro-

Polyanth. Sacr. Tom. I.

peritas, ad veritas, sui libertas, subjectio, in secreto esse, & in publico: in quibus singulis si a diabolo impulsus, stet; nec à proposito moveatur. S. Anselm. lib. de similit. c. 173.

Perseverantia assimilatur Lauro I. ob viriditatem: quia suo virore, nec hyeme, nec aestate, spoliatur. Sic perseverat homo in bono; ut nec hyeme adversitatis, nec æstate prosperitatis, virorem virtutis amittat. II. Ratione dignitatis: laurus enim dicitur à laude; eò quòd eius ramis, & folijs, cum laudibus victorum capita olim coronabantur, ut dicit Iidorus. Sic sola perseverantia est, quæ laudem, & coronam, meretur. Geminiani de similit. l. 3. c. 61.

Constantiam præci pingebant in rupe stantem allisis marinis fluctibus, cum Lem. *Eadem semper.*

Obeliscus, cui alæ agglutinæ. Lem. *Immobile.* Andrea Sfortia Marchionis Palavicini; qui proposuerat, vel si alas ipsi adderes, à constantia sua nunquam dimoveri.

Sol Lem. *Hinc non recedam. Semper idem sub eodem.* Seneca ep. 31. Proficite; & ante omnia hoc cura, ut constes tibi. Quoties experiri voles, an aliquid actum sit, observa, an eadem velis hodie, quæ heri.

Stella fixa. Lem: *Omnis expers motus.*

Columna. Lem: *Tantum volvitur umbra.*

Amarantus. Lem: *Nec gelu, nec aestu.*

Adamas. Lem. *Nec mollior, nec fraggor.* Picinelli.

§. III.

Constantie Motiva.

Motiv. I.

Beati constantes.

Benedictus in filius Aser &c. Sicut dies juvenutis tuæ, ita & senectus tua. Deut. 33 24. 25. Aser Hebr. *beatitudo*. Ad senectutem utque imperturbatus incedit, qui beatitudinem consequi vult. P. Octavian. in Eccl. c. 11. v. 21.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Ps. 1 1. Non dixit, qui non abii, sed *abii*: non enim ille, qui in vita est, beatus est prædicandus ob exitum incertum, sed quodcumque opus absolvit, vitamque sine certò clausuræ. S. Basil hic.

Quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine maculâ, & operatur justitiam. Ps. 14. 1. 2. S. Basil. hom. 3. hic: attende exactam dictionis vim. Non dixit, qui ambulavit, sed qui *ambulat*; non qui ferit justitiam, sed qui *facit*. Non enim unus actus perficit virtutis studiosum operatorem; sed per omnem vitam prorogari, & extendi, convenit virtutis actiones; ut in bono perseveret homo usque ad finem, & salvus fiat.

Beatus ille quem invenerit ita facientem. Luc. 12. 4. Non quòd ita fecerit; sed quòd ita perseveret faciendo. c. aet. hic.

Yy

Motiv.

Mot. II.

*Sola Constantia laudatur.**Et vidit Dens, quod esset bonum.*

Gen. 1. 12. Itā dicitur post singula creationis opera; sed post creationem hominis omittitur. Cur? S. Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. c. 24. quia homo nondum erat perfectus: nondum enim erat in paradiso constitutus. 2. quia præciebat eum peccaturum. Corn. hic.

Tunc cecinit Moyses. Ex. 15. 1. quando & ipse, & populus, in litore jam liberi extiterunt; non autem, quando erant in mari: ut intelligamus, quia, quamdiu in hujus vitæ fluctibus navigamus, canere omnino non debemus; donec in firmitate litoris simus, hoc est, æternā vitā perfruamur. Jo. Cluniac.

Sapientia foris predicat. Prov. 1. 20. Pro predicat, Hebr. est *jubilat*, Sept. *hymnizat*: id est, canit, & laudat; vel passivè hymnizatur, canitur, laudatur. Idem Sept. pro *foris*, habent *in exitibus*. Hinc Salvian. l. 4. ad Eccl. Cathol. Sapientia in exitu canitur; cur non dicit, cani in pueritiā, non in juventute, non in statu rerum incolumium, non in prosperitatibus secundorum? Scilicet quia in his omnibus, quidquid laudatur, incertum est: quamdiu enim quis subjacet mutationi, non potest cum securitate laudari. Corn. hic. Gloria Patri in fine. Virtus boni operis perseverantia est S. Greg. hom. 25. in Evang.

Non queruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus malè cœpit, sed bene finivit. Judæ laudantur exordia, sed suis prodicione damnatur. S. Hier. ep. 10. ad Fur. de viduit. servanda.

Non tam initia sunt in bonis studiis laudanda, quam finis. Id. in ep. ad Gal. c. 4. Sicut enim in vinea multi usque ad prælium uvæ gradus sunt; & primū necesse est, ut vitis gemmet in pampinis, spem promittat in floribus, dehinc ut flore decussō, futuri botri species deformatur, paulatimq; turgescens uva parturiat; ut pressa torcularibus, dulcia multa detudet. Itā & in doctrina singuli beatitudinum sunt profectus: ut audiat quis verbum Dei, ut concipiat, ut in utero animæ ejus adolescat, & ad partum usque perveniat: ut, cum pepererit illum, lacte enutriet; & per infantiam, pueritiā, adolescentiam, juventutem, ad perfectum virum usque deducat. Idem ib.

Tolle perseverantiam; nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. S. Bern. ep. 119.

Lauda navigantis felicitatem; sed cum venerit ad portum. Sanct. Bern. l. de Pass. Dom. cap. 14.

Signum sapientiæ est, perseveranter comple- re. Nam non reputaretur sapiens, qui tempore Indulgentiarum iret Romam cum magno labore, & periculis pro Indulgentiis lucrands; & quando esset juxta portam Romæ, rediret absque hoc, quod non viderit Sanctuaria; nec intraret Romam; cum tot expensas fecerit, & nullam Indulgentiam lucratus fuerit: quia non dantur nisi intrantibus. S. Vinc. Ferr. de S. Thoma Aquin.

Mot. III.

Sola Constantia coronatur.

illò verò retrahente manum egressus est alter. Gen. 38. 29. Qui partim egressus, premiò caruit, quia iterum retractus; qui verò prodiit totus, præcessit, quantumvis initio victus: quia corona non debebatur incipienti, sed orto. Zara misit manum, sed lassatus cessit gloria; & retractam dexteram dicavit ignaviæ; non gloriare de felicitate, antequam pervenias ad metam. Ille meretur laudem, qui virtutis cursum per- cecit, non qui alacriter cœpit. Foris non vocatur, qui ipsa scaturigine sepelitur; necesse est undas in processu augere, si fluvij nomen fons exambit. Naxera in Jol. 14. §. 40.

Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum Testimonij. Ex. 40. 31. 32. Constantia laude digna & à Deo benedicta. de Castillo. Ill. 214. Similiter factum est, 3. Reg. 9. 1. cum perfecisset Salomon ædificium. Cur gloria Domini non implet tabernaculum, cum inchoatur? Vel cur Salomoni non apparet, cum opus tantis impensis struitur? Ostendit Dominus, quantum ei placeat boni operis consummatio; ut sine eâ non censetur opus dignum divinâ præsentia. Sylv. in Apoc. 3. v. 5.

Adverte, Matth. 20. 8. operarios usque ad vesperam in opere perseverasse; sed mercedem recepisse: perseverantiam commendat parabola. Barrad. D. Sept.

Jam triduo sustinent me. Marci 8. 2. S. Ambr. l. 6. in Luc. gratiæ celestis Christus impartitur alimentum; sed, quibus impartitur, adverte. Non otiosus, non in civitate, quasi in Synagoga, vel sæculi dignitate, residentibus, sed inter deserta Christum querentibus. Barrad. t. 2. l. 10. c. 11. hic.

Vos estis, qui permanistis mecum - & ego dispono vobis. Luc. 22. 28. 29.

Cæsareæ Philippi mulier illa fuit, quæ sanguinis fluxu laborans à Christo sanata. Hæc præ foribus domus suæ ad fontem quandam sub dio duas ex ære fuso erexit statuas; quarum altera mulieris ipsius genibus flexis; altera ex adverso collocata viri statu, dexteram mulieri porrigere visa. Ad hujus pedes ex basi herba quædam enascebatur nova, & specie cunctis medicis ignota: quæ, cum ad æræ illius diploidis simbriam excrevisset, eamque summò vertice tetigisset, præsentissimas inde accipiebat vires, ad omnis generis ægritudines pellendas: nihil tamen virium gerens, si, antequam æræ simbriæ summitatem crescendo attingisset, decerperetur. Nierenb. l. de mir. nat. terræ promissa c. 16.

Motiv. IV.

Constantia DEO grata.

Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet. 1. Reg. 2. 35. Cur de Samuele jam ministrante Domino non dicitur, qui facit, sed qui faceret? Deus aded duraturæ robur sanctimoniam amplexatur, ut præ ea minus æstimet florescentem. Oliva l. 4. Stram. §. Et anima mea illi viveret.

Erit

Erit sicut lignum &c. Ps. 1. 3. Et cur non adulta jam poma memoras? an fructus non ediderat lignum tam fertile? absit. Exundant semper in iusto poma. Verum plus Dominus perseverantia futura, quam exuberantia florentis virtutis, oblectatur, mavultque laudare in eo non casurum folium, quam maturum, sapidumque jam pomum. Id. ib.

Et anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi. Ps. 21. 31. Cur non ais, anima mea illi vivit? Quod Dominus gratiorem sibi testetur quodammodo esse futuram perfectionem nostram, quam presentis temporis: Adeo oblectatur corde de perseverantia futura generose moliente; ut praeter ea, quam paritur virtutem; poene negligat, quam peperit. Id. ib.

Iustus ut palma florebit. Ps. 91. 13. Si iustus iam est, cur non dicitur iam florere ut palma? Gratio est, quod flores editurus praeciatur, quam quod florere spectetur. Ideo non juvenutis fervor, qui eniter maxime, sed senectutis laudatur ubertas. Id. ib.

Mane surgamus ad vineas; & videamus, si floruit vinea. Cant. 7. 12. Hoc enim sponso gratissimum; si mentem spectet grandia mollientem. Sicut Paulus fecit: Philipp. 3. 13. qui praeteritorum facinorum oblitus, in anteriora se extendebat: seipso major fieri quotidie satagens. Hanc puto ob causam, Davidem maluisse futuras designare gemmas Iustorum, quam decora jam matura delibare: *erit sicut lignum &c.* Id. ib.

Sedebit. Eccl. 3. 28. Si levavit super se, quomodo iam non solitarii sedet, & silet? Quod si sedet, cur Jeremias ait, sedebit? Maluit futuram, quam presentem commendare, cordis tranquillitatem: quod sciret, & majoris esse pretii, & Deo longè gratiorem. Id. ib.

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Matth. 13. 31. non quod in arbore jam excrevit, sed quod granum est. Charior est proceritas eruptura, quam quae iam erupit. Id. ib.

Motivum V.

Exempla

D E U S.

Non est Deus quasi homo, ut mentietur; nec filius hominis, ut mutetur. Num. 28. 19.

Audi Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est. Deut. 6. 4. Et tu ergo, ad similitudinem Domini; unus esto, atque idem. Non hodie sobrius, eras ebriofus; hodie pacificus, crastina die litigiosus; hodie frugi, crastina die incontiens. Sancti Ambrosii ep. 1. ad Iulium.

Incipiam, & complebo. 1. Reg. 3. 12. id est, non solum diligens ero in inchoando, sed etiam constans in perficiendo. Mendoza hic.

Ego hodie genui te. Ps. 2. 7. Dicendo hodie, coaeternitatem suae majestatis ostendit: hodie enim apud Deum nullò initio incipit, nullò fine concluditur: non est enim ibi, fuit, neque erit; sed semper manet, semper est. Ex. 3. 14. *qui est, misit me ad vos.* Cassiod. hic.

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

Ego Dominus, & non mutor. Malach. 3. 6. Fructus, constantia in propositis bonis. Quantilla res nos labefaciat, & dejicit; mala fortietas, lectio, intemperantia &c. Lessius de perfidiv. Immutabilis.

Christus Dominus.

Formavit Dominus Deus hominem de limo terrae. Gen. 2. 7. Terra fuit Christus in passione. Terra non movetur; & ipse Christus non est motus, quando dixerunt ei: *si filius Dei es, descende.* Hugo Card. hic.

Dominus ascendit super nubem levem. II. 19. 1. De primo adventu Christi intelligit S. Cyrill. Hier. Athanas. respondet finis principio; non dimisit bonum in fine, quod in principio apprehendit. *Et nubes suscepit eum.* Act. 1. 9. à nube virginis in nubem venit, ac per nubem ascendit. Theophyl. Matth. 24. 29. de ultimo iudicii die: *sol obscur. videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli.* Sylvest. in Act. 1.

Descendat de cruce. Matth. 27. 42. O superbi Judaei! non attendentes, quoniam majoris virtutis est, patienter in tormentis usque ad finem perseverare, quam de cruce descendere, & ab infirmitate carnis miserabiliter superari. Si enim nullus salvabitur, nisi qui perseverabit usque in finem; quomodo Christus Iesus nomine; & re, salus diceretur, si in cruce patienter usque in finem non perseverasset? S. Bonav. f. 1. D. infra Oct. Nat. D.

Antequam Abraham fieret, ego sum. Jo. 8. 58. ab aeterno scilicet. De Abraham dicit, *fieret*, quia creatura; de se, *sum*: quia est, qui est. Ex. 3. 14. S. Aug. tr. 43. intellige, *fieret*, ad humanam facturam; *sum* verò ad divinam pertinere substantiam. Dicendum videtur, ego eram: Deo enim nec est praeteritum, nec futurum. O si per constantiam in bono semper dicere possis, ego sum, bonus, qui fui, & ero. Sylv. in Jo. 8. v. 58.

Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Jesum. Hebr. 12. 2. Parum prodest cepisse, nisi inceptum consummetur. Diez. Sabb. post D. 4. Quadr.

Aliorum Exempla.

Ex Veteri.

Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostra usque in praesens. Gen. 46. 34. *hac autem dicens; ut habitare possit in terra Gessen.* Abul. hoc dicebat Joseph; ne rex eos faceret bellatores, & disjungeret sciendo tota vita hoc officium tenuisse: quia iudicaret eos inhabiles ad aliud aliquid. Nemo senex facile discit artem, cui non studuit puer. Nimitum praesumit, qui inter brachia Domini, tanquam alter quidam Moyses, cupit suaviter obdormire; cum per omnem vitam suam, Dominum enormibus sceleribus oppugnarit. Did. Nisi. Polit. Cael. p. 2. l. 4. c. 8.

Yy 2

Fuit

Fuit vir unus. 1. Reg. 1. 1. Non frustra hoc scriptum fuit: nam, ad titulum laudis Helcana respicit; qui videlicet stabilis fuit & immobilis. At contra, reprobi, non solum in personis pluribus, vel diverso errore, peccantibus, multi sunt; sed & singulus quisque eorum, ob multivolum variantis animi motum, multus est. V. Beda hic. Helcana *vir unus* appellatur: non enim in diversa vagabundus, velut instabilis, ferebatur; sed firmus, atque inconcussus, perficiens, vir unus erat. Id. in Job. Vir dicitur, quia propositio fortis est; unus, quia amore singularis. Perfectio igitur viri in procemio ponitur unitatis: ut qui saeculum potenter despicit, mentem non dividat, sed supernis inhiat, & ea tantum suspiret. S. Greg. 1. 2. hic.

Edificavit Salomon domum, & consummavit eam. 3. Reg. 6.

Sic faciebat Job cunctis diebus. Job 1. 5. Olympiod. neque interdum actiones virtutem suscipiebat, aliquando vero praetermittebat; sed justis vita adeo semper apta erat: virtutum enim, bonarumque rerum, cessatio, reditus est ad improbitatem. Did. Nisi, Pol. coel. p. 23. cap. 5. Constantia.

Surgam, & circumibo sicut asem. Cant. 3. 2. Heu misera! jam quò ibo? quaesivi in creaturis, quaesivi in sanctis; nusquam appareret: neque tamen à quaerendo desistam, donec inveniam. S. Thom. Vill. conc. in Cant.

Ex Novo,

Joannis Bapt. & aliorum.

Arundinem vento agitatum? Matth. 11. 7. Arundo vento agitata Joannes non erat, quem à statibus sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. S. Greg. hom. 6. in Matth. Non ivit ad hominem arundini similem; sed ad proceram, arborem firmissimam haerentem radicibus; quam nulli unquam turbine à justa sententia dimovere possunt. Barrad. hic.

Arundinem vento agitatum? Matth. 11. 7. Non cessit Joannes magnae opinioni, etiam jam creditus, quòd esset Christus; non cessit Herodis terrori, quin ab eo argueretur necatus: semper eodem modo se habet, quem fidei constantia fovet. Alumnus virtutis ab utero: semper ipsius servabat censuram; non imaginem ejus colebat, sed ipsam in sua veritate gerebat. Sim. de Cass. 1. 3. hic v. 7.

Ecce jam triduo sustinent me. Marci 8. 2. O felix perseverantia, quae tantam Domini gratiam consecuta! quis in bono perseverans misericordiam Dei non invenit? Perseveravit Magdalena ad tumulum Jo. 20. 1. 16. & invenit Dominum. Perseveravit Chananaea & invenit filiae remedium Matth. 15. 22. Perseveravit Sara uxor Tobiae triduo in oratione; & post mortem septem virorum nata est virum sanctissimum Tob. 6. 18. Perseveravit amicus pulcherrimus ad ostium, & panes accepit necessarios pro amico. Luc. 11. 8. Marchantius Dom. 6. Pent.

Cepit de Joanne dicere ad turbas. Luc. 7. 24. Laudat Joannem de mentis constantia.

Ethoc idè; nè plebs, quae antea audivit Joannem testimonium Christo praebentem, & jam quaestiois ejus formam audivit, *tu es, qui venturus es*, putaret Joannem inlabilem, & ex levitate ante testatum, nuncque ex ignorantia sciscitatum. Dion. Carth. hic.

Donec invenias. Luc. 15. 4. Duae parabolae quaerentis ovem, & drachmam, docent constantiam. Paoletti D. 2. Pent.

Maria autem stabat ad monumentum. Jo. 20. 11. Perseverantia est gemma virtutum, & caelestis janua regni. Stabat mulier amore astuans ad monumentum plorans; & aliis recedentibus, perseveravit lacrymis persusa in prece. Quoniam verò ab inquisitione non desistit, meruit invenire, quod quaerebat. S. Laur. Just. 1. de casto connub. c. 15.

Ad destinatum persequor. Philipp. 3. 14. Senior ille, in Vitis PP. rogatus, quid perfectionis studioso agendum esset? respondit: eum imitari debere canes venaticos! Sicut enim illi leporem velocissime, totòque conatu, persequuntur; non respectant, quae in via sunt, aut offeruntur; sed oculis, sensibus & viribus omnibus, etiam per saxa, & vepres, in leporem feruntur; nec quiescunt, donec eum ceperint: ita & virtutis studiosum circa virtutes facere debere. Cornel. hic.

S. IV.

Varia alia Constantiae Motiva.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Agar ancilla Sarai, unde venis? & quò vadis? Gen. 16. 8. Ad unum illa tantum respondit. Cur non dixit, se in Aegyptum tendere? Lipom. hic: erubuit confiteri, à domo sancti viri, probataeque dominae, ad Aegyptios rursus redire idololatrias. q. d. pudebat fateri, se à virtute ad vitia; à fide ad infidelitatem, remeare. Judicavit infamiam, ab incepto bono defiltere de Castillo Illar. 235.

Ut sint unum, sicut & nos. Jo. 17. 11. Dei Filius, qui haec, moriturus nunc, loquitur, idcirco nunc moritur, ut ad unum, id est, ad aeternitatis stabilitatem homo reformetur. S. Rupert. hic.

Sis cum volo manere. Joan. 21. 22. vult Deus, ut, qui sunt in gratia, perseverent. S. Vinc. Ferr. 1. 4. D. 8. Trinit. Qui exiit in gratia Dei dicitur Joannes. Id. 1. D. infra oct. Epiph.

Cepisse multorum est; ad culmen pervenisse, paucorum. Sanct. Hier. ep. 28. ad Lucinium.

Nemo Christianus, nisi qui ad finem usque perseveraverit. Tertull. 1. de praescript. advers. haeret.

Perseverantia, singularis filia summi Regis, virtutum finis, earumque consummatio. S. Bern. serm. de viis vitae &c.

§. V.

Sententia S. Scripturae parenetica.

UNIVERSA contraditio gentium, templi aedificationem Israelitis non poterat impedire: altera namque manu aedificabant, altera gladiis dimicabant. 2. Elfr. 4. 17. Multo minori impedimento esse debent malignantium hominum cavillationes solidis, verisque, DEI servis; quod minus incepta bona protendant. Diez conc. 2. in festo S. Matthaei.

Quaerite Dominum, & confirmamini. Pf. 104. 4. Jubet Propheta, quaerere Dominum; nec tempus designat, quo id faciamus. S. Greg. Niss. h. 7. in Eccl. quod est tempus quaerendi Dominum? breviter dico, & comprehendio: Totā vitā: in hoc enim solo studii tempus est totum studium. Did. Niss. fer 6. D. 5. Quadr.

Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare. Eccl. 9. 10. Hebr. in virtute tua; id est, totis viribus, & totō conatu, operare. Ita S. Cassius Narn. Ep. teste S. Greg. 4. dial. c. 16. paulo ante mortem à Deo audivit: Age, quod agis; operare, quod operaris: non cesset manus tua, non cesset pes tuus. Natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Corn. hic.

Esse firmus in via Domini. Eccl. 5. 12. Ex. 32. 8. quaeritur Deus Moysi de Hebraeis vitulum adorantibus: *Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis.* Ezech. 8. 16. *dorsa habentes contra templum Domini.* En tibi malorum omnium pessimum: nempe terga DEO obvertere, & inceptam pietatis viam deserere. Pinna hic. Ethol. 66.

Confide in Deo, & mare in loco tuo. Eccl. 11. 22. Hugo: in Christo, qui est locus tuus; vel certe in fide, & charitate. Significat, standum in arrepto proposito serviendi DEO; nec à virtute desilectendum: & quem semel ingressi sumus laborem, & viam patendi praeceptis Dei, ne emittamus. Octavian. hic.

Quaerite Dominum, dum inveniri potest. 11. 55. 6. In hac vita Deus est quaerendus, in hac vita invocandus. Mala incepta derelinquere,

& bona opera facere, est Deum quaerere. In bono usque in finem perseverare, est DEUM, qui est vita aeterna, invenire. S. Honorius Augustodun. ferm. in capite jejunii.

Alios salvos fecit &c. Matth. 27. 42. O superbi Judaei! non attendentes; quoniam majoris virtutis est, patienter in tormentis usque in finem perseverare, quam de Cruce descendere, & ab infirmitate carnis miserabiliter superari. Si enim nullus salvabitur, nisi qui perseveraverit usque in finem; quomodo Christus IESUS nomine, & re, salus diceretur, si in Cruce patienter usque in finem non perseverasset. S. Bonaventura ferm. 1. Dom. infra Octav. Nat. Dom.

Videte vosmet ipsos, ne perdatis, quod operati estis; sed ut mercedem plenam accipiat. 2. Jo. 8. Fervor noster, ut hedera Jonae, ideo mature crescit: ut quod festivus Jonam recreaverit amoenitate foliorum, eò durius illum ad mortem usque cruciet; in lucis ortu miserum passus occasum. Nimirum gigantes nascimur, & vivimus pufiones. Meridiem expandimus in aurora, noctem meridiei inventuri &c. Vide hic Oliv. fufius l. 4. Strom.

Bonum facientes non desiciamus. Gal. 6. 9.

§. VI.

Patrum Paraneses.

NON est molestè resistendum provocantibus, & laesentibus; sed constanter, placideque, respondendum hoc tantum: nunquam efficies, ut me dimoveas à proposito. S. Justin M. ep. ad Zenam, & Serenum, fratres.

Vetus dictum est: assuesce unus esse; ut vita tua quandam picturam exprimat; eandem servans semper imaginem, quam accepit. S. Amb. ep. 82. ante medium.

Adolescens profice: mancipatus es Christi servitio; coepisti magna agere, & excelsa imitari. *Confortetur cor tuum, & viriliter age.* Pf. 26. S. Bern. tr. de ordine vitae &c.

Quid aliud sonat, *nec dimittam illum.* Cant. 2. 4. nisi, non mutabo in diversa vultum, & intuitum mentis alio divertam ab ipso. Gilb. Abb. in Cant. l. 10.

TITULUS XXXI. CONSUEITUDO.

§. I.

Consuetudo bona.

ERIT puer Nazarus Dei ab infantia sua, & ex utero matris suae usque ad diem mortis. Judic. 13. 7.

Cur mulier affirmat perseverantiam pueri, usque ad mortem, quam Angelus non asseruit? Intellexit sapiens mulier: quod is, qui ex utero matris, & ab infantia, pietatem culturus erat; ab ea non in senectute esset recessurus: quae enim pietas cum lacte fugitur, vel in sene efflorescit. Oliva l. 10. Strom. §. vir Dei venit ad me.

Mors in olla v. DEI, & non potuerunt comedere. 4. Reg. 4. 40. Convivium lautum, ut putabat, suis Discipulis instruxit Eliseus; sed ubi amarissimas herbas gullarunt, exclamant: *Mors in olla &c.* Nec tamen quaeritur ipse Eliseus; nec irascitur coco decepto, & pro dulcibus amaras herbas apponenti. Nimirum dulcescebat ei ex usu amaritudo. Ramirez in ep. 2. v. 9.

Hac, & his similia, secundum Legem Dei puerulus observabat. Tob. 1. 8. Quid ergo mirum Tobiam humanis corporibus, hostis litandis, constantem fuisse? eum scito, puritiam inter fereira, arasque duxisse. Oliva l. 1.

Yy 3

l. 1.

l. i. Strom. §. Exurgens Maria abiit in montana.

Flores mei fructus honoris. Eccli. 24. 23. Omnes arbores prius floribus ornantur; & ipsa vitis, cui se similem Sapientia, seu Pietas, dicit. Qualis ergo hæc vitis, quæ flores suos, fructus vocat? Flos Symbolum floridæ juventutis; fructus naturæ ætatis. Quales flores, talis fructus. Pinna hic Ethol. 75.

Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Thr. 3. 27. Onus, quod non ferre voluit juvenis, ægrè portabit senex, Id. ib.

Joannes mittens duos ex discipulis, ait illi: tu es, qui venturus es? an alium expectamus? Matth. 11. 3. Joanni certissimum erat, Christum esse verum Salvatorem; discipuli verò ejus dubii erant: utque errorem suum agnoscerent, cum tali nuntio eos ablegabat; idque ex carcere: *Cum audisset in vinculis opera Christi.* Ibi illos, quis Christus sit, docere studet. Cur verò ista in carcere? S. Ambr. f. 1. de S. Jo. Bapt. mirari non debemus, quòd ab Herode missus in carcerem, clausus Christum suis Discipulis intimaret: cum clausus in utero eundem Dominum gestibus prædicavit. Tantas habet consuetudo vires. Did. Niss. fer. 3. D. 1. Quadr. §. 4.

Jugum meum suave &c. Matth. 11. 30. Juvenes initiò jugum detrectant, & ad ferendum vix adiguntur; assueti ultrò colla supponunt. Sic, licet initiò, velut taurus indomitus, pietatis jugum excutias, tandem assuetur libenter trahes. *In novissimis enim juvenes requiem in ea, & convertetur tibi in Oblectamentum.* Eccli. 6. 29. Pinna hic Ethol. 79. Si jugum Christi suave est, & onus ejus leve, quomodo ait: *Urate per angustam portam?* Matth. 7. 13. *Et regnum colorum vim patitur.* v. 12. R. Quòd unum, & idem, est angustum, laboriosum, & grave, incipienti, in perferendo, & spiritali consolationem nondum experto: quod tamen latum, jucundum, & leve est exercitato, proficienti, perfecto, & habituato in bonis. Denique mandata, & consilia, Christi, ex sua natura dulcia sunt, & levia; licet, per comparationem ad nostram fragilitatem, & pronitatem ad malum, difficulter in principio impleantur. Dion. Carth. in Matth. 11.

Intra vii secundam consuetudinem suam in Synagoga. Luc. 4. 16. Nunquam deferenda est agendorum consuetudo bonorum: firmat enim naturali quâdam potentia morem. Optimum in virtutibus, consuetudine assumptâ bonis moribus coalescere. Sæva tamen hostilitas est, consuetudine contraria roborari. Sim. Cass. l. 9. c. 10.

Mitte Lazarum &c. Luc. 16. 24. S. Chrysol. l. 122. Abraham etiam à morte hospitalis. Did. Niss. f. 3. D. 1. Quadr. §. 4.

Domine, ne statuas, &c. Act. 7. 59. Hoc in ipsâ cæde, & furore lapidantium, præstare nunquam potuisset; nisi multò antè illa animò percepisset, & in tota vita in his cogitationibus versari consuevisset. Iisd. Clarius de S. Steph.

Bona consuetudo excutere debet, quod mala influxit. S. Martinus Bracarenf. Ep. in Maximis de morib.

Lignum diu jacens in aqua, non facile, & cum magno fumo, accenditur. Imbutus diu diversis peccatis, contra volentes eum charitate accendere, fumum emittit murmurationis, puncturarum, detractionum. Summa Prædic. Consuetudo.

§. II.

Mala Consuetudo.

Symbola.

Allegorie, Similitudines.

Ex Veteri.

Disimulante illo (Loth) apprehenderunt manum ejus. Gen. 19. 16. Aquila legit: *cunctabatur.* Quantas moras nequit peccator; quem Loth cunctatione suâ adumbrat, ut ex ergastulo inolitarum consuetudinum egrediatur. Cum ad meliorem frugem admonetur; tergiversatur, cunctatur, differt meliora: ut opus habeat, manu angelicâ, imò divinâ, educi. Arcones in Is. 3. Disc. 2.

Surgite, egredimini de loco isto - & visus est eis quasi ludens loqui. Gen. 19. 14. Instantissimè conabatur Loth duos illos juvenes, generos suos, secum Sodomitæ abstrahere; sed morâ detenti, concremati fuerunt. Glossa interlin: prave consuetudinis amor eos ligaverat. O quot hodie pertinaces in orbe peccatores! qui, quia ex tot concionibus non corriguntur, Inferni ignibus comburentur. Diez. Conc. 2. in Com. M. M.

Respiciens uxor ejus post se, versa est in statuam salis. Gen. 19. 26. S. Nilus in Alce, Consuetudo, cujus illa speciem gerit, eos, qui volunt omnino recedere, ad se trahit.

Sepelire me cum Patribus meis. Gen. 49. 14. Jacob in Ægypto vitâ functus est; sed præcepit filiis, nè illum in Ægypto sepelirent. In Ægypto, ò peccator, mortuus es; noli in Ægypto sepeliri: id est, nè per consuetudinem in eo hæreas. Stella in Pl. 136.

Urgebant Ægyptii populum de terra exire velociter. Ex. 12. 33. De captivitate, durissimo labore, adeò in vii exeunt; ut urgeri, & compelli, debeant ire in terram fluentem lacte, & melle. Ipsa consuetudo, & longa habitatio, illis dulcis erat. Applica malæ consuetudini. Sylv. addit. in Evang. S. Joan. 2. c. 5. q. 2.

Ego audivi vos dicere: bene nobis erat in Ægypto. Num. 11. 18. Bene in Ægypto? Dominum testor in rubo spinis, vulneratum laborantis in Ægypto populi imaginem profertem. Quid Moyli præfatur?

Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, sciens dolorem ejus, descendit, ut liberem eum. Ex. 3. An non ingemiscentes filii Israel propter opera vociferati sunt? *ascendit, clamor eorum ab operibus ad DEUM?* Ex. 2. 23. Quomodo igitur vobis bene erat in Ægypto? addiderat textus: *post multum verò temporis.*

Ex. 2.

Ex. 2. 23. Diuturnitas servitutis nescio quam cœcis commoditatem ingerat. Escob. mir. Chr. t. 1. Obl. 2. v. 6. Judæi, cum Manna haberent, allium querebant; & cum libertate fruerentur, recordabantur servitutis, & Egyptum sæpe numero expetebant, propter consuetudinem. Ad eam violenta res est! Chryl. hom. 7. in 1. Cor. S. Bernardinus l. 19. de 12. impedim. poenit. ponit quartum: malitiam male consuetudinis. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Jo. 8. 34. Pharaonica hæc servitus est; lapis Lazari Jo. 11.

Non poteris servire Domino. Jos. 24. 19. Dixit Josue populo promittenti aternam Legum observantiam. Abul. q. 12. Dicit aliquis: quomodo Josue dicit, quod Israelitæ non possent servire Domino, cum ipse supra v. 15. dixerit: quod, etiam si totus Israel vellet colere Deum Mesopotamiæ, vel Amorrhæorum; ipse, & domus sua, colerent verum Deum: nam si ceteris erat impossibilis cultus Dei, ei quoque fieret impossibilis. Respondet: proveniebat forte ista difficultas propter assuetudinem ad peccandum: nam assuetudo ad aliquod genus peccati, difficillimum est relinquere illud; eò quod transivit in naturam. Naxera in Jos. 24. §. 39.

Si incluseris hominem, nullus est, qui aperiat. Job. 12. 14. S. Greg. l. 11. mor. c. 5. Omnis homo, per id, quod male agit quid sibi aliud, quam conscientia suæ carcerem facit? qui, cum, judicante Deo, in malitiæ suæ cœcitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur; ne evadendi locum inveniat, quem invenire minime meretur. Nam sæpe nonnulli à pravis actibus exire cupiunt: sed quia eorundem actuum pondere premuntur, in malæ consuetudinis carcere inclusi, à semet ipsis exire non possunt.

Neq. inveniat in te locum latendi clamor meus. Job. 16. 19. Non omnis iniquitas clamor dicitur; sed magna, professæ, publica. Nam cum adhuc quodammodo verecundatur, atque cunctatur; & vel timore, vel pudore, reprimitur; nondum dicitur clamor. Cum verò, ingentis cupiditatis impetu, omnia præceptorum, & Legum, monumenta rumpuntur, & malè concepta secreta, ejectionis omnibus reprehensionibus, atque terroribus, in impudentissimos, atque audacissimos, mores, tanquam in diluvium consuetudinis, confluunt; jam clamor vocatur. V. Beda. in Job hic.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum &c. Ps. 1. 1. Abire, est malis consiliis ad modicum consentire. Stare, est malis operibus operam dare; sed sedere, est peccatum in consuetudinem ducere. S. Bonav. l. 7. de Apostolis. Cathedram, existimare longam in vitio moram oportet; quod maxime nobis cavendum: quoniam in peccatis diuturnitas habitum quandam vix mobilem in animis constituit. Antiquus enim animi morbus, & mali exercitatio longitudine obruta, vix remedium, vel potius nullum, reperiet; cum in naturam, ut plerumque videmus, sæpe consuetudo vertatur. S. Basilii hic.

Salva me ex ore leonis. Ps. 21. 22. Leo rapit, & raptum fortiter tenet: Sic diabolus rapit hominem in consensu, vel operatione; & fortiter tenet in consuetudine. Hugo Card. hic.

Fiat, Pl. 108. 19. id est, fiet et suum peccatum, ex consuetudine scilicet mala, sicut vestimentum, quò operitur; & sicut Zona, quâ semper præcingitur. Dicere possunt illud II. 28. 15. *Peperimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* q. d. manus nostras posuimus in manus diaboli; & hominum facientes, nunquam recedendi ab ejus operibus. S. Bernardinus t. 1. l. 21. artic. 1.

Viam iniquitatis amove a me. Ps. 118. 29. S. Ambr. hic: Pulchre *viam dixit iniquitatis*, non iniquitatem: eò quod non quali naturalis iniquitas sit in nobis; sed majorum peccata currentium sit attrita vestigiis.

Funibus peccatorum suorum constringitur. Prov. 5. 22. Filis adjectis funes contextuntur, quorum singula facile lacerari possunt: at si multa fila in unum texantur, constructus ab eis vix te expedies. *Funiculus triplex a se invicem plectitur.* Escob. mir. Chr. t. 1. Obl. 1. v. 5.

In quocunque loco ceciderit, ibi erit. Eccl. 11. 3. Solet autem in eam partem cadere, in quam erat inclinatum. Sicut in sylva arbor vetustissimis humi fixa radicibus, quam rusticus securi legit: nutat arbor, & ruinam inclinatio vertice minatur. Pero, in quam partem cadet? profecto in eam, in quam inclinatur. Diez in Circumcis. D. conc. 2.

Expoliavi me tunicam meam, quomodo induar illam? Cant. 5. 3. Hebr. *excoriavi.* S. Bern. l. 9. in Cant. de peccatoribus inveteratis: operi sunt iniquitate, ut non facile explicare se ab illa possint. Et, ut amplius dicam, quasi cute quadam, sic parvæ sunt operi consuetudine vitiorum; ut illam dediscere, non tam expoliari sit, quam excoriari. Escob. mir. Chr. t. 1. l. 7. sect. 1.

Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes. Eccl. 16. 8. Gigas inveteratus peccator. Hugo Card. hic.

Va, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. II. 5. 18. Peccatum vocat vanitatem: quia, ut ait S. Hier. facientibus peccatum facile textitur; ac ad eam inane in se est, ac futile; uti aranearum tela. Sed cum inde exire voluerimus, solidissimis vineulis neclimur. Peccata ergo sunt funes. I. Quia fiunt ex filis, id est, ex rebus, & voluptatibus varissimis, & levissimis. II. Quia distorta sunt, ut funes. III. Quia invicem connexa. *Semper ligatus,* Symbolum peccatoris. Chald. *Va, qui incipiunt paulatim peccata, augentq. ut crescant, & fortia fiunt, ut vinculum plaustrum.* Sicut bos, vel equus, dum primum curruj jungitur; salit, recalcitrat, jugumq. conatur excutere, & manere liber. At ubi jugum subit, eique assuetus est, sponte illum subit; imò ex habitu eum adit, mox ut à præsepio solvitur; esto in illo illud sudandum, & gemendum, sit: ita homo initio peccati onus averfa-

averſatur; at, ubi ei aſſuevit, ſponte illud ſubit; & quaſi in dolore, & gemitu ſuo, ridens; ad illud ex conſuetudine procurrat. S. Aug. in Pf. 52. Væ, qui trahunt peccatum ſuum, ſicut reſtem longam! Quid eſt aliud, quàm væ his, quorum manus connectunt iniquitatem? Sed non vis modo diſrumpi vincula tua, quia non ſentis vincula tua; etiam delectant te, & voluptati ſunt. Senties in fine, cum dicitur: ligate illi manus, & pedes. Corn. in H. c. 5. v. 18.

Humiliata eſt uſque ad inferos. H. 57. 9. id eſt, uſque ad profundum peccatorum. S. Thom. hic.

Si mutare poteſt æthyops pellem ſuam. Jer. 13. 23. Et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum? *Nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum; & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perperuum.* Sap. 12. 10.

Vetula ſcit fecit pellem meam, & carnem meam. Thr. 3. 4. Sunt enim quidam, velut pelles vetulae; in quibus, præ nimia vetuſtate, & putredine, non poteſt durare, nec tenere, aliqua futura poenitentia. Contritio enim eſt, qua acus pungens, filum verò, quod introducit per hanc aciem, & refarcit diſſoluta, ſunt vincula ſatiſfactionis, quæ injungitur à ſacerdote. Sed in illis, qui ita inveterati ſunt per pravam conſuetudinem, non poteſt tenere iſta futura. Hugo Card. in Pf. 17.

Lapſa eſt in lacum viſa mea, & poſuerunt lapidem ſuper me. Thr. 3. 53. In lapſu notatur delectatio, in lacu conſuetudo, in lapide obſtinatio. Hugo Card. in Pf. 12.

Nabuchodonoroſi duæ viſiones objectæ. Vidit ſtatuam magnam ex auro &c. Dan. 2. 34. Levi tamen tactu lapilli tota corruit, & periit. Videt etiam arborem magnam. Dan. 4. 10. Et ecce vigil clamavit: *Succidite arborem &c.* Tam ita, quàm arbor, ſignificat Nabuchodonoroſem; ut interpretantur Hier. Rupert. Beda, &c. Cur ergo ad proſternendam ſtatua lapidis jactus ſufficit? ad arborem deſtruendam tam fortia adhibentur? Statua tantum ſuperficialiter tangebatur terram; at arbor radicibus profundè inhaerebat terræ: ut inde diſcas, quòd ſi peccator leviter ſit in peccatis, facile unius vocis jactu inde movetur; at verò, ſi ſit in inveterata conſuetudine, multo fortiora media requiruntur. Sylv. addit in Evang. Matth. 9. q. 8.

Abiecit veſtimentum ſuum à ſe. Ion. 3. 6. id eſt, peccati conſuetudinem. Zach. 3. 4. *Auferite veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: ecce abſtuli à te iniquitatem tuam.* Sed quidam induunt ſe conſuetudine pravâ; non ſicut veſtimento, quod poteſt auferri; ſed ſicut pelle ſua, quæ vix poteſt exui. Hugo Card. in Joan. 13.

Ex Novo.

Oblatus eſt ei demonium habens. Matth. 12. 22. Per demoniacum iſtum cæcum, & ſurdum, ſignificatur quivis habitatus in vititiis; quem demon ducit, quòd vult, habens eum captivum

ad ſuam voluntatem; qui verba Dei aure cordis non percipit, nec gratias agit Deo. Dion. Carth. in Matth. hic.

Revertar, in domum meam, unde exivi. Matth. 12. 44. Euthym. Domum ſuam vocat hominem, à quo egreſſus eſt.

Ille potius ad vendentes. Matth. 25. 9. S. Paſchal. quid eſt dicere, *ille ad vendentes?* niſi, quia ſic facere conſueviſtiſ.

Hædos autem à ſiniſtris. Matth. 25. 33. Mali hædis comparantur: quia hædus ſemper è malis in deteriora progreditur, quò magis creſcit, eò durior, eſque redditur difficilior; in perfeeta verò ætate non poteſt comedi. Talis eſt peccator: nam licet initio aliquam habeat cordis teneritudinem; & miſiam, aut concionem audiens, aliquantum compungatur; nimia tamen peccatorum aſſiduitate indies durior, & peior, fit. Diez D. 4. Epiph.

Surge, tolle lectum tuum &c. Luc. 5. 24. Surge dicitur ſedenti, jacenti, dormienti: Sedet autem homo per conſenſum, jacet per operationem, dormit per conſuetudinem. Hugo Card. hic.

Plaga impoſita. Luc. 10. 30. Peſſima ſit plaga peccati, quæ conſuetudine longà infecta. Hinc Jeremias ait 30. 12. *inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua:* quia conſuetudine longà induruit. Et Sapientia dicit Eccl. 10. 11. *Langor prolixior gravat medicum.* Sed nihil eſt, quòd divinâ potentiâ omnino non ſaneatur, ſi diſpoſitum ſanare diſponit. Et poſt plagam malæ conſuetudinis peior plaga inſigitur; ut etiam jaculo deſperationis plagatus, vititiis iterum feriat. Unde iterum Jer. 15. 18. ait: *quare factus eſt dolor meus perperuum & plaga mea deſperabilis renuit curari?* Quia ſæpe fit, ut aſſuetus longò tempore vititiis, deſueſcere nolit; magis verò ſua exiſtimatione non poſſit. Sim. Caſi. l. 8. c. 38.

Ecce mulier, quæ habebat Spiritum infirmitatis annis decem &c. Luc. 13. 11. En peccatoris inveterati imago. Sunt; qui tam aſſidue ex conſuetudine delinquant, ut videantur Spiritum infirmitatis habere. *Et impoſuit illi manus,* ib. Vidi ſæpe viros, aut feminas, diu voluptatibus indulgentes, non recedentes ab improbitate, niſi Dei manu fortiter flagellante. Eſcob. mir. Chr. t. 1. Obl. 1. Cur hæc mulier non vocavit Chriſtum, & non quaſiſit à medico ſanitatem? ſicut Chanaanæ, cæci in via, & leproſi, & multi alii? quia infirmitas inveterata deſpicit medicum. Mulier hæc in terram reſpirationis figura peccatoris inveterati. Stella hic. Vehor in omnem hominem peccatorem, quem Sathanas diuturnitate temporis poſſedit, multiplicatione criminum, magnitudine ſclerum, jure præſcriptionis. Aggravat hominum culpas, temporis longævitas in peccato. *Populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris.* Jer. 2. 32. Nemo Dei obliſcitur; niſi amore proprio deſtutus. Sed hoc gravius, quòd *diebus innumeris.* Sim. Caſi. l. 5. c. 27. v. 5.

Erat autem quidam homo ibi 38. annis habens in infirmitate ſua. Jo. 5. 5. Hic miraculo ſpeciali curatus fuit: media enim extra-

ordina-

ordinaria requiruntur, ut inveteratus peccator convertatur. Esco. mir. Chr. t. 1. Jo. 5. v. 5. Obl. 1.

Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut a somno excitem eum. Jo. 11. 11. Cui Discipuli: *Si dormis, salvus erit.* nec ei timendum. Tunc Christus apertius loquitur: *Lazarus mortuus est - eamus ad eum.* Nota Christus, cum dixit dormire Lazarum; dixit *vado*; cum vero mortuum, *eamus ad eum.* Ostendit discrimen peccatoris dormientis à mortuo. Qui veluti dormiens peccavit, facile excitatur, & convertitur; at qui mortuus jacet, jam contumax est; qui consenuit in sceleribus, difficillimè in vitam gratiæ revocatur. Did. Niss. D. 11. Pent. §. 4.

Lapis superpositus &c. Jo. 11. 38. Spelunca est ipsum peccatum; quod est profundum desperationem vel culpæ magnitudinem; angustum, per conscientia remorium; foetidum, per pravi exempli corruptionem; clausum per consuetudinem, & obfirmatur per executionem. Thr. 3. 53. *Lapsa est in lacum vis a mea, posuerunt lapidem super me.* Hugo Card. in Jo. hic.

Quatriduanus est. Jo. 11. 39. Liberat & de mala consuetudine Dominus quatriduanos mortuos. S. Aug. f. 44. de Verb. Dom. Est genus mortis immane; mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat, & continuo corrigitur; cito reviviscit: quia nondum est inclinatus consuetudine, non est sepultus. Qui autem peccare consuevit, sepultus est. Et bene de illo dicitur, *factus est*: incipit enim habere pessimam famam, tanquam odorem teterimum. Id. tr. 49. in Jo. Non vacat mysteriò, quòd, cum plures mortuos Dominus suscitaverit, tres tantum eum Evangelistæ suscitasse scripserunt. I. Suscitavit filiam archi sinagogi adhuc intrà domum manentem, & in abditis penetralibus jaacentem. II. Suscitavit viduam filium, jam quidem extra civitatis portam elatum, sed nondum humatum. III. Suscitavit Lazarum, non solum sepultum, verum etiam foetentem quatriduanum. Isti tres mortui tria mortis genera significant. Moritur enim homo cogitatione, moritur operatione, & moritur peccandi consuetudine. Qui cogitando illicita, & nefaria, concupiscit; mortuus est, sed adhuc in domo manens, & peccatum interiùs celans; nondum ad sepulchrum effertur. Et iste quidem facile suscitatur; si eum visitaverit, vocaverit, & tetigerit Jesus. Si verò malum, quod intus cogitavit, foris ostendat, & in effectum perducatur; non solum mortuus est, verum etiam extra domum elatus, jam sepulchro, & perditioni, proximus est. At verò si & cogitatione, & operatione, & longà consuetudine peccandi, mortuus est; hic, quasi Lazarus quatriduanus, jam foetet. Suscitatur tamen & iste; sed non tam facile, sicut illi: quanto enim amplius in peccato aliquis perseverat, tanto difficilius ab eo separatur. S. Euseb. Emis. fer. 5. D. 4. Quadr. Hæc est mors pessima, quæ delinquentem sub consuetudinis mole obrutum tenet, facitque omne salutis consilium sibi prærogatum despiciere. Hanc lacrymabilem mortem, cæterisque damnabiliorem, mysticè Lazarus quatriduanus in monumento foetens denuntiavit.

Polyanib. Sacr. Tom. 1.

Hunc cum suscitare vellet Dominus, ut insinuaret, quàm difficile hujusmodi corriguntur, voce magnà clamavit: *Lazare veni foras.* S. Laur. Just. l. de cont. Mundi c. 12. Latet in Lazari resuscitatione Spiritualis suscitatio peccatoris. Lazarus namq; quatriduanus, foetidus, & sepultus peccatoris typum gerit, non cuiusq; sed obstinati, indurati, corrupti; in quo ratio, mens, sensus, synderesis, vitio sepulta sunt. *Quatriduanus est*: quoniam quatuor dies in peccato habet; scilicet consensum, opus consuetudinem, & contemptum. S. Thom. Vill. fer. 6. D. 4. Quadr.

Ex Patribus, & aliis.

Sicut Sus in volutabro luti immergitur; ita & anima à mala consuetudine obruta, ne sentit quidem peccatorum suorum foetorem. S. Chryl. hom. 22. in Gen.

Facile est rivulum, cum primùm à fonte scaturit, quocunq; volueris flectere; at ubi aliorum fluminum accessione auctus est, vix ullà arte possis ejus impetum reprimere, aut cursum aliò deflectere: ita facile est vitium recens adhuc natum abscindere; at multorum annorum consuetudine auctum, & roboratum, quis facile superare queat? S. Chryl.

Peccatum admittere, cadere est in puteum; consuetudinem verò peccandi facere, os putei est coangustare; nè is, qui cecidit, valeat exire. S. Isid. lib. 2. sent. c. 23.

Sicut aqua constricta gelu longà consuetudine crystallus efficitur; sic & humana corda per consuetudinem longam constringuntur, & indurantur. S. Bernard. f. 21. art. 1.

S. Anselmus Cant. Ep. conspexerat puerum avicula filo annexa illudere; dum sæpius volare nitentem hilariter retrahebat. Vocatis suis: en, simili, ait, jocò ludit cum multis diabolus, qui consuetudine irretiti mala, quandoque avolare, vel amore, vel timore, nituntur; dumque se jam liberos autumant, in eadem vitia retrahuntur. Boll. 21. April.

Flumen malitiæ est; crescit eundo: & dum illud desisti putas, mare est. Oliva fer. 6. D. 2. Quadr.

Elephas juvenis flectit anteriores, & posteriores pedum juncturas; verum annis gravato nervi indurefcunt, & crura ejus sunt instar columnarum inflexibilia. Sic tu difficillimè in senectute poteris te ad DEum convertere, si tuam in peccatis vitam consumpsisti. Stella de cont. Mundi p. 1. c. 47.

Sicut in torculari, gravi saxorum pondere, uvæ exprimuntur, & racemi siccantur; sic peccando multorum peccatorum pondus cordi impii imponitur; omnis timoris Dei, & bonæ spæi, humor effluit. Id. ib. c. 13.

Dulce lumen, & delectabile oculis est, videre solem. Et tamen oculos tenebris assuetos offendit. Sic virtus, quæ jucunda est; molesta, & tædiofa est assuetis in peccatis. Id. p. 2. c. 48.

Quantò magis in culpa perseveraveris, hæc difficilius conversio redditur; idque in clavi fixatione patet: nam unòquòque ictu additò plus figitur, & difficilius poltea extrahitur. Id. in Luc. c. 7.

Z z

Venit

Venit quispiam in villam, & ibi è rivulo turbidam aquam bibit; moxque malè habet stomachus; miratur, incolas omnes non mortuos ex illa aqua. Sed si dimidiò annò apud illos manens aquæ affuefceret, stomachus nihil incommodi sentiret. Quj primùm peccatum conamittit, turbatur, triftatur, & anxiatur confcientia: qui fæpe aquam peccati bibit, dulcis ei videtur. Id. in Luc. 11.

§. III.

*Consuetudo mala difficulter curatur.**Sententiæ id afferentes.*

Non poteris servire Domino &c. Jof. 24. 19. Vide fuperius hoc titulò §. 2. sub initium.

Viri sanguinum; & dolofi, non dimidiabunt dies fuos. Pl. 54. 24. Id est, non ponent dimidium vitæ suæ in cultura vitiorum, alteram dimidiam in amore virtutum; sed eorum fenectus. Hæc enim est dimidium vitæ eorum: fimilis erit per omnia priori parti, fcilicet juventuti. S. Greg. l. 5. mor. c. 28. Iniqui dies fuos nequaquam dividunt: quia perversam mentem neque in extremo vitæ tempore immutant. Pinna in Eccli c. 6. Ethol. 75.

Operuisti in furore. Thr. 3. 43. Adjutorium justè aufertur ab iis, qui & multa de præteritis aggregata non plangunt; in super & nova veteribus addentes, pium Judicem ad iracundiam provocant, & quotidie delinquendo inexorabilem reddunt. S. Paschal. hic.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Væ illi, cujus in corde peccatum confenuit. Hoc ut tollatur, abfolutâ potestate Salvatoris extraordinariâ opus habet. Sal non medetur putridis, & jam corruptis rebus. Sic peccatum, præ fenio putridum, in hominis mente fugit ordinariam medelam. Bæza l. 3. c. 7. §. 8.

Factum est prælium magnum in cælo &c. Apoc. 12. 7. *projectus est draco, ille magnus, ferpens antiquus,* v. 9. Egrè adultum vitium expugnatur; facile in cunabilis. Ex. 7. 12. *devoravit virga Aaron virgas eorum.* Unica Aaronis virga in tot ferpentes audet intrepidè; vincitque gloriofè: quando Michael fortitudine armatus Socios auxiliare advocat, ut unicum draconem vincat. Aft Michael antiquum serpentem depulit. Naxera in Jof. 22. §. 15.

Ubi tædebat cadere, libet jacere. S. Greg. l. 2. in Ezech.

Omne peccatum confuetudinis vilefcit, & fit homini, quafi nullum fit. Obduruit jam, dolorem perdidit, & valdè putre est; sed pro mortuo computandum est. Quando aliquid pungitur, & dolet; aut fanum est, aut est in illo fpes aliqua fanitatis. Quando autem tangitur, pungitur, calcatur, & non dolet; pro mortuo habendum, ac de corpore præcidendum. S. Aug. f. Dom. 4. Adv. de Caftillo III. 133.

Habet hoc infelix confuetudo peccandi; ut, quantum amplius peccaverit, tantò minus peccata ipfa intelligat; & tantà plus peccare delectet. Euseb. Emiff. hom. 5. ad Monachos.

A delicto difcedere volo, nec valeo: quero à lapfu refurgere; & non valeo ufui repugnare: Longa confuetudo in me vim fibi fecit, & legem. Volo agere bonum; fed defideria confueta non linunt. S. Ifidor. l. 1. Soliloq.

Magnus utiq; labor confueta deferere, & inolitatum cognitionum, vel cogitationum, infima in imo relinquere; & altâ perfcruatione de terrenis ad cæleftia evolare. Rich. à S. Vict. de arca myft. c. 13.

In omni re difficilis est, quæ expugnetur, confuetudo: quoniam, cum multam, ad attrahendum in fe animum, afficiendumque, vim obtineat; dum in eo valet, ut aliquam honefti opinionem afferat. S. Greg. Niff. l. de Virginit. cap. 9.

Versus poetæ cujusdam est: qui non affuefcit virtuti, dum juvenefcit, à vitis nefcit defiftere, quando fenefcit. S. Vinc. Ferr. ferm. in Septuag.

Inolita cujuslibet vitii confuetudo, licet omni ftudio ab animi penetralibus fit repulfa; affiftit tamen fæpe; quafi præ foribus, importuna; & vel lambere fummotenus nititur, fi mordicus apprehendere prohibetur. B. Petr. Dam. l. 5. ep. 2.

Exempla Biblica.

In mentem nobis veniunt cucumeres. Num. 11. 5. & Num. 21. 5. *animam noftream naufcat fuper cibo ifto leviffimo.* Cur manna fastidiunt, & alia appetunt? S. Chryf. hom. 3. de penit. manna comedebant Judæi, & ceepas de Ægypto quarebant, confuetudine ducti. Adeò turpis est res confuetudo peffima, quæ nec ftatim potest abjici, nec tempore brevi.

Salomon primus regum Ifraelis invexit idola in Judæam; quæ deinde in ea durârunt per 300. annos, usque ad Jofam regem, qui ea fustulit. Quam tardè exurpantur fcelera femel radicata. 4. Reg. 23. per totum. Corn. in Ecclefiaften. c. 1. 2. Quæres: an Salomon fit damnatus? an Salvatus? Damnatum cenfent Tertull. Cypr. Aug. Chryf. Beda, Rabanus, Ifidor. Lyr. Abul. Ratio. I. Quia fcriptura commemorans ejus luplum tam gravem, non adjicit ejus poenitentiam; ficut in lapfu Davidis. II. Quia fua delubra, idolis ædificata, non destruxit. III. Quia ad hoc Deus videtur Salomonem cumulâffe omnibus bonis, ut ejus merita remunerareret in hac vita, & fcelera puniret in futura. IV. Quia amor ardens fœminarum longâ confuetudine roboratus, pene est infuperabilis. Huc facit, quod ante paucos annos in Italia uni è nofta Societate contigit. Vocatur ille, ut concubinario cuidam in morte adefset. Adfuit, & totis viribus eum ad poenitentiam hortatus est, ut amoribus illicitis valeddiceret; nunc blandiendo, nunc minando inflans Dei judicium & gehennam. Sed & concubina flens rogabat eum, ut poeniteret, & moriendo animæ faluti confuleret. Omnia fruftra: ille enim dixit: fe nec velle amicam tam diu dilectam abdicare. Quare impoentens mortuus. Corn. in 3. Reg. 11. v. 13.

Per diem folemne confueverat Præfes populo dimittere unum vinculum. Matth. 27. 15.

Per

Per diem festum solebat dimittere.
Marc. 15. 6. *Necesse autem habebat dimittere eis &c.* Luc. 23. 17. Qui consuevit, & solet, demum necesse debet agere, quod diu male egit. Did. Niss. tit. Abrah. l. 8. c. 5. consuetudinis vis.

Mitte Lazarum. Luc. 16. 24. S. Chrysol. l. 122. Adhuc divitem malitia non deserit, quem jam possederat pœna; qui non se ad Lazarum vult deduci. q. d. Viro huic solemne fuit aspernari, ac dedignari Lazarum, tanquam pauperem; idcirco nunc quoque agit, quod olim factitabat. Did. Niss. Fer. 3. D. 1. Quadr. §. 4.

Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Luc. 23. 34. Quare Christus, in quo erat omnis potestas dimittendi peccata; & alias frequentèr unicò verbò dimiserat; quare hic pro venia recurrit ad Patrem? ignorantia enim illorum non fuit sine culpa; quia à diuturna consuetudine Christum persequendi processit. Ità Arnold. Carnot. tr. de verbo illo, *dimitte illis*: Usque adèd in hoc malo voluntarii, ut voluntas consuetudinem, & consuetudo faceret necessitatem; necessitas verò usque ad illam vecordiam erumperet, ut nesciret, quid faceret. Quia ergo tam dura consuetudo, recurrit ad Patrem, cui omnipotentia adscribitur.

Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis. Hebr. 11. 31. Refert hic Paulus Dei miracula ab orbe condito; & post longum catalogum, augustiorem perficiens ascensum, ait: *Fide Rahab &c.* Quale hoc miraculum, non perisise eam cum incredulis? Si jam ab eorum coetu recesserat? Ingens miraculum est, meretricem, pravâ consuetudine affectam, non perisise. Theodoret. ut Apostolus Fidei ostenderet potentiam; hæc, quæ impudicè magnam vitæ partem transegerat, salutem, ait, est consecuta. Escob. t. 5. proph. Chr. lect. 2. Obf. 1.

Exempla historica.

Quidam nomine Pristinus, cum in carcere pro Fide teneretur, plus epulis, quibus assuetus fuerat, quam lacrymis indulgebat; imò ipsò summò diluculo, quò ad tribunal sistendus erat. Vix prima martyrii tentamenta subierat, vix ungulas viderat: ecce tibi non Christi martyr, sed Bacchi mystes, Fidem deseruit, Christum abjurat. Deliciis assuetus aspera non est passus: ad illas reverti; & in castris intemperantiæ pugnaturus miles, non martyrii coronâ; sed hederâ redimitus, inauguratur, Bacchoque dicatur. Tertull. lib. adv. Pſychicos.

Suspirabam ligatus non ferrò alienò, sed meâ ferreâ voluntate. Velle meum tenebat inimicus; & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me: quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis (unde catenam appellavi) tenebat me obstrictum dura servitus. Voluntas autem nova, quæ mihi esse cœperat, ut te gratis colerem, fruique te vellem, Deus, sola certa jucunditas! nondum erat idonea ad superandam priorem, vetustate roboratam. Ità duæ voluntates meæ, una

Polyanth. Sacr. Tom. I.

vetus, alia nova; illa carnalis, ista spiritualis, confligebant inter se; atque discordando dissipabant animam meam. S. Aug. l. 8. Confess. c. 5.

§. IV.

Motiva malam consuetudinem vitandi, & vincendi.

Ex Veteri, & Novo.

Cum Josue promissâ terræ sortes divideret, tribui Judæ, præ aliis bellicosæ, meridionalem partem adrisit. Jos. 15. 1. Cur Judæ tribus hæc præ aliis parte locata? Lyra putat, partem illam proximiorè Ægyptiis, quorum jugo diu Israel subjectus; nè iterum facilem Ægypti invenerent aditum. Quæ quis aut vitis impetitus, aut subjectus; eâ parte præcipuè invigilare debet armatus. Naxera in Jos. 15. §. 12.

Manum meam ponam super os meum &c. Job. 39. 34. Cur non super alia membra? oculos &c. Jam cum oculis sædus percusserat Job. 31. 1. *nè de virgine cogitaret* at lingua inveniebatur tantisper atrata, & reprehensibilis: ibi ergo præcipuam ponit custodiam; quia ibi aliquam senserat culpam. Creditit faciliorem linguæ lapsus, utpote aliqui jam maculata defectu; quasi de macula manserit debilitata, & obnoxia relapsi. Id. ib.

Prolongaverunt iniquitatem suam, Dominum justus concidit cervices eorum. Pf. 128. 3. S. Zeno. ferm. hic. Justus Dominus, patiens, scilicet in ultionem, dissimulator ad penitentiam; tunc cervices concidit, cum peccata in longum extenduntur, cum jam totum patientis misericordiæ tempus exclusum est.

Nè impiè agas multum, & noli esse stultum; nè moriaris in tempore non tuo. Eccl. 7. 18. An quis reperiat, qui in non tempore suo moritur? Job. 14. 5. Constituit Deus unicuique; homini terminum, quem præterire non potest. Dicere ad intentum, inquit Franc. Quæverimus tomo 1. de sanctiss. Chr. vulneribus: Peccata multiplicentem se exponere periculo moriendi in tempore non suo: non quia tempus suæ mortis non sit proprium, ac suum; sed quia illò non poterit uti in suum commodum, & salutem. Si Dominus quispiam pacificatur cum servo suo, ut partem diei impendat suis obsequiis, partem alteram in suam commoditatem dispenset: tempore quò Domino operatur, tempus Domini est; quò sibi, suum. Totum vitæ nostræ tempus usq; ad mortem reliquit Dominus noster homini, ad operandum pro sua salute. *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, usq; ad vesperum.* Pf. 103. 23. Incertò Authore.

Væ, qui irabitis iniquitatem in funiculis vanitatis. H. 5. 18. S. Hier. nec plangit eos, qui peccare cœperint, statimque desierint; sed qui longò funiculo peccata protraxerunt. Punit Deus graviter peccata iterata, & continuata: non enim tam malum est peccare, quam in peccatis permānere. Chryf. hom. 80. ad pop.

Voca nomen ejus Absq; miserisordia. Ol. 1. 6. His verbis minatur Deus Samaritis extremum excidium. Constat tamen Dei bonitas in Judam v. 7. *& domui Juda miserebor.* Nec fides promissis defuit.

Z. 2

defuit. 4. Reg. 17. 25. &c. Ratio: Samarites vitulis susceptis verum à se DEum prorſus ablegavit; Judæus aliquando coluit, ſub pia regum cura, David, Ezechia, Joſaphat. Velloſo in Judith c. 5. Paræn 20.

Hæc cō (Joſephō) cogitante; ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis. Matth. 1. 20. S. Hier. ep. ad Demetriadem. ibi te maximè oportet obſervare peccatum, ubi naſci ſolet; ſtatimque ad primam repugnare tentationis faciẽ; & malum, antequam exereſcat, extinguerè. Neq; enim expectandum eſt augmentum ejus rei, quæ timeri debet à parvo; & quæ tantò facilius vincitur, quânto ei citius repugnatur. Caſſiod. l. 5. ep. 38. admonet nos formarum cura præcipua; ut, quæ poſſunt noxiæ creſcere, debeamus celeritè amputare: nam, quæ nunc virgulta ſunt; erunt, ſi negligantur, & robora: iſta enim, quæ modò facile avulſioni, poſtea vix ſecuris ſuccumbunt. Vide plura tit. Relapſus.

Hæc autem initia ſunt dolorum. Matth. 24. 8. Hæc Dominus ſubjunct, poſtquam multa juſtorum mala recenſuit. Juxta Orig. tr. 28. in Marth. Senſus eſt: nemo eſt, qui in hoc sæculo non multa patiat; juſtus, & injuſtus; ſed eò diſcrimine: quòd juſti initia dolorum patiuntur, injuſti etiam finem ſine fine: quia pœna peccatis reſpondet. Juſti initia tantùm peccatorum admittunt, quia peccatorum ſeriem abſcindiunt; nec diutius patiuntur ſe peccatò detineri: hinc etiam initia tantùm dolorum patiuntur. At verò impii peccata in longum uſum trahunt, & in fines ipſorum peccatorum perducuntur: unde etiam fines pœnarum patientur, id eſt, mala ſine fine. Pinna in Eccl. Ethol. 63.

Adol. ſcens tibi dico, ſurge. Luc. 7. 14. Exiſtimat S. Aug. l. 44. de Verb. Dom. Viduæ filium, peccatorem ſignare, opere quidem delinquentem; ſed nondum pravæ conſuetudinis ſepulchro addictum. S. Chryſ. hom. 22. ad pop. Si purum habes veſtimentum, caves nè peſſundes. omnino, nè quò modò fordidetur. Si primam, ſecundam, & tertiam, contempſeris maculam; jam velut ſordidum habes veſtimentum: nec grave videtur, licet totum fiat lutum. 2. Reg. 12. 4. *cùm autem peregrinus quidam veniſſet ad divitem &c.* Cur peccatum Davidis peregrinus, ſeu hoſpes, vocatur? quia quaſi per tranſitum apud Davidem commoratum fuit. Eſcob. t. 1. mir. Chr. ſect. 5. obf. 3.

Ipsà die. Luc. 24. 13. Malo citò affer remedium. *Ipsà die*, quæ in animis iſtium Diſcipulorum ſubnaſci diſſidentia cœpit, Salvator animarum medicus accurrit, ut ageritudinem curaret. Docuit, ut ſimul atq; ex terra cordium noſtrorum lolium emergit; demetere curemus; nè radices diuſculè neglectum agat, ut poſthac nèqueat extirpari. Did. Niſſ. ſer. 2. D. Reſurr.

Ex Patribus, & aliis.

Longa vitiorum conſuetudo magnam affert cœcitatem animæ & amentes efficit; & perſpicaces oculos in elligentia eruit. S. Chryſ. in Pf. 49.

Qui diu male vivendo, uſque ad extremum vitæ, ſine pœnitentiâ perſeverant, tales duodecim pericula, dignò Dei judiciò, incurrun; ex quibus diſſicillimum, & quaſi impoſſibile eſt, ani-

mam evadere cum ſalute. Primum periculum eſt paſſionum alteratio: a deſt enim maximus dolor, & cruciatus; vel maximus timor; vel quandoque uterque ſimul. Et utraq; paſſio vehemens nata eſt, impedire liberum arbitrium, & uſum liberæ rationis, & voluntatis. Tantus aliquando ſenſitivus dolor opprimit; quòd vix homo aliud cogitare valet. Pateat hoc per exemplum: ſit, qui habeat dilectiſſimum filium ſuum præ oculis ſuis, ad mortem horribilem præparatum; vicinumque habeat infirmum, de cujus incommodo nihil, vel modicum, cogitat, nec etiam ante oculos ſuos habet. Quid mirum? ſi dilectum filium, quem ante oculos ſuos tenet, recogitat; & infirmi obliſcitur, quem non videt, nec diligit multum. Sic in propoſito ſenſualis appetitus, & carnalis amor, eſt filius dilectus; quem peccator cruciatum in tormentis ante oculos ſuos habet. Abſens vicinus, modicum quidem dilectus eſt ipſe DEus, ſeu proprius ſpiritus; cujus peccator obliſcitur, dum anguſtianti dolore, & timore, comprimitur. Secundum periculum eſt: quòd hujusmodi peccatores in terribili bello mortis inermes ſunt: quia charitate, & cæteris virtutibus, ſunt privati. Tertium periculum eſt, quia mali habitus, & conſuetudines peccatorum, nè pœnitere valeant, retinent peccatorem. Lana etiam jacens in tinctura diſſicile poteſt in colorem album reduci. Manus inſuper, quas recentes nuces inxerunt, non parvò labore purgantur. Populus Iſrael, qui diu captivus fuerat ſub Pharaonica ſervitute, ab ea diſſiciliter liberatus eſt. Quartum periculum: quia tunc maximè fortiùs, quàm unquam fecerant antea, à dæmonibus impugnantur. Si igitur peccator non potuit impias tentationes tolerare, quin caderet, quando erat ſanus; quomodo gravioreſ tolerabit, quando erit infirmus? Deridendus utique foret; qui, dum juvenis eſt, & fortis; dicit ſe pugnare non poſſe; demum cum factus eſt ita debilis, & infirmus, quòd ſe movere non poteſt, petit campum certaminis ingredi, armaque ſibi poſtulari dari &c. Vide plura ad S. Bernardinum t. 1. ſer. 13. qui eſt de 12. periculis, quæ ſuperveniunt peccatoribus in ultimo fine.

§. V.

Media à mala conſuetudine abſtinendi.

Nè procedas ulterius; & finem habebunt, quæcunque ad malitiam pertinent. Et ſi biduum hoc præſtiteris, tertio die faciliùs abſtinebis; & poſt triduum addes decem quoque dies; deinde viginti, poſt centum; atq; ita vitam tuam omnem: quânto ſiquidem aſcenderis altius, eò facilioreſ ſenties viam. S. Chryſ. l. 10. in c. 6. ep. S. Pauli ad Rom.

Primum contra conſuetudinem malam eſt remedium præviſionis: ut ſcilicet in ſua novitate, & maximè in juventute, conſuetudo mala tollatur. Conſuetudo nova de facili immutatur; antiqua verò diſſicillimè, aut nunquam; niſi cum divino quaſi miraculo, amovetur. S. Bernardinus t. 1. ſ. 21. art. 3.

§. VI.

§. VI.

Consuetudinem Mundi non sequere.
Motiva.

Ex Veteri, & Novo.

Non sequeris urbem ad faciendum malum; nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententia, usque a vero devies. Ex. 23. 2. Oportet hic: arbitrantur multi iudices, & Consiliarii, se a peccatis immunes; cum viderint alios in malo se præcessisse. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* 2. Cor. 11. 29. non dicit, & ego non scandalizor. Jo. Cluniac. l. 2. D. Sexag. prudenter sociat se Apostolus infirmitati alienæ; & non scandalo; sed dicit, quod uritur, quando alius scandalizatur. Ratio hujus est: quia homo cupidus lucrî libenter se sociat lucro, & non damno.

Regulamque auream quinquaginta scilorum. Jos. 7. 21. Quid significat, quod Josue Achan ad mortem condemnet; eò quod regulam auream ex Jericho furatus fuerit? nisi præcipere Deum, ut moriatur, & in inferno sepeliatur; qui regulam; & mores depravatos mundi obliuiverit. Unde merito Paulus Rom. 12. 2. *nolite conformari huic Seculo.* Sequimini regulam Christi, non Mundi. Diez. sequela Christi.

Tanquam prodigium factus sum multis. Plal. 70. 7. Prodigium in hoc sæculo fit Fidelis, quando alia seclatur, quam potest amare peccantium multitudo. Quærent illi divitias, iste pauperiem; quærent illi epulationes, iste jejunia; quærent denique illi gaudia, iste tristitiam. Cassiodor. hic.

Si ignoras te - abi post vestigia gregum. Cant. 1. 7. Qui non ex ipsis rebus discernit id, quod bonum est, ab eo, quod malum est; sed sequens vestigia eorum, qui præcesserunt; præterita vitæ consuetudinem adiscit sibi pro vitæ magistra; sæpè fallitur tempore discretionis, & imprudens hœdus pro ove efficitur. *Oves meam vocem meam audiunt.* Si te cognoscas ô pulchra inter mulieres, totum mundum despicias; & ad materiæ expers bonum perpetuò intuens, contemnes errorem eorum, quæ in hac vita sunt, vestigiorum. S. Greg. Nyss. hom. 2. in Cant. hic.

Deinde interveniente tempore, convalescente iniquâ consuetudine, hic error, tanquam lex, custodiendus est. Sap. 14. 16. Scilicet ab impiis: nam pii sciunt; impiam consuetudinem nunquam præscribere; nec ullâ temporum longitudine roborari; ut vicem legis obtineant. Corn. hic.

Nolite conformari huic sæculo. Rom. 12. 2. Scilicet, ut explicat S. Thom. per affectum amore inhærendo rebus temporalibus; & per imitationem viventium seculariter. Fernandus in Gen. 1. v. 16.

Nulla consuetudo antiqua, mos firmatus, longævus usus, præscribere potest antiquissimæ veritati, & æternæ rationi. Væ, qui confidunt in lege malè agentis multitudinis; Nam in tantum sunt graviora peccata; & ad removendum difficiliora; in quantum talibus legibus seipsum tuentur auctores. Sim. de Cass. l. 8. cap. 37.

Nihil magis præstandum est, quam ne peccatorum ritu sequamur antecedentium gregem; pergentes, non quò eundem est; sed quò itur, non ad rationem; sed ad similitudinem vivimus; inde ista tanta coactio aliorum supra alios mentium. Seneca l. de vita beata cap. 1. *Quæramus, quid optime factum sit, non quid ultimatissimum.* Id. ib.

Exempla non sequentium.

Reges bello captos nefas occidere apud Nationes habebatur; Josue tamen Reges sæpè ignobiliori supplicio extinxit. Abul. q. 1. licet in pugna quibusdam Nationibus nefas habeatur reges occidere, si capi possunt; Judæi tamen occidebant illos; quia præceptum erat illis, quòd occiderent omnes. 1. Reg. 12. 1. *Naxera in Jos. 12. §. 12.*

Solus Mardocheus non flectebat genu, ne adorabat eum. Esth. 3. 2. Interrogatus, cur non servaret regis statutum? *dixerat eis, se esse Judæum.* v. 4.

Constituere nobis regem, ut judicet nos, sicut & universe habent Nationes. 1. Reg. 8. 5. Plurimum consuetudinem sequi voluerunt, sed grandi suo malo. *Non te abjecerunt, sed me, ne regem super eos.* v. 7.

Exempla malè sequentium.

Non est in loco nostro consuetudinis hæc. Gen. 29. 26. Deliquit Laban filiam producens in stuprum ei, quem sciebat non esse maritum. Es. cob. t. 2. perfec. Chri. obs. 2.

Non quærimus, utrum sit factum; sed utrum fuerit faciendum? sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est. S. Aug. l. 1. de Civ. Dei.

Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti. in vos. Act. 1. 8. Tertull. l. de virg. vel: hic erit solus à Christo magister dicendus; & venerandus: hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt.



TITULUS XXXII. CONTRARIA Amicè juncta.

Ex Veteri, & Novo.

Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite. Ex. 1. 22. Hoc mirabile est, quod non per ea, quae videntur securitatis esse; sed planè per contraria, omnia pro nobis fiunt. Et ut discas: iussit Pharaon in flumen projici pueros. Nisi projecti fuissent pueri, non fuisset servatus Moses; non in aula educatus fuisset. Quando servabatur, non erat in honore; quando expositus est, tunc factus est in honore. Hoc faciebat Deus, declarans suam omnipotentiam; ac sapientiam; quam facile ei sit servare. S. Chryl. hom. 54. in Acta Apost.

Ignis in rubo. Ex. 32. est tribulatio in homine sancto, humili, & mortificato: talem enim non urit, non lædit; sed illustrat. Scribit Philo in vita Moysis: per Dei potentiam rubum incorruptibilem factum in medio ignis; imò acti fonte desuper manante rigaretur, viridiosum visum. Hæc est enim, inquit Chrysof. omnipotentiae Dei vis, ut per contraria operetur contraria; scilicet calorem per aquam, frigus per ignem. Corn. hic.

Vocavit autem Pharaon maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes quaedam similiter. Ex. 7. 11. Mendacium vel suis tenebris, novam offert lucem veritati; sicut nox adjuvat ad astra videnda. S. Chryl. hom. 4. de laudibus Pauli, extollit providentiam Dei, quae tempore Prophetarum pseudoprophetas esse permisit; & tempore Apostolorum falsos Apostolos: horum enim mendacia illorum veritatem magis illustrem fecerunt. Sic Aegyptiorum incantationes illustriora reddiderunt vera Moysis miracula. Pinna in Eccl. c. 4. Ethol. 54.

Columna Hebraeorum ductrix per desertum, Ex. 13. 21. lucem, & tenebras, habuit adjunctas. Nocte sexcentorum millium exercitui prælucebat; per diem ita obscura, ut pro umbraculo esset. Unam porro eandemque fuisse columnam, observant Pierius, Tostatus, Cornelius. Dies item & nox, eidem aeri insedit, teste Theodotò Ancyranò in Ephesino Concilio. Verba ejus; quomodo lumen in Aegypto factæ sint tenebræ, non extinctò lumine; sed manente, quod erat? dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen; Aegyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ. Et cum unum esset, quod videbatur lumen; erat simul & tenebræ; neque ex hoc mutatum, & aliud factum. -- Lud. de Ponte de perfect. hom. Chr. t. 1. tr. 3. c. 3. Eadem nubes tabernaculum ipsis interdiu erat, ac radiorum solis molestiam prohibebat; nocte autem ignea effecla luminis usum ipsis subministrabat. S. Chryl. in Pf. 104.

Ostendit ei lignum. Ex. 15. 25. Apparet, hoc certum ligni genus fuisse, arcanà, & mirificà vi dulcorandi, præditum; præsertim si copiosè aquis inspergeretur. Vis fuit naturalis: si enim una gutta olei, vitrioli, vel sulphuris, integrum vitrum aquæ, acore, & sapore, suò inficit; quidni idem facere potuerit in dulcorandis aquis hoc lignum efficacissimæ virtutis. Licet R. Salomon, & ex eo Abulensis, secus sentiant: hoc lignum fuisse amarum, & mortiferum; quod Deus voluit adhibere ad dulcorandum aquas: ut eò majus esset miraculum, quò amaritudo ejus dulcori magis est contraria; itaque expressior esset typus Crucis, Passionis Christi amarissimæ. Corn. hic.

Misit in illum sal. 4. Reg. 2. 20. Cùm nihil sit, quod aquas magis reddat amaras, & impotabiles, quàm sal, ut ex aquis marinis est manifestum; tamen Elisæus, immisissò in amaras aquas sale, dulces, potabilesque effecit. de Ponte supra cit.

Deduxit eos in nube diei. Pf. 77. 14. Nubes ipsa interdiu solis molestiam repellerebat, nocte verò ignis usum præbebat. B. Theodor. hic.

Aegrotavit Ezechias usque ad noctem. II. 38. 1. Aquila, Symmachus, teste S. Hier. morbum regium dixere. Iussit autem Isaias, ut Scriptura testatur, ut fumerent massam de ficis, & cataplasarent super vulnus. Morbo autem regio, ait Hier. contraria putarim vel sumpta in cibo, vel apposita corpori, quæcunque sunt dulcia, Ergo, ut Dei omnipotentiam demonstraret, per res noxias, & contrarias, sanitas restituta est. de Ponte cit. S. Chryl. in Pf. 148. Postquam miratur alia opera Dei. Imò verò unicus sæpe justus ea perfecit, quæ sunt suapte naturâ contraria: quemadmodum in fornace Babylonica ignis, & urens, & irrorans, simul factus est.

Expuit in terram, & fecit lutum. Jo. 9. 6. & sic sanavit cæcum: cum alioquin lutò oculi excecetur.

Ex Patribus, & aliis.

Sicut contraria contrariis opposita, sermonibus pulchritudinem reddunt; ita quædam non verborum, sed rerum, eloquentiâ, contrariorum oppositione, sæculi pulchritudo componitur. S. Aug. de Civ. Dei l. 11. c. 18.

Palea sic friget, ut fluescere nivem non sinat, sic calet, ut maturescere poma compellat. Id. ib. l. 21. c. 7.

Idem S. Aug. l. 11. de Civ. c. 22. & lib. de Gen. ad lit. c. 17. docet: animalia quæque noxia plura homini afferre commoda: quia ipsum; inquit, aut pœnaliter lædunt, aut salubriter exercent, aut utiliter probant.

Ex

Ex quatuor elementis hoc totum conficitur inter se contrariis, & pugnantibus: & alterum alterum non consumpsit. Unde manifestum est, quod virtus quadam invisibilis hæc cohibet; & vinculum est Dei voluntas. S. Chryl. hom. 10. ad pop. Antioch.

Neque fulgure est quidquam magis igneum; neque aquis est aliquid frigidius: ea tamen miscentur; nec confunduntur; neque contemperantur; sed unaquæque conservat fines suos. Manens enim ignis in aqua, & aqua in igne, magis hæc illum excitat, nec illa eum extinguit. S. Chryl. in Pl. 134.

Sal est in se uno continens aquæ, & ignis, elementum; & hoc ex duobus est unum. S. Hilari. can. 4. in Matth.

Tenebris lux contraria est; amaritudini dulces, & vigilia somno. Qui creavit hæc omnia, nihil reliquit, cui non adjunxerit contrarium. S. Ephrem de morbo lingua.

Quis in his, quæ contraria sunt, & dissimilia; æqualem, ac dissimilem, ordinem perfici attendit; nec continuè cogitat, unam esse virtutem, quæ ista distinguat, atque disponat. Nunquam, quæ sibi per naturam contraria sunt, & repugnantia, in unum per seipsa coirent; nisi præstantior esset, ac Dominus, qui illa conjungit. Sanct. Athanas. lib. contra Gentiles.

Nihil obistere divinæ gratiæ potest, quod minus id, quod voluerit, impleatur: dum etiam discordiæ ad unitatem trahunt; & plagæ in remedia vertuntur: ut Ecclesia, unde metuit periculum, inde sumat augmentum. S. Prosper de voc. Gent. l. 2. c. 33.

In bonis, disponente Deo, id agitur; ut unde in eis extinguendus videbatur, inde in eis amoris ardor acriter inflammetur. Quanto enim Mundi malis acerbius urgentur, quanto gravioribus flagellis atteruntur; tanto ad Dei amorem vehementius accenduntur. Mirare, obsecro, mirare, & vehementer obstupescere; vel quomodo in malis amor Dei deficiat ex beneficio; vel qualiter in bonis dilectio Dei crescat ex flagello. Et quod adhuc est majus, & multo mirabilius: plus fortasse in Martyre amoris flamma convaluit, ex tam acerba pœna; quam potuisset ex qualibet, & quantalibet temporali gloria. Vide, quæso, ta-

le consilium, tam mirandum artificium; Vides, quomodo summus ille artifex peritiam suæ artis ostendit; qui in Electis suis contraria ex contrariis gignit, fovet, & nutrit. Rich. à S. Viç. de Arca myst. l. 2. c. 24.

Semel dixit DEUS, Gen. 1. 6. *fiat firmamentum in medio aquarum*; & permansit, neque deinceps cecidit. Aqua est coelum, & igneus in illo sol, & luna, & sidera. Et quomodo ignea in Aqua currunt? Quis non admiretur aspiciens solis machinam! quàm parvum vas illud apparet; & quàm magnam continet virtutem! In oriente apparet, & usque ad occidentem lumen emittit; ejus matutinos ortus describens Psaltes ait: *& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Psalm. 18. 6. Sanctus Cyrill. Jerol. Catech. 9.

Mirum est, quod in illa ferventis naturæ pervicacia mistas ignibus nives profert: & licet vastis exfudet incendiis, apicis canities perpetua brumalem detinet faciem. Julius Solinus c. 11. de Æthna.

Plinius l. 29. cap. 4. scribit: Varronem prodidisse, aspidum ictus efficacissimè curari haustâ à percussis ipsarum urinâ. additque: constat, contra omnium serpentium ictus quamvis insanabiles, ipsarum serpentium exta imposita auxiliari; eosque, qui aliquando viperæ jecur coctum hauserint, nunquam postea feriri à serpente.

Ut rosa sit odorifera, hinc inde conferenda ei esse alia; quorum acrimonia, & caliditate, excitentur, & acuantur rosæ vires, scribit in Geographicis Didymus l. 2. de nat. plant.

In exortu fulguris è nube S. Chryl. eandem ignis, & aquæ, confociationem suspicit, expendens illud: *fulgura in pluviam fecit.* Psal. 134. 7.

Fontem ad Gracionopolim conspeximus ipsi, in quo ignis admixtus; citra alterius noxam, & oculis, & manibus attréctantes. Raymondus.

Hyemem, & æstatem, incredibili propè spectaculo, conspirari licet in arboribus Peruanis, mediâ parte virentibus, ac fructibus plenis; alterâ dimidiâ parte horridis. Josephus à Costa l. 4. hist. c. 32.

TITULUS XXXIII. CONTRITIO de Peccatis.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Carbones succensi sunt ab eo Psalm. 17. 9. nec tantum succensi; sed & in gemmas divinitus conversi. Sic legimus, S. Vincent. Ferr. duos reos, dum ad supplicium ducebantur, suâ exhortatione ad tantum dolorem ex-

citasse; ut facies eorum in carbones quasi versæ fuerint, itaque expirarent. Cornel. in II. 6. vers. 6.

Ut dolores, ut parturientis. Pl. 47. v. 7. Quid sunt dolores ut parturientis, nisi dolores penitentis? vide ipsam conceptionem doloris, & parturitionis: à timore tuo, inquit II. 26. 18. *concepimus, & quasi parturivimus & peperimus spiritum.* Sic ergo conceperunt re-

ges

ges à timore Christi; ut parturiendo salutem parerent, credendo in eum, quem timuerunt. Ubi parturientem audis, fœtum expecta. Parturit vetus homo; sed nascitur novus homo: *ibi dolores ut parturientis*. S. Aug. hic.

Potâsti nos vinò compunctiois. Pf. 59. 5. Vinum, semper emittendo faces, se purgat; & semper est in motu, & tremore, donec separetur purum ab impuro. Sic compunctus semper est in metu, & tremore; donec separetur ab eo immunditia peccati. Geminiani l. 9. simil. cap. 11.

Inebriabo te lacrymâ meâ. If. 16. 9. Inebriantur Sancti lacrymis compunctionis. S. Thom. hic.

Lucium unigeniti fac tibi planctum amarum. Jer. 6. 26. Amarò quidem luctu configitur cor mulieris, cum unicum filium perdit: quanto magis homo, qui solum unicum spiritum habet, pro quo alterum nequaquam ponere potest, amarò luctu lacrymari debet; quem utique perdit, cum mortaliter Deum offendit, S. Bern. c. 1. f. 12.

Non invenerunt ignem, sed aquam crassam. 2. Machab. 1. 20. Audivimus antè, quia aqua pro igne reperta est: nunc è contrario dicitur; quia per asperionem aquæ ignis magnus accensus est. Ergo & ex igne aqua nascitur, & ex aqua ignis invicem procreatur. Ex igne divini amoris gratia compunctionis oritur; & rursus ex compunctione lacrymarum desiderii cœlestis ardor augetur: alterum siquidem pendet ex altero, & sibimet utrumque invicem præstat, dum & ex amore Dei lacrymarum compunctio profluit; & rursus per lacrymas ad amorem Dei mens nostra ferventiùs inardescit. S. Petr. Dam. opusc. 13. c. 13.

Pedes ejus unguentò ungebat. Luc. 7. 38. Pedes unguimus Salvatoris, cum de peccatis compungimur. S. Bern. f. in festo S. Magd.

Per Benjamin, Apoc. 7. 8. qui doloris, aut diei, aut dexteræ, filium significat, eos accipere possumus, qui per cordis dolorem servantur. S. Andreas Cæsar, Ep. l. 7. c. in c. 7. Apoc.

Cornu, sive filix durissimus, contusus. Lem. *Contritum nive candidius*.

Amoris genius in fornace è pulvere vitrum purum conflatur. Lem: *Puro decor omnis ab igne est*.

Charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Petri 4. 8.

*Noctè sis licet atrior profundâ,
Sis umbræ similis tenebricose,
Fuligo mera sis, merusq; fumus.
Totus ut niteas, micesq; totus,
Cœlo purior albicante cœlo,
Non aquâ puer indiges, sed igne.
Ignem si fugias, fugis decorem.*

Sape diem tacitis, noctemque implere querelis

Me meus ereptò jussit amore dolor.

Siccine, dicebam, sic nos in scepra repolis?

Sic facis æthereis mentibus esse pares?

Ab nimis à prima collectus origine pulvis

*Pulverem genitos esse fatetur humo!
Pulvis eras, pulvisque manes mortalis,
& ipsi*

Nos quoque, nos ipsi pulvis, & umbra sumus.

Ignem lutum sit agente vitrum, ferrumque sit aurum;

Sed fieri cœlum hoc corpus amore potest.

Et fieri mens ipsa Deus. In amore recusas

Vivere? nec cœlum, nec Deus esse potes.

Guilielmus Hesius.

Per virgam Moysis petra dedit aquam. Petra hæc est cor durum hominis: hoc enim si percutitur timore, & amore meo, statim effluunt lacrymæ contritionis, & pœnitentiæ. Nullus sic indignus, nullus sic malus; si vertit se ad me, si passionem meam intimè cogitat, si potentiam meam attendit, si bonitatem perpendit; quod non fluant ora ejus lacrymis, & omnia membra ejus ad devotionem excitentur. l. 1. Rev. S. Brig. c. 35.

§. II.

Contritionis

Motiva intrinseca

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos? Job. 29. 2. Tantis malis oppressus, oculos, cum ingenti dolore, & desiderio, conjicit in pristina sua bona. Quod lamentum optimè servire potest cuivis peccatori, ut respiciat. Nihil est, quod tam summo dolori sit; quam si unusquisque positus sub captivitate peccati, recorderetur, unde lapsus sit; & quod ad corpora, atque terrena, ab illa speciosa divinæ cognitionis intentione, deflexerit. S. Ambr. l. 2. de pœnit. c. 11. Sylv. in Apoc. 2. v. 5. memento unde excideris.

Et malum coram te feci. Pf. 50. 6. quia illum ubique esse noverat, jure coram illo malum se fecisse deplorabat; arguens dementia suam, qui non expavit, tantò Judice præsentem, peccare. Cassiod. hic.

Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Pf. 50. 8. Onus aliud addit reatu suo; ut cum beneficia memorat, culpa semper accrescat. *Incerta & occulta sunt*, quæ Deus illi in Filii sui manifestatione revelavit. Primum, ut agnosceret, eum habere Filium; deinde ut ipsum nosset ex suo semine in carnis assumptione

one venturum; ut Passionis quoque futura prædiceret, & resurrectionis gloriam nuntiaret. Et inde dicit, se non debuisset peccare. O sancta simplicitas! quis tantum suæ defensionis studere potuit, quantum iste in propria condemnatione laboravit? Dicit, post collata beneficia, ad talia se non debuisset pervenire peccata. Cassiod. hic.

Va mihi! quia vacui. l. 6. §. Regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Si ita plorat Propheta; quem non pudeat? quem non poeniteat scelerum; si innumera Dei beneficia recolat. Mendoza 1. Reg. 12. annot. 11. sect. 2.

Petra scisse sunt. Matth. 27. §. 1. O peccator; quid cogitas, petras scissas fuisse: ut velum templi a summo usque deorsum, in divisione animæ sanctissimæ Redemptoris nostri à corpore suo sanctissimo per mortem in cruce? nisi ut scias; nihil efficacius esse ad hoc, ut cor tuum dolore scindatur: quia contra tam benignum Dominum peccasti; quam Jesum Christum mori videre, & omnia ossa illius ita ab invicem disjuncta cernere; ut facile quilibet ad crucem accedens possit illa singillatim dinumerare. Psal. 21. 18. *di numeraverunt omnia ossa mea.* Dicit Contritio peccatoris.

Duo sunt compunctionis genera: unum, quod æternas poenas meruit; aliud, quod de celestibus præmiis suspirat: quia Deum sitiens animam prius timore compungitur, post amore. S. Greg. ep. 23. l. 6.

Compunctionis gratia poenitenti non infunditur, nisi prius ipsa ei peccatorum cognitio monstratur S. Greg. l. 5. in 1. Reg. 11.

Cogita, in Deo tuo quatuor hæc concurrere: scilicet, quod sit Creator, Benefactor, Pater, & Dominus. Ad omnia reus es; plange per singula. Ipse quidem Patrem se exhibuit; confundor audire: si ego Pater, ubi honor meus? S. Bern. l. 16. in Cant.

Considerandum, quid expenditur? quis offenditur? quid magni penditur, & quid parvi penditur? quoniam illud indecenter expenditur; quod nihil pretiosius: ille irreverenter offenditur; quod nihil gratiosius; illud impudenter magni penditur; quod nihil perniciosius; illud imprudenter parvi penditur, quod nihil fructuosius. Quid enim tempore pretiosius? quid Dominò gratiosius? quid legis dissipatione perniciosius? quid divinæ Lege fructuosius. S. Bonav. in Pf. 118.

§. III.

Motiva Contritionem eliciendi.

Unigeniti fac tibi planctum amarum. Jer. 6. 26. Bene dicit unigeniti: quia si mater haberet plures filios uno mortuò, posset de aliis consolari: ita peccator, si haberet plures animas. Broymond Contritio.

Nullus est, qui agat penitentiam super peccato suo dicens, quid feci? Jer. 8. 6. Ingredere intra te ipsum, & dic: quid feci cum peccavi? quid contra Creatorem meum feci? quid contra Redemptorem? quid contra meam animam? &c. de Ponte de perfect. hom. Christiani tomo 3. cap. 3.

Paganth. Sacr. Tom. 1.

Ambulabant in medio flammæ laudantes Deum. Dan. 3. 24. Dicitur, quòd ignis consumpsit vincula puerorum. Per ignem contritio intelligitur. Pf. 38. 4. *in mediis arione meo exardescet ignis.* S. Thomas D. 3. adv.

Vade in pace. Luc. 7. 50. Cur Magdalena mandatur abire in pace sine ullâ impositâ poenâ; cum aliter factum sit Adamo. Gen. 3. 17. Ratio ex ferventi Magdalena contritione. Sit B. latro sine ullâ poenâ volavit ad caelum. Sylvest. hic q. 30.

Mox ut Dominus respexit Petrum. Luc. 22. 61. Petrus de clementia piissimi vultus suscepit imbrem serotinum; lacrymas post peccatum. Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 18.

Vade, et jam amplius noli peccare. Jo. 8. 11. S. Thom. Fœminam adulteram solvit Dominus à culpa, non imponendo illi aliquam poenam: quia cum absolvendo exterius, justificaret interius; bene potuit eam adeò immutare interius; per sufficientem contritionem; ut ab omni poenâ immunis efficeretur.

Non grandis mihi restat via ad te amandum: solum enim opus est, ut curram ad meipsum, scilicet ad compunctionem. Idiota de am. div. cap. 3.

Sicut lignum cedrinum; cum incensum fuerit, odore suo serpentes fugat: sic etiam, ubi cor ardet igne contritionis accensum, omnia fugantur demonia. S. Albert. M. serm. de invent. S. Crucis.

Contritio non in verbis consistit, sed in perfecta cordis conversione; & mox hominem justificat, quibuslibet verbis exprimitur. Publicanus quinq; verbis justificatus est Luc. 18. 13. *Deus! propitius esto mihi peccatori!* David duobus verbis id effecit 2. Reg. 12. 13. *peccavi Domino.* Latro: *memento* Luc. 23. 42. Prodigus: *Pater peccavi in caelum.* Luc. 15. 21. Magdalena, & Petrus, non verbis, sed lacrymis compunctionem exprimunt. Luc. 7. 38. Matth. 26. 75. Marchant. D. 10. Pent.

Quantum si ignis sit peccatum, ex eo vel maxime ostenditur; quòd nec universæ Inferni flammæ, per omnem æternitatem peccato uni admotæ, illud consumunt. Tanta è contra vis est contritionis; ut si omnia omnino peccata, quæ nunc in gehenna puniuntur quidem, sed non absumuntur, in illius ignem inciderent, uno momento abolerentur. Fernandus in Gen. 3. sect. 21.

§. IV.

Requisita ad Veram Contritionem.

Non est in tempore hoc princeps (orat Azarias in fornace) - *neque holocaustum* - *ut possimus invenire misericordiam tuam; sed in animo contrito. Et spiritu humilis animi suscipiamur. Et nunc sequimur te in toto corde.* Dan. 3. 38. 39. Nota, quid, locò sacrificiorum; offerat: animum contritum; sequelam ex corde. Bæza t. 2. l. 6. c. 4. §. 17.

Vade, ostende te Sacerdoti. Matth. 8. 4. Misi eum ad Sacerdotem: ad figurandum, quòd Christianus, quamvis sit per contritionem, & gratiæ infusionem, à lepra animæ mundatus; teneatur tamen congruò tempore, si adfit facultas, se

A 2 2

Sacer-

Sacerdoti novæ Legis ostendere; aperiendo ei cor suum per veram confessionem: quia nec Deus dimittit peccatum, nisi sub hac conditione; ut poenitens proponat confiteri secundum Christi præceptum. Dion. Carth. hic.

Percutiebat pectus suam. Luc. 18. 13. dolore plenum; externoque signò internam contritionem signabat. Barrad. t. 3. l. 4. c. 13. hic D. 10. Pent. Corporis afflictiones fideles indices sunt perfectæ poenitentia. Pectus percussit Publicanus; ut intimam cordis sui imprimat poenitudinem. Quis enim credat, cor esse verè con-

tritum in eo, cui omnia externa sunt integra, & vel à quovis parvo vulnere libera. Baeza t. 3. l. 15. cap. 7.

Sicut morbus, qui in faciem non prodit, & exterius non apparet; aut non est verus morbus, aut levis; Sic etiam spiritus afflictio, nisi exterius in corporis afflictione apparet; vel non est vera afflictio; vel exigua. Prov. 17. 22. *spiritus iristis exsiccat ossa.* Vera contritio, & dolor de peccatis, plerumque saltè lacrymas pro- dit. Diez. fer. 6. D. 2. Quadr.

TITULUS XXXIV. CONVERSATIO.

Vos estis lux Mundi. Matt. 5. 14. Idcirco il- lenos elegit, ut simus quasi luminaria; ut velut angeli versemur cum hominibus in terra; tanquam viri cum pueris; tanquam spiri- tuales cum carnalibus agamus. S. Chryl. hom. 10. in ep. 1. ad Timoth.

In humanis rebus, & in hac peregrinatione, nihil tam efficaciter gerit in se imaginem cœlestis patriæ, quam monastica conversatio, & congregatio divino cultui dedicata. S. Laur. Justin. de monast. Conversat. c. 7.

Maxima pericula, & formidanda, innumeriq;

casus, latent in conversationibus proximorum. S. Laur. Just. ib. c. 22.

Nemo, nisi valde sanctus, absque sui detri- mento, proximorum curis occupatur. Id de ca- sto connub. c. 12.

Ingredimini ad Sæculares, cum eo, quod ipsorum est; sed egredimini cum vestro; dicebat suis S. Ignatius. q. d. initio Sæcularibus vos accommodate; sed sensim, & suaviter altio- ra, & divina inducite, easque figite in eorum cordibus. Corn. in Jer. c. 15. v. 19.

TITULUS XXXV. CONVERSI O. Ad meliora.

§. I.
Figura, & Symbola.

Quid est tibi mare, quod fugisti? *Gen.* Ps. 113. 5. Quid est lugere, & contri- tari, nisi maris tempestatibus agi? quid est gaudium consolationis, nisi fuga maris, & absen- tatio doloris? Impietas enim mare est: dulcem si- quidem aquam facere non potest, sed est aqua e- jus salsa valde, & multum amara; & amaritudo amarissima. Rich. à S. Vict. tr. de exterminat. mali c. 3.

Potens est Deus de lapidibus istis suscita- re filios Abrahæ. Matth. 3. 9. Excitavit Deus filios Abrahæ ex lapidibus; quando multi viden- tes crucifixum, & ruptas petras, crediderunt. Theophylactus hic.

Ite & vos in vineam meam. Matth. 20. 4. Quia ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in juventute, alius in senectute, alius in decrepita ætate, perducitur; quasi diversis horis operarij ad vineam vocantur. S. Greg. hom. 19. in Evang.

Virtus altissimi obumbrabit tibi. Luc. 1. 35. Cum anima devota, vel spe cœlestis præmij, vel timore æterni supplicij, vel tædiò in hac lacrymarum valle diutius conamorandi, mota, ac stimulata, novis inspirationibus visitatur, sanctis

affectionibus inflammatur; & tandem, abjectis veteribus defectibus, novò vivendi proposito, à Patre luminum, spiritualiter spiritu gratiæ fecun- datur: quid aliud agitur? quam quòd superve- niente virtute altissimi, Pater cœlestis divinò quò- dam semine animam gravidam facit, & fecundat. Post hunc conceptum sacratissimum pallet in fa- cie per veram humilitatem in conversione; fastidium cibi, & potus concipit in mente plena- riò mundialium contemptu. Jam anima cum Maria montana ascendere incipit. S. Bonav. tr. de s. perfect. puer. Jesu.

Audivis vocem. Act. 9. 4. Deus in Paulo ostendit typum conversionis peccatorum. Lux enim representat gratiam excitantem; pro- stratio in terram, adversitatem; vox reprehensionem Concionatoris; simulcus conscientia re- morsum. Ananias Confessarium; cœcitas clau- suram oculorum, & animi, ad res terrenas, ac considerationem æternorum. Triduanum je- junium satisfactionem pro peccatis; casus squamarum ab oculis, est depositio excu- sationum; baptismus est poenitentia, & con- fessio; cibus Eucharistiæ frequentatio; ver- fari cum Discipulis, est agere cum probis. Cor- nel. hic.

Occide.

Occide. Act. 10. 13. S. Hieronymus, vel quisquis est author, in Thr. c. 3. cenfet: Petro, quasi Capiti Ecclesie, dictum esse de Gentibus: *mastra, & manduca*: id est, vetustatem eorum contere, & in corpus Ecclesie, ac tua membra, converte. Comparat Petrum leoni, qui quasi rex animalium, ea mastrat, & comedit; & leena; id est, Ecclesie, ea transferit. Unde S. Greg. 18. mor. c. 20. ipsi primo Pastori quasi huius leena ori, dicitur: *mastra, & manduca*. Quod mastratur, à vita occiditur; id verò, quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. *Mastra* ergo, & *manduca*, dicitur; id est: à peccato eos, qui vivunt, interfice; & à seipsis illos in tua membra converte. Corn. hic.

Mortui estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Coloss. 3. 3. id est, per Baptismum, morum conversione, & vitæ mutatione; mortui estis Mundo, Carni, peccatis; imò mortui estis vobis ipsis: quia iam non estis, quod eratis antea. Tunc mors erat, nunc vita. S. Anselmus: mortuus est Saulus persequens Christianos; resurrexit eorum amator: mortua est iniquitas in Saulo; resurrexit sanctitas in Paulo. Sylv. in Apoc. I. q. 74.

Et posuit dexteram suam super me. Apoc. I. 17. id est, crexit me præ timore cadentem, & confortavit me. Id ib.

Immutatio conversionis portio cuiusdam comprehenditur mortis. Tertull. lib. de Trinit.

§. II.

Exempla Converterum ex auditu.

Lavamini, mundi estote. II. I. 16. Hæc verba audiens legi in templo fornicator quidam, compunctus, conversus est; planèque vitam incestam in castam mutavit. Corn. hic.

Subter te sternetur vinea, & operimentum tuum erunt vermes. II. 14. 11. Sæcularis ille, de quo Platus 1. 3. de bono stat. Relig. c. ult. cum in deliciis mollem vitam ageret, ac nullum sibi de conversione verbum fieri pateretur; Religiosus quidam eum comiter invisens, ad extremum in digressu se, inquit, quis post mortem erit lectus tuus? docebit te Isaias: *subter te sternetur vinea, & operimentum tuum erunt vermes*. Qui versus eum ita pupugit; ut iam nihil aliud, quam vermes illos, & tineas, animò volvere posset. Quin etiam, cum molestam hanc recordationem ludis variis, & æqualium sociis, abitergere conaretur; ita nihil proficiebat, ut potius magis, ac magis, insingeretur. Quare hoc reputans: si ipsa cogitatio illius poenæ tam erat intolerabilis; quanto intolerabilior futura erit ipsa poena. Manus denique dedit Deo, seque in religione dicavit. Corn. hic.

Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Matth. 3. 2. Mirus, nomine Babylas, luxuriosè cum duabus concubinis vivebat; agens omnia, quæ illi dæmon suggestisset. Die quadam ingrediens Ecclesiam audivit ex Evangelio: *penitentiam agite*. Compunctus, & templò egressus, concubinis valedicens monachus factus; quò & illa conversæ. Joan. Moschus c. 32. pratit spir.

Beati qui lugens. Matth. 5. 5. S. Simeon Stylita, hac in templo auditæ beatitudinis, ex ovium pastore conversus. Boll. 5. Jan.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Qui amat patrem, aut matrem, plus quam me &c. Matth. 10. 37. S. Conon adolescens hæc ex Evangelis audiens, permotus monasticum habitum suscepit. Boll. 28. Martii.

Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes. Matth. 19. 21. audiens hæc S. Constantius Comes apud Brixiam in Italia, qui primum militiæ operam dedit, cum perpenderet, & opulentus esset; spiritualibus divitiis cepit intendere. Boll. 12. Febr.

Omnia, quaecumque habes, vende, & veni, sequere me. Luc. 18. 22. hæc S. Antonius Magnus, dum tempore Missæ, cui devotè interfuit, decantari audivit, conversus.

Ecce video caelos apertos. Act. 7. 55. Moneta, celebris Bononiæ Doctor, ad capefendum S. Dominici institutum permotus cuiusdam ex eo concionatoris, hæc verba S. Stephani explicantis, voce dicentis: *Ecce nunc caeli aperti sunt volentibus introire; sed mox in æternum claudentur illis, qui hoc vitæ, & bene agendi, tempus neglexerint.* Ità Chronica Ord. S. Dom. p. 111. l. c. 37.

Alia Exempla ex variis.

S. Julianus cum Basilissa desponsatus, & in thalamum sponsæ introductus, miram uterque lihorum, & rosarum in eo hyemali tempore odorati sunt fragrantiam: quæ ita delibuti, ut statuerent, simul virginitatem servare. Mortuis utriusque parentibus, de hereditate monasterium construunt, totosque se dedunt bono animarum. Non erat, qui posset audire verbum de ore S. Juliani, ut aliquam moram recineretur converti ad Dominum; factusque decem millium monachorum Pater. Boll. 9. Jan.

B. Joannes de Deo fundator Ordinis de hospitalitate, concionante Joanne Avilâ commotus, poenitentiam agit publicè, solo sternitur, caput humo, & parieti allidit; capillos, barbâque vellit; saluatim cum clamoribus civitatem ingressus profluto illuditor, sese omnibus expoliat vestibus &c. in acervum lutæ se conjicit; inde egressus, & commaculatus, à pueris lutò; lapidibusque impetitur; trahitur ad hospitale; sæpe manibus, pedibusque, ligatis durè flagellatur; Curatores Nosocomii de variis delictis incusatos asperiores sibi reddit. Avilâ Joannem solatur, acta ejus probat, amentia tandem larvam deponens incipit ministrare infirmis, peregrinationem instituit sine calceis, sine pileo, ac malè vestitus; Granatæ xenodochium instruit, ægros juvat. Boll. 8. Martij.

B. Torellius Puppius Soltarius in Hetruria, mortuis parentibus, piè ab illis educatus, adhæsit parvæ societati, à bono proposito desectens, Animi causâ deambulabat cum suis æqualibus; cum gallus è vicino loco ad brachium ejus advolat, terque canit. Stupuit, & quasi divinâ voce percussus, respuit. Quinquaginta annis in cella, & vitâ solitaria exactis, mors ejus miraculosò campanarum pulsu innotuit. Boll. 16. Martij.

Stultum infirmum solabatur ipsius dominus dicens: *spera in Deo; ibis ad caelum: cui ille semper respondit, nolo illuc ire; à quo cum tandem quæreret, quare nollet illuc ire? respondit: quia volo ire ad Infernum. quare? quia diligo te; & sicut fui tecum in vita, ita tecum volo esse post mortem: &*

quia tu ibis ad Infernum, ita & ego volo, ratione societatis. Cui Dominus: quomodo scis, quod ego illuc vadam? quia tota patria, respondit, sic loquitur, quod sis pessimus homo, & ideo iturus ad Infernum. Compunctus se correxit. Summa prædicant. Conversio.

§. III.

Exempla Conversorum per visum.

CAtharina de Sandaval nobilis, decimum quartum annum jam egressa; formâ, & opibus, clarior; nuptias, quascunque ei Pater suus gereret, velut se indignas, repudiabat. Cum ecce fortuito in effigiem Crucifixi oculos conjicit, cui imminabat titulus J. N. R. J. inharere verbis, quid amabile nomen portenderet? quis Nazarenus flosculus? quæ regis dignitas? quæ cœcitas Judæorum? quid ipse pro se? quid illa hæctenus pro illo? quàm vita ejus dissona à sua? Si omnes, qui fornicantur abs te, Regum optime, peribunt, quò misera deveniam? Teipretò, hostibus adhæsi; profœelus! Hæc inter mirè illustrata, accensa, mutata, pati avida; cum animo mutat vestes, mortificationi sese dedit, precationi per noctes intenta, Carmelitans se adjunxit. Francisc. Ribera l. 3. de vita S. Theresiæ.

Joannes Roberti in historia S. Huberti narrat: illum, cum famulorum, & canum, grege ad venationem profectum, insignis magnitudinis cervum vidisse; in cujus cornuum medio apparuit Crucifixus, qui dixit: Quamdiu, ô Huberte! quamdiu in captandis feris occupabere? sempërne ignorabis? te ideo esse conditum, ut Deum tuum cognoscas, illum ames, eoque in æternum potiaris? Ecquid ergo saluti tuæ concessum tempus ita nullò tuò commodò, profundis? Cecidit Hubertus cum Saulo exclamans: Domine, quid &c. Ad Lambertum missus pro Catechesi.

In annis Collegij Monasteriensis An. 1599. Acatolica mulier Mundo muliebri addicissima, duos filios disciplina nostræ tradiderat: qui videntes matrem ad speculum seie curiosius comentem quotidie, Crucifixi iconè materno speculo appenderunt. Quò spectaculo illa permota, atque in Salvatore vulnerato, quasi in crystallo, fœditatè suam conspicata, vitæ prioris pertæsa, hæresim ejuravit, morèsque composuit.

S. Fulgentius Ruspensis Ep. nobili genere ortus in juventute Præfecturam Sæcularem adeptus; dum monasteria frequentiùs visitat, morès religiosos observat; in hæc verba prorupit: cur, obsecro, sine spe futurorum bonorum laboramus in sæculo? quid aliquando nobis præstare poterit Mundus? Si gaudere desideramus, (licet meliùs sit bene flere, quàm malè gaudere) quantò meliùs tamen gaudent, quorum sic in Deum tranquillà est conscientia; qui nihil timent, nisi peccata. Imitemur tam laudabiles viros; abjiciamus pristinos morès; & mutemus labores. Nitebamur priùs inter amicos nobiles; nitamur modò inter servos Dei pauperes effici pauperiores. Si coacti sumus exigere debitores, conemur modò convertere peccatores. Monachus factus matrem ante monasterium ejulantem, non audit &c. Boll. l. Jan.

S. Liberata, & Faustina, virgines sorores nobili stemmate ortæ viderant mulierem quandam inconsolabiliter conjugis mortem lacrymantem: statuerunt igitur à conjugio abstinere, & sanctius vitæ institutum arripere. Boll. 18. Jan.

Dositheus, cum juvenis eslet mundo deditus, conversus est, visâ picturâ infernalium tormentorum. Boll. 23. Febr.

B. Jacoponus, in Sæculo vir nobilis, Juris Doctor, celebrisq̃ue Causarum Patronus; sed superbus, avarus, & vanitatum Mundi mancipium: cum uxorem suam in ludis publicis ruinâ theatri oppressam, asperò ad carnem cilicidii indutam, deprehendisset; tam subito ejus casu, quàm asperitate vitæ, compunctus, Sæculo valedicens, ordinem S. Francisci ingressus, mirus exiit sui, vanitatumque, contemptor. Annò Domini 1300. Raderus in vita.

Aderat morienti homo nobilis, at libidine infamis. Hic inspectâ viri sancti sub mortem horribili lucâ, tanquam si in imagine arcani judicij actionem vidisset; summum repente sensit dolorem, ob vitæ prioris impuritatem. Nec differenda ratus sanctiora consilia; Sacerdotem, qui moribundo adfuit, mox à funere abduxit, & magnâ vi lacrymarum peccata expunxit. Drexel. tribo. Chr. l. 2. c. 5. §. 2.

Refertur de Concionatore Franciscano Parisiis, qui solebat quotannis egredi ad quandam civitatem, causâ prædicandi in Quadragesima. In illa civitate innotuit Domicella, non integræ famæ; interdum eam invisibat; eâ spe, ut eam à dissoluta vita retraheret; licet parum proficiens. Sub finem Quadragesimæ ei valedicens, ab ea rogatus est: ut proximâ vice, cum rediturus esset ad conciones, speculum ei adferret, qualia multa essent Parisiis. Ille se facturum promisit. Cumq̃ reverteretur, convocatâ omni familiâ, obtulit ei domicellæ alterius calvariam dicens: speculum petisti. En tibi clarissimum speculum, caput talis Domicellæ N. quæ paucis abhinc annis talis erat, qualis tu modò leviuscula in lusuibus, & tripudiis. Et talis tu brevi eris, qualis illa nunc est. Hòc aspectu, & commonitione, compuncta dimisit vana, seque correxit. Henric. Jonghen in Dedic. Ecclesiæ S. J.

§. IV.

Conversi ex devota lectione.

Incidit, ut diceret Politianus, nescio quando se & tres alios contubernales suos, nimirum apud Treviros, cum Imperator pomeridianò Circensium spectaculo teneretur, exiisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, ut fortè combinati spatiantur; unum secum seorsum, & alios duos seorsum seorsum, pariterque digressos; sed illos vagabundos irruisse in quandam calam, ubi habitabant quidam servi Dei; & invenisse ibi scriptam vitam Antonij. Quam legere cepit unus eorum; & mirati, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam; & relicta militiâ sæculari servire Deo. Conjecit oculos in amicam, & ait ei: Dic, quæso te, omnibus istis laboribus nostris, quò ambimus pervenire? quid quærimus? cujus rei causâ militamus?

majore esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile? plenumque periculis? & per quot pericula pervenitur ad grandis periculum? & quamdiu istud erit? amicus autem DEI, si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turgidos parturitione novae vitae reddidit oculos paginis; & legebat, & mutabatur intus; jamque Dei ait amico: ego me jam abrupti a spe nostra, & Deo servire statui; & hoc ex hac hora, in hoc loco aggrediar. Te si piget imitari, noli adversari. Respondit ille: Adhaerere se socio tantae mercedis, tantaque militia. S. Aug. Confessionum c. 6.

S. Fulgentius, lecto S. Augustini in Pl. 36. Commentario, ad aeternitatem beatae, Dei que amorem, adeo exarsit; ut se Deo in Religione transferiperit. Sarius vita c. 3. 1. Jan.

De S. Cleophilus Rege, dein Monacho in Anglia Boll. de 15. Jan. cum esset egregie doctus, V. Beda historiam Ecclesiasticam a se conscriptam illi legendam obtulit; cujus lectione se ad regnum abdicandum excitavit: cum videret, res humanas, & regna, cum labore perquiri, cum timore possideri, cum dolore amitti.

§. V.

Conversi aliis modis, & viis, mirabiliter.

ET venient ab Oriente, & Occidente. Luc. 13. 29. Per orientem designatur ortus Nativitatis; per occidentem occasus mortis: per aquilonem, qui est ventus duissimus, duritia adversitatis; per austrum favor, & lenitas, prosperitatis. Itaque spiritualiter ab Oriente veniunt, qui consideratione suae Originis convertuntur; pensantes illud Job. 14. 1. *homo natus de muliere &c.* Ab Occidente veniunt, qui mortis memoria, iudicii metu, Inferni formidine, convertuntur; pensantes illud Hebr. 10. 31. *Horrendum est incidere in manus DEI viventis.* Ab aquilone veniunt; qui necessitate urgente, vel adversitate monente, compunguntur, & redeunt ad salutem; de quibus ait Salvator Luc. 14. 23. *compelle intrare.* Ab austro, qui, ardentibus prosperis, nihilominus Deo inhaerent. Dion. Carth. hic.

Ego sum Jesus Nazarenus. Act. 22. 8. Mirabilis Saulis interrogatio! mirabilior Domini responso. *Ego sum Jesus.* Quis non expectaret hic illas antiquas Domini amplitudines: *Ego sum Deus Abraham &c.* Non. Sed *Ego sum Jesus Nazarenus.* Et sic legit in praesenti Lectio Syra, & Graeca. S. Jo. Chryf. in Pl. 50. ad ea verba, *secundum magnam misericordiam: Ego sum,* inquit, *Jesus Nazarenus, quem tu persequeris.* O ineffabilis sapientia Domini! quare non dixit: *Ego sum Filius DEI?* ego sum in principio verbum? ego sum, qui in dextera Patris sedeo. Quare non dixit magna illa, & admiranda praeconia? Sed quid illa benigna pietas, & ineffabilis elementia? *Ego sum Jesus Nazarenus.* de inferiori, & humiliiori loco, de parva civitatula. Infimi generis, & inferioris nominis, argumenta pro-

duxit, ut teneat Paulum fugientem; quod de paupere matre, & ignobili Nazareth civitate, natus sit. Quae quidem quanto inferiora sunt, tanto majorem Domini benignitatem ostendunt. Arcones in ll. 1. Disc. 1.

Diocletiano Aetiam adventanti nobilis femina Ethnica occurrit, filium suum Ephyfium ad militaria stipendia offerens; quem mox Diocletianus magna exercitus parti praefecit, jubens in Italia Christianos persequi. In itinere ipse, militesque, ingenti tonitruo perterriti; Ephyfius autem vocem audit caelestem, visam crystallinam in aere cruce: *Ego sum Christus Filius DEI, quem tu persequeris.* Ephyfius ab hac hora vas electionis eris. Proxima inde nocte ingressus Cajetam, crucem sibi ex auro curat: noctu miraculose tres insculpuntur imagines, suo nomine descriptae; in cujus titulo Emmanuel, dextro cornu Michael, laevo Gabriel. Artifex timens additum aliquid praeter Ducis mandatum, formas eradere nequicquam conatur; quam repenti dixit, quid factum sit. Laetus ille accipit, per idem tempus contra hostes Romanorum moturus, a turbis remotus crucem suam adorat, petens a Christo auxilium. Cui ille: ne timeas Ephyfius; viriliter age: ego enim tecum sum Dominus DEUS tuus. Quo factum ad milites accedit, animat in praedium, conflagrat; cadunt ex hostibus duodecim millia, mille ex suis desideratis. Suscipit Baptismum; Divinarum studio se applicat, Christum praedicat; Diocletiano scribit, se Christianum; illum de cultu idolorum arguit. Idem matri nuntiat, quae in oculum Diocletianum animat. Mittit Diocletianus Julium militem, qui eum, nisi Christum deserat, crudeliter occidat. Hunc ille honorifice excipit, Diocletiani mandata spernit, blanditias, & promissa, respuit. Comprehenditur, fustigatur a sedecim militibus, ferreis uncis dilaniatur, discerpiturque, continuo orans. In carcere apparentibus Angelis non credit, nisi se muniant cruce; quibus cognitis indignum se reputat tanta gratia, a Christo ipso sanatur, & roboratur. Torus sanus ad tribunal adductus cum esset, stupente populo, Judex proclamatur, a diis sanatum, & plasmatum. Ephyfius provocat ad aedem Apollinis, quam everte eum idolis. Judex febre correptus substituit Flavianum; qui, blanditiis nihil proficiens, gladio truncare conatus; gladius ei excidit, ut amplius illum non posset erigere. Mimitanti gravissimè Ephyfius ait: regnabo cum DEO mox in aeternum; & tu miser cruciaberis cum diabolo sine fine. Crudeliter dein torquetur duabus horis; in fornacem ardentem injicitur illatus, combustis satellitibus. Multi convertuntur. Plectitur capite Boll. 15. Jan.

S. Alexander Acemetus Abb., ne Episcopus fieret, profugiens incidit in latronum latibula, in quibus Dux latronum manebat; qui triginta habebat socios sceleratos. Ille precatus a Deo animas eorum, exauditus est: nam latronem mysteria fidei docuit, baptizavit; baptizatum interrogat, an quidquam a DEO petierit baptizandus? petii, inquit, ut DEUS brevi animam meam suscipiat. Elapsa una hebdomada poenitens pie obit.

obiit. Illius exemplò triginta focii permoti, & ipsi petierunt baptismum; impetratò, latrocinii domum in monasterium convertunt, sanctè, & monasticè viventes. Boll. 15. Jan.

S. Ardelio, nimis insignis Maximianò Imperatore, Christianorum in martyrio constantiam per ludibrium exprimebat. Suspendus quasi nollet diis sacrificare; spectatoribus, ejus tolerantiam laudantibus, voce magnà silentiò indictò, dixit: nolite arbitrari, me jam ludicrè agere: ego enim Christianus sum. Praeses consternatus, cum frustra suaderet mutare mentem, in rogum ardentem injici jussit; in quo martyrium consummavit. Talis fuit; de quo 27. Febr. Boll. S. Gelafus, seu Gelafinus, conversus, cum baptismati Christianorum illuderet. Talis Genesius, qui Romæ mysteriis Christianorum illudens, conversus, & martyr fuit. 25. Aug. Boll. 14. April.

S. Petrus Gonzalez, natus nobilibus, & divitibus, parentibus; Canonicus, mox Decanus factus; die Nativ. Dom. dum per frequentem urbem juveniliter equitando se jactat; in cœnum excussus, risu explosus est. Plenus verecundiâ hæc locutus: quandoquidem Mundus me sic illudit; ego quoque illum, tanquam fallacem, sumptâ vindictâ, irridebo; neve iteratò illudar, vitam in melius commutabo. Fit Religiosus Dominicanus, egregiè proficit, Theologiâ absolute fit fervens Concionator. Boll. 15. April.

Cum Juvenis Dilingæ in theatro Peccatoris ad DEum serò conversi, & vitæ antea dedita dederat desentis, personam ageret; divinò instinctu se sensit veris lacrymis superfusum. Ergo ream conscientiam coram Deo, Deique Matre, affluenter deploravit, post Scenam absconditus. Inde illæ bonæ scintillæ ita crevere; ut ad obunda S. P. Exercitia se contulerit, societatem competierit, & impetraverit. P. Nadasi ann. rer. memòrab. 2. Julii.

§. VI.

Conversio peccatorum grande miraculum.

TITULUS Pf. 44. 1. *Pro iis, qui commutabuntur, filius Core, ad intellectum, Canticum pro Dilecto, V. Beda:* Titulus sic est construendus: Canticum istud cantatum pro Dilecto: id est, ad honorem, & laudem, sponsi specialiter dilecti, propositum filiis Core; pro iis, qui commutabuntur, id est, causâ commutationis factæ in seipsis ad intellectum, scilicet ut intelligant, & se commutatos, & commutationem esse non ex se, vel aliunde; sed per Dilectum, &c. Arcones in Jos. 1. Disc. 5.

Miserere mei DEus secundum magnam misericordiam tuam. Pf. 50. 1. Magnam petit misericordiam, quia non petit auxilium ad patranda miracula naturæ, sed gratiæ; de quo auxilio solum dicebat alius Marci 9. 21. *si quid potes, adjuva nos, miserere nostri.* Baeza t. 3. l. 14. c. 1. 22. §. 2.

Admirabilis, Il. 9. 6. Dicitur admirabilis in conversione nostræ voluntatis; quæ muta-

tio est solius dexterae excelsi. S. Bern. h. 10. in pravis.

Vidit homines sedentem in telonio Matthæum nomine. Matth. 9. 9. Cur vocatio Matthæi recensetur post sedatam tempestatem, demones pulsos, paralyticum sanatum? Resp. Glossa: Matthæus refert vocationem suam inter miracula. Sylv. hic.

Qui non accipit crucem suam. Matth. 10. 38. Quod majus miraculum? quàm ad fidem Christianæ Religionis venire Judæum, vel Paganum? quod majus miraculum, quàm cum in mentibus eorum, qui convertuntur, & respiciunt à malis, assuetus amor vertitur in odium eorum, quæ tantâ tenacitate dilexerat; & odium poenalicatum, & cruciatuum corporis, vertitur in amorem insolitum contra tenerum sensum; & placitum in displicentiam, & displicentia in placitum, venit; secundum ineffabilem mutationem, & distributionem illius, qui semper in factis suis est miraculosus, & mirus. O quàm horrenda castitas videbatur luxurioso, humilitas superbo, patientia iracundo, amor communis invidio, labor acedioso, paupertas, & largitas avaro, abstinentia guloso! Deridebat hæc in animo amplectentium hanc vitam. Ecce, quæ amabantur, venerunt ad fugam, & odium; & quæ odio habebantur, summò amore, quaeruntur. Sim. Cass. l. 8. c. 27.

In nomine meo demonia ejicent. Marci 16. 17. Spiritualiter demonia ejicit, qui peccatorem, mortalibus vitiis irretitum, convertit; ita ut sit templum Spiritus sancti, qui paulo antè vas erat diaboli. Novis linguis loquitur, qui solita vaniloquia, scurrilia, vitiosaque, verba devitans, incipit loqui salutaria, DEum laudare, proximum informare, jugiter orare. Serpentes tollit, qui diabolicas suggestiones, & venustas tentationes, supplantat &c. Dion. Carthuf. in Marcum cap. 16. 17.

Ecce mulier. Luc. 7. 37. Praestantius argumentum est, Christum esse DEI Filium, quòd convertit ad se peccatores; quàm quòd mortuos suscitaverit. Luc. 7. 15. Adolescens à Christo suscitatus mox reddidit matri suæ. Jo. 11. 44. Lazarum suscitavit, & mox ait discipulis: *Solvite eum, & finite abire.* At Zachæum Luc. 19. convertens, cum ipso manet; & probabiliter Zachæus secutus est Christum. Cur mortuos suscitatos dimittit, peccatores autem conversos apud se retinet? ut sint Christi Deitatis argumentum. An non resurrectio mortuorum Deitatem Christi declarat? ita planè; sed conversio peccatorum mirabilius adhuc manifestat. Escob. l. 3. colloq. Chr. part. 2. sect. 3. obs. 1. Querit S. Chryf. hom. de Latrone: cur Christus in cruce audiens istud opprobrium: *Si Filius DEI est &c.* Cur tunc Christus D. non fecerit aliquem mortuum adduci, ut eum in hostium conspectu ad vitam revocaret? & aperit se Filium Dei ostenderet? respondet: Latronis mentem averfam voluit commutare; ut ex omni parte ejus Divinitas sentiretur. Id. ib.

Admirata sunt turbe. Luc. 11. 14. Mirantur; cum demoniacum in corpore sanat; magis miram, cum dæmonem ejicit ab anima, &

& iustum facit. Hoc potentia Divinae majus opus, quam creatio. Unde canit Ecclesia: *DEUS, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas.* Stella hic.

Hoc initium signorum. Jo. 2. 11. Initium in aqua in vinum, Christi virtute, conversâ: ut hoc primum, & tanquam vitæ agendæ, initium exigere videatur; animas nostras ad meliora converti. Sim. Cass. lib. 5. cap. 2. v. 7.

Lazare veni foras. Jo. 11. 43. Hæc vox Filii DEI signat magnam gratiam ejus, qui vocat peccatorem interius, per occultam inspirationem dicens: *veni foras*; id est, confitere peccata tua Sacerdoti. Haymo hom. in octava Paschæ.

Constat, quia majus est miraculum, prædicationis verbô, atque orationis solatiô, peccatorem convertere; quam carne mortuum suscitare: in ipso enim resuscitatur caro, iterum mortuura; in illis verò anima in æternum victura. S. Greg. 1. 3. c. 17.

§. VII.

Quorum Conversiones sint difficiliore.

Num. I.

Doctorem.

Eccæ Magi venerunt ab Oriente Ferofolyam. Matth. 2. 1. De Pastoribus non dicitur id cum admiratione. Luc. 2. 16. Cur mirabilior Matthæo visa submissio, & conversio regum, quam veneratio opilionum? Resp. dicere vult Matthæus: cum plaulu celebrate miraculum, quod sapientes dedoceri, quod magi converti, & revocari à suis erroribus sunt passi: non tam novum hoc reputatur in pastoribus. Nam quod homines rudes, amusi, rustici, instrui se sinant, non multum habet admirationis; verum quod sapientes imbui toleret; quod doctus sit quis, idemque docilis; novum hoc, & perquam mirum est. Did. Niss. in Phœn. Græc. 1. 2. c. 1.

Exibat ad eum Ferofolyma, & omnis Judæa. Matth. 3. 5. Et Luc. 3. 10. 12. 14. *interrogabant eum turba &c. Venerunt autem & publicani &c. interrogabant autem eum & milites.* Videns verò sanctus Præcursor, & Sadducaos, & Phariseos, emendandæ vitæ cupidos ad se venire; cum ingenti admiratione eos asperis verbis appellavit Matth. 3. 7. *progenies viperarum! quis demonstravi vobis fugere à ventura ira?* Novatimus: non miratus est, quod alii ex populo accederent. Difficile videbatur Joanni, salutis viam didicisse Sadducaos, & Phariseos; quia aliorum doctores erant. Hinc est, quod ad Deum citius idiotæ convertantur, quam scioli; & qui sibi sapientes esse videntur. Did. Niss. in Phœn. Græc. 1. 2. c. 1.

Quod si salvanuerit, in quo salietur? Matth. 5. 13. S. Hier. Si Doctor erraverit, quò aliò doctore emendabitur? Denotatur per hoc non impossibilitas, sed difficultas. Observat Albert. M. quod Christus nullum alium tra-

xit ad se per tam longam sermonem, ut Nicodemum Jo. 3. 1. &c. Unò verbô vocavit pificatores. Matth. 4. 19. Erat scilicet Nicodemus magister in Lege, senio confectus in suis opinionibus. Sylv. hic. q. 7.

Quærit S. Jo. Chryf. 1. 2. c. 1. cur Paulus, cum initio Saulus vocaretur, post conversionem, mutato nomine, appellatus fuerit Paulus; qualem se in omnibus epistolis suis vocavit: *Paulus servus Jesu Christi; Paulus Apostolus Christi*; ab ea nuncupatione literas suas, præter ultimam, omnes orditur. Cur Spiritus sanctus ei nomen suum permutavit? Resp. Chryf. quemadmodum Dominus, qui servum mercatus est, ostendere volens, se Dominum servi, nomen illius mutat; ita & Spiritus S. fecit; ubi Paulum captivum accepit, vocabulum ejus mutavit; ut etiam inde disceret Paulus; se habere Dominum: nominum enim impositio, Domini signum est, & præcipuum. Hæc ille de conversione Pauli. Nota hic illa verba: ut etiam Paulus disceret, se habere Dominum. Quis erat Paulus, ut ad eum modum erudiendus esset, esse alium, qui illi imperare posset? fuitne princeps, rex, Monarcha? palam est, nihil horum fuisse. Erat sapiens, doctus, eruditus. Ipse fatetur Act. 22. 3. *eruditus juxta veritatem paternam Legi.* Et ad Gal. 1. 14. *proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos.* Gloriosior triumphus est, qui de convertis doctis agit, quam qui de superatis regibus reportatur. Columba simplex revertitur in arcem; non corvus; qui, teste Farnesio, Mercurii ales. Did. Niss. in Phœn. Græc. 1. 1.

Num. II.

Principum, & Potentium.

Steteruntq; Sol, & Luna. Jos. 10. 13. Innumera penè miracula DEUS fecit per viros justos; hoc tamen super omnia Scripturæ, & doctores extollunt. S. Chryf. hom. 27. in ep. ad Hebr. ille, qui deortum erat, superioribus imperabat. Hoc etiam illo opere Moyfi majus est. Quid ita? non enim æquale est, mari imperare; & eis, qui in celo sunt. Magnum quidem illud est, & valde magnum; veruntamen nihil simile. q. d. difficillimum est, principes viros ad virtutem inflectere, & præstandum obsequium DEO: Celeberrimum hoc est miraculum, longeque mirabilius; quam si multitudinem pauperum ad vitam ducas. Pinna in Eccl. 13. Ethol. 246.

Quingue Satrape Philistinorum videntur, & reversi sunt in Accaron. 1. Reg. 6. 16. Hi ita suis erroribus excoecati erant; ut videntes sanctitatem arcæ, tantis prodigiis confirmatam, adhuc nihilominus, non ad Bethsames domum solis pergerent, se Deo in perpetuum servitutem tradituri; sed ad tuas tenebras, & idololatriam, redirent. Dion. Carth. per quinque Satrapas istos ritè designantur filii sæculi, nobiles, & potentes secundum carnem; delectationibus quinque sensuum dediti; qui, etsi audiant verba Dei, videntque exempla justorum, & miracula omnipotentis agnoscant; raro tamen, &

pauci, convertuntur ad Dominum. Mendoza in 1. Reg. 6. v. 16.

Velum templi scissum est. Matth. 27. 51. Quid tunc? Centurio, & qui cum eo erant custodientes Jesum; visò terra motu, & his, quae fiebant, timuerunt valde, dicens: *verè Filius DEI erat iste!* Quid Principes Sacerdotum? *Illudentes cum scribis, & senioribus, dicebant: alios salvos fecit, seipsum salvare non potest.* Theophylact. Centurio, homo Ethnicus, signis credit cum his, qui secum erant; Judæi autem, qui Legem, & Prophetas, audierant, increduli manent. Naxera in Jos. 16. §. 14.

Num. III.

Aliorum.

Magi Matth. 2. 2. qui prodigia non viderant, vel unicum stellæ miraculo percussi; at sacerdotes miraculis asueti, nec sole miraculose eclypsato, percelluntur. Luc. 23. 44. Naxera in Jos. 16. §. 14.

Superbus homo difficulter corrigitur: cibus enim, in quo nimis est de sale, quasi perditus est. Sed non ille, in quo parum est; quia potest apponi. Sic homo superbus, qui nimium habet de sensu, non est flexibilis. Geminiani l. 9. *similit.*

§. VIII.

Motiva

Convertendi peccatores.

Ex Veteri, & Novo.

E*Duxit me de lacu miseria, & de luto scæcis, & statuit supra petram pedes meos.* Pf. 39. 3. Prius de luto pravitatis educitur; ut ejus pedes per fidem in petra solidentur: Sed quia rectam fidem recta subsequi debet operatio, gressus ejus directi sunt; ut post directionem gressuum, id est, post perfectionem boni operis, in ore acciperet etiam novum Canticum prædicationis. S. Greg. in Ezech. hom. 9.

Sicut turris David collum tuum. Cant. 4. 4. Collum caput, & membra, connectit. Unde per collum designantur, qui vel prædicatione, vel adhortatione, alios convertunt, & Capiti Christi jungunt. Rich. à S. Vict. hic.

Ideo missus sum. Luc. 4. 43. Prophetam missum viduæ de gentibus, divinum dicimus esse sermonem, ac prædicatorem; qui semper mittitur animæ, quam ab æterno prædestinavit omnipotens; ut pascatur, non necessitatis pane, sed conversionis delectatione. Nam sicut cibus Christi est, ut voluntatem Paternam perficiat, Jo 4. Sic & omnium prophetarum &c. est cibus; ut hi, ad quos mittuntur, illam inculpate perficiant. Sed primo petitur aqua in vase; lacrymæ scilicet in mensura, pro compensatione delicti. Sim. Cassi. l. 9. c. 12.

Esca justorum, est conversio peccatorum; de qua dicitur Jo 6. 27. *operantur non cibum, qui perit; sed qui permanet in vitam æternam.* S. Greg. moral. l. 31. c. 22.

Quos iterum parturio. Gal. 4. 19. Natus semel illos parturierat in prima conversione. Unde conversio hominis partus dicitur. Job 39. 3. *incurvantur ad fœtum, ut pariant.* S. Thom. hic lect. 6.

Ex Patribus.

Gaudium, quod percipimus, quando alii qui ex eis correcti in melius commutantur, & Sanctorum societati copulantur; nulli gaudio in hac vita, comparari potest. S. August. ep. 141.

Est maximum, & perfectissimum, bonum; quando à male faciendo, & à re male gerenda, ad virtutem, & bonam actionem, possit quis aliquem traducere. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Quis unquam ambiget? supremæ dilectionis esse; omni studio, atq; operâ, ad cognitionem veritatis, & obsequium Dei, errantes homines revocare. Id. l. 10. c. 25.

Pascit sanctos Doctores, quodammodo & Angelos, qui convertit se à peccatis. Linteum Petri. V. Beda in Levit. c. 4.

Hoc habent in virtutibus proprium, qui verè Christiani sunt: quod omnes velent ad Christum converti; & gaudent de conversis, & dolent de averfis. Sim. Cassi. l. 9. c. 18.

Miscellanea de Conversione.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum &c. Matth. 16. 24. Semetipsum abneget, qui mutatur ad meliora; & incipit esse, quod non erat. S. Greg. in Ezech. hom. 10.

Exiit primo mane &c. Matth. 20. 1. Nulla non hominum ætas apta conversioni. Prudentissimè primâ horâ, id est, in pueritia ad propriam vineæ culturam properabis: qui præcoces fructus expeit; qui ait: *Snite parvulus venire ad me.* Matth. 19. 14. At si pueritiam possederit otiositas; adolescentia ligonem accipiat, Flores ætatis immaturos, & acidos fructus parturiere? virilis ætas maturos exponat. Maturi fructus maturam decent ætatem, ais? saltem ergo in senectute ad operationem vineæ perge. An putas, patremfamilias circa undecimam horam exiturum fuisse, si inepta ad conversionem, vel decrepita ætatis infirmitas? *Ite & vos in vineam meam.* q. d. vel in ultimis respicite. S. Fulgentius ep. 7. c. 10. Si aliquam ætatem judicaret Dominus conversionis remedio ineptam, non diversis temporibus operarios vocaret ad vineam: in diversitate quippe horarum accipitur ætatum diversitas. Ecclæ. 3. 1. *Omnia tempus habent.* Dictumne uspiam, tempus poenitendi, & tempus non poenitendi? S. Fulgent. cit. c. 9. semper DEUS delectatur conversione nostrâ; nec tempus hujusmodi, quamdiu in hac vita est, posuit, quò propitiari conversio non possit. S. Chryl. hom. 2. in Pf. 50. Occidisti? poenitere: vulneratus es? adhibe tibi curam; dum vivis, dum spiras; etiam in ipso lecto positus; etiam si dici possis exanimatus. Non impeditur temporis angustia misericordia Dei. Escob. 1. 5. parab. Chr. sect. 4. obf. 3.

Primo

Primo manè circa horam tertiam. Matth. 20. Orig. hom. 10. in Matth. dies hujus sæculi spatium est; qui quidem dies nobis longus videtur; sed si cum æternitate comparetur, est brevissimus.

Percutientes pectora sua. Luc. 23. 48. Percussio illa pectorum non erat emendatio; sed solidatio scelerum, ubi per fidem non convertebantur ad CHRISTUM. Revertebantur ad domos, non autem ad se ipsos. Revertebantur ad domicilium proprium; sed non

revertebantur ad Dominum. Sim. Cass. lib. 13.

Facilius inveni, qui innocentiam servarent; quam qui congruè poenitentiam egerint. S. Ambr. l. 2. de poenit. c. 10.

Nunquam est sera conversio. Lætro de cruce transit ad paradysum. Nabuchodonosor rex Babylonis, post efferationem corporis, & cordis, & belluarum in eremo convictum, mentem recepit humanam. S. Hier. ad Lætam de instit. filia.

TITULUS XXXVI. CONVIVIA.

§. I.

Sint frugalia, sancta.

Ex Veteri, & Novo.

SIC autem comedetis illam: *renes vestros accingetis.* Ex. 12. 11. Accinctos jubet Legislator accedere ad mensas. Hòc habitu potius bellaturis incedere conveniret: Quia comelturi potius corpus laxare, & curare solemus. Docet ad mensam accedendum cum moderatione, & parsimonia. Pinna in Eccl. 13. Ethol. 254.

Si quando habebitis epulum, & dies festos; cunctis diebus &c. Num. 10. 10 &c. Cur DEUS, tam tempore belli, quam pacis, & epuli, vult cani tubis? Cùm ad mensam, ad epulum, itur; certamen nobis indicitur contra gulam, & intemperantiam; proinde si moneremur his verbis: tuum hic hostem invenies cerò. Vide, virum te geras; dimices, vincas. Drexel. Aloe, seu de jejuniis l. 2. c. 2.

Coram Domino epulaberis tu, & domus tua, & Levita, qui intrà tuas portas est: cave, ne derelinquas eum. Deut. 14. 26. 27. Ad convivia olim invitari debebant Sacerdotes, & Levitæ; ut in modestia invitatos suò exemplò continerent. Marchantius D. 16. Pent.

Bibebant vinum, & laudabant deos suos. Dan. 5. 4. Hæc agebantur, non in coenula religiosi, sed regio convivio Balthazaris. O quam religiosior est interdum superstitio, quam religio! impii in convivio deorum recordantur ligneorum; nec recordantur solum, sed eos laudant: Christi Sacerdotes nonnulli utinam DEUM laudare non fallidant vel inter choros psallentium Deo! Illi meminerunt idolorum in mensis; nbs mensarum recordantur in aris. Oliva l. 9. Strom. hic.

Non legitur, Christum manducasse cum principibus, & potentibus sæculi; sed cum peccatoribus, & publicanis. S. Eligius hom. 13.

Hoïpes, & egenus JESUS, acceptabat oblata suffugia, semper intendens animicapium exercere: nam & illas ubilibet modis omnibus venabatur. Sim. Cass. l. 9. c. 29.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Ex Patribus, & aliis.

Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægulletur: ita iurantur; ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: ita fabulantur; ut qui sciunt, Dominum audire. Tertull. adversus Gentes de Christianor. conviviis.

Epulis vestris interfit Christus; in facie prandeatur authoris; honestate convivij natura ipsa, quæ nos producit, honoretur. Lætitia mentis vestrae peringat ad pauperes Christi. Familia vestra innocentia tripudiet disciplina. Absit ebrietas, luctus abscedat, fugetur effusio; salutaricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, naufragium ventris, cum Herodidis convivio abscondatur. S. Chryl. hom. 16. in Matth. 15.

Post sensibilem mensam, cum hinc abieritis, apponite & spiritualementem mensam. Et dicat quidem vir aliqua eorum, quæ nunc hic sunt dicta: audiat autem mulier, discant pueri, discant familiares; fiatque domus Ecclesia. S. Chryl. tom. 1. in Gen. hom. 2.

Augustum trinis tantum ferculis exhibuisse convivium, testis est Suetonius c. 14. aut, cum abundantissimè, senis. Quæ doctis colloquiis temperabat.

§. II.

Convivia vitiosa carpuntur.

Sabbatha mea custodite. Levit. 19. 30. Contra hoc mandatum aperte faciunt, qui maxime in festis diebus operibus diaboli, scilicet commensationibus, & potationibus, & choreis, & hujusmodi, vacant; potius festa Baal, quam Domini; celebrantes. Deus Bel tot; & tanta comedit. Dan. 14. Hugo Card. in Levit. hic.

Absolon per convivium, & simulativè se regem contituit, & populum avertit à David. 2. Reg. 15. Sic diabolus hodiè in festis, & conviviis, multos à Christo avertit, & subjicit sibi, quasi regi. Hugo Card. hic.

Sanctificabat illos. Job. 1. 5. Hoc nobis solerter est intuendum; quòd, peractis diebus convivij, purgatio per singulos adhibetur holocausti. Vir quippe sanctus noverat, quia celebrari convivia sine culpa vix possunt. Noverat, quia

Bbb

magna

magnâ purgatione sacrificiorum diluendâ sunt epulæ convivorum : & quidquid in semetipsis filii convivantes inquinaverant, pater sacrificium immolando tergebat. Nonnulla quippe sunt vitia, quæ à conviviis, aut separari vix possunt, aut certe nequaquam possunt. Porro enim semper epulas comitatur voluptas : nam cum corpus in refectionis delectatione resolvitur, cor, & inane gaudium, relaxatur. Unde scriptum est : *Sciat populus manducare, & libere; & surrexerunt ludere* Ex. 32. 6. Pene semper epulas loquacitas sequitur; cumque venter reficitur, lingua deformatur. S. Greg. mor. l. 1. c. 4.

Melius est ire ad domum luctus &c. Eccl. 7. 3. Sensus est, quasi dicat: quia melior est dies mortis, quàm nativitat; hoc enim præcesserat. Hinc consequenter est melius ire in domum funebris luctus, quàm ad domum convivii natalitii; quod scilicet celebratur ob natum infantem; quia in illa ex spectaculo funeris, & defuncti, homo admonetur mortis suæ; ut cogitet, se propediem similiter moriturum, & finis futurum; idcirco; ad illud bene vivendo se præparat. In hac verò deliciis, vinò, & gaudiis, sermonibusque variis, dissolvitur animus &c. Corn. hic.

Epulabatur quotidie. Luc. 16. 19. Ipsius mensa multorum pauperum constabat sanguine; & ipsius pecula multorum, quos ad laqueum coegerat, rubebant cruore. Quanti necantur, ut vobis, quod delectat, pareat! Funesta famas vestra, funesta luxuries. Ille de summis culminibus ruit, ut frumentis ampla receptacula præpararet; ille de sublimi arboris cacumine decidit, dum genera uvarum explorat, quæ deferat, quibus digna convivio tuo vina fundantur. Ille mari mersus; dum veretur, nè piscis

mensa tua desit, vel ostrea &c. S. Ambr. l. de Nabothe Jezraelita c. 5.

Ex Patribus.

Laqueus tenditur, cum mensa regalis convivii præparatur; quæ constantiam sæpe mentis inclinat. S. Ambr. in Luc. c. 4. l. 4. Dixit autem illi diabolus.

Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano; qui vix milio, & cibario pane, rugientem saturare ventrem poteram; nunc simillam, & mella fastidio. Novi & genera, & nomina piscium; in quo littore concha lecta sit, calleo; saporibus avium discerno provincias; & ciborum raritas, ac novissimè, damna ipsa, delectant. S. Hieron. ep. 2. ad Nepotian. de victu Clericor.

Sicut terris nubes caligant cœlum, sic obscurant animas intempertiva convivia. S. Chrysol. l. 4. 1. S. Chrysof. hom. 71. in Matth. comparans inter se mensas sæcularium, & Monachorum, ait: hæc viam ad cœlum præparat, illa vi ad gehennam trahit: diabolus illius, Christus illius princeps est: luxus, & lascivia, illam; philosophia, & moderatio, istam præparat: hic Deus adest, illic diabolus.

O quanta mala sequuntur peccatorum convivia! nam ibi lingua nullis gubernaculis gubernata; ibi mendacia, ibi verba scurrilia, ibi perjuria, ibi sæpe odia; sæpe lites, & verbera; ibi vanitas plurima. S. Bonav. l. 84. D. 2. Pent.

Est etiam mensa diaboli, in qua non nisi animarum sanguis bibitur; non nisi cruciatus hominum in cibo sumitur. Petr. Cell. l. de panib. c. 1.

TITULUS XXXVII. COR.

§. I.

Symbola.

Dixi, custodiam vias meas. Pl. 38. 2. David propheta docuit nos, tanquam in ampla domo deambulare in corde nostro, & conversari cum eo, tanquam cum bono conubernali; ut ipse sibi diceret, & loqueretur secum, ut est illud: *dixi custodiam &c.* S. Ambros. l. 3. c. 1.

Exurge psalterium, & cithara. Pl. 56. 9. id est, cor meum, & caro mea, ad exultandum in DEUM. Cor namque sapiens, quæ sursum sunt, psalterium est sonans de superiori; caro patiens, quæ deorsum sunt, cithara sonans ab inferiori. Guaricus hic.

Sume tibi larem &c. Ezech. 4. 1. Vide licet proximi cor terrenum pones coram te; ut & vitam, & intellectum illius, intentâ mente custodias. *Et describes in to arciviam Jerusalem,* ut ei, quæ sunt supernæ patriæ gaudia, de visione pacis innotescas. S. Greg. hom. 12. hic.

Cor nostrum velut fons est quidam; verbum verò emissum, veluti rivus ex hoc fonte profluens. S. Basiliius ferm. in verba illa, in principio erat verbum.

Cor est abyssus. S. Macarius hom. 17.

Sicut molendinum velociter, & nihil respuit; sed, quidquid imponitur, molit; si autem nihil opponitur, seipsum consumit: Sic cor meum semper est in motu, & nunquam requiescit. S. Bern. Medit. c. 9.

Molendinum semper aliquid molens, cor est humanum, assidue aliquid cogitans. Hoc DEUS unicuique homini, servandum tradidit; iubens, ut in illo molat illos tantum cogitatus, quos ipse suggerit. Quorum cogitatum alii ut frumentum, alii ut hordeum, alii ut avena, sunt. Ut frumentum, quos anima replicat, cum in contemplatione posita pure de DEO cogitat. Hi autem hordeo assimilantur, qui de virtute in virtutem ascendere nituntur. Illi verò ut avena sunt; quibus homo intendit sua deferere vitia &c. S. Anselm. lib. similit. cap. 41.

§. II.

§. II.

Cor magnâ curâ custodiendum; illius laudes.

Ex Veteri, & Novo.

Cor meum dereliquit me. Pl. 39. 13. Cor nos derelinquit, quando peccatis agrum profutura non appetit. Cassiodorus hic.

Myrrha, & gasta - à domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filia regum. Pl. 44. 9. Vis domos eburneas spiritualiter accipere? Magnæ domus, & magna tabernacula DEI, corda sunt Sanctorum. Ipsosque reges, regentes carnem, subjugantes sibi turbas humanarum affectionum; castigantes corpus, & servituti subjicientes, accipe: quia inde delectaverunt eum filia regum. S. August. hic.

Beati, qui habitant in domo sua Domine. Pl. 83. 5. Domum Domini agnoscimus cor humanum. S. Chrysof. hic.

Effundite coram illo corda vestra. Pl. 61. 9. Effundere cor, est evacuare cor à vitis, affectibus malis, perveris cogitationibus, & similibus, quasi liquoribus noxiis. S. Basil.

Omni custodia serva cor tuum. Prov. 4. 23. & Cant. 8. 6. pone me in signaculum, super cor tuum. Hebr. pra. omni custodia custodi cor tuum. q. d. diligentius, quam tuam domum, agros, thesauros, uxorem, filios, arces, & urbes. Significatur etiam custodia, & vigilia militaris; quæ primaria militiæ est disciplina. Romani enim diem, æquè ac noctem, in quatuor vigiliis distribuerunt; ita ut quilibet contineret tres horas; atque initio cujuslibet vigiliæ mutabatur excubias; unde sic exponas: Sicut milites omni custodia, id est, quolibet diei, & noctis, vigiliâ, custodiunt urbem, & castra; sic tu quavis horâ cor tuum. Præterea ex Hebræo, custodia significat carcerem, quod rei, filii regum, juvenesque protervi, custodiuntur. Cor ergo petulans, & vagum, carceri, & custodiæ mentis, mancipia; nè quod scelus admittat, nè seducatur. Corn. hic.

Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum nè dimiseris. Eccl. 10. 4. S. Cyrill. in 1. l. legit cor: in corde enim est locus sapientiæ, & constantiæ. Corn. hic.

Septi aures tuas spiritus - & ori tuo facito ostia, & seras &c. Eccl. 28. 28. Possessio tua, mens tua est; aurum tuum, cortuum; argentum tuum, eloquium tuum est. S. Ambr. offic. l. 1. c. 3.

Dictum est antiquis. Matth. 5. 21. Ecce abundantior iustitia; non solum prohibitio corporalis, sed & cordis. Ecce iustitia Pharisæica, corpore non mœchari. Ecce abundans, concupiscentias à corde rescindere: ubi abundantia peccatorum, ibi etiam & virtutum. Cor hominis fons est malorum, cum fuerit perversum. Sim. Cass. l. 10. c. 19.

Cor autem eorum longè est à me. Matth. 15. 8. De corde longè factio queritur DEus, & cor maxime custodire jubet; cor exquirat; cor informat, & instruit; cor jubet excoli, minuitur. *Poljantib. Sacr. Tom. I.*

que ei. *Fili hominum! usquequò gravi corde?* Pl. 4. 3. *Cor autem eorum non erat rectum cum eo. Fili prabe mihi cor tuum.* Deprime cor tuum, & sustine. Id. l. 11. c. 2.

Regnum Dei intrà vos est. Luc. 17. 21. Quod illud regnum? hominis cor: in hoc solo rex amoris regnat. Ergo quisque cor suum arcu custodiâ cingat; in quo DEI regiam, & regnum, concludi intelligit. Olyva l. 3. Strom. hic.

Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet. S. Bern. tr. de inter. domo. c. 24.

Altare, quod votum sanctificat, est hominis cor, quod principale habetur in homine. Vota aures, & dona, quæ ponuntur super altare, omne quod superponitur cordi. Ut putà: proponis orare; votum orationis posuisti super cor tuum, quasi super quoddam altare, ut orationem offeras Deo. Orig. tr. 25. in c. 23. Matth.

Ex Patribus.

Leva cor in caelum, nè putrescat in terra. S. Aug. s. 50. de temp.

Munus nostrum est oratio nostra; altare verò nostrum est cor. S. Isid. l. de consl. vit. & virt.

Cor, quia præstantissima humani corporis pars est, & totius imperium corporis sibi commissum habet; ceu regem quandam Creator undique munit; & thoracis vallè fortissimò circumsepit; nè quid eorum, quæ extrinsecus homini incidunt, cor facilius lædere queat. B. Theodoret. de Provid. Dei l. 3.

Mihi cor non videtur ab simile esse diverso: illud enim perforatur, & effoditur, & stercore sæpe repletur: cum homines petulanter se gerant; & locum omnino nihil curent; ut qui sit alienus. Eodem modò cor quoque, cum quamdiu illius nulla cura geritur, sit immundum, & multorum daemonum habitaculum. Clem. Alex. l. 2. Strom.

Castitas est Christi jucundum diversorium; terrestresque clypeus cordis. Jo. Clim. gr. 15. de castit.

Quæcunque in Mundo concupiscis; quæcunq; in Mundo amittere metuis; impende libenter pro libertate cordis. Rich. à S. Vict. l. 3. de arca myst.

Sicut avis rapax amat cor prædæ, sic demon cor hominis: ut patet de illo, qui interrogabat diabolus, quid plus amabat? diabolus respondit: quodd tria præcipuè, scilicet Lunam primam, rotam solis, & ferrum molle; hoc est, cor: quod componitur ex tribus literis, quæ habent illas tres figuras C, O, R. S. Bonav. Diet. fal. cap. 1.

Cor instabile, & à bonis cogitationibus vacuum, nidus est diaboli. Thom. Kemp. s. 7. ad Novit.

Cor instar speculi est; quoquò illud verteris, illud in ipso respondet. Si caelum versus &c. Osee 9. 10. *Facti sunt abominabiles, sicut ea, que dilexerunt.* Broymard Cordis pulchritudo. Senex ille apud Mosehum in prato spir. cap. 1. 10. hoc singulare suis dabat monitum: esto janitor cordis tui; ut nil, nisi te consciò, tuæque ratione probante, in illud ingre-

ingrediatur, vel egrediatur. Corn. in cap. 15. Matth.

§. III.

Cor DEO dedicandum, & consecrandum.

Prebe fili mi cor tuum mihi. Prov. 23. 26. Prebendum est, non commodandum; ut de cetero nihil ibi juris habeat homo: ut nihil velit, nihil sapiat; nisi quod vult, & sapit sapientia. Hugo Card. hic.

Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me. Matth. 15. 8. Coniuncta ita inter se sunt os hominis, & cor; ut, si alterum à DEO absit, utrumque à DEO exulet. Frustrà celo labia inseritis, qui cœnò cor opprimitis. Imò nunquam totus homo ita à DEO exultat; quàm cum, abductò à suo Domino corde, numen labiis profequitur. Nunquam libidines, aut bacchantur immanius, aut grassantur magis impune; quàm cum vesano cordi colorata laborum religio personam accommodat &c. Oliva fer. 4. D. 3. Quadr. vide hic fufum desuper discursum.

In aram Dei, quæ verè maxima est, & quæ in corde hominis collocata, coinquinari non potest sanguine, iustitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abinentia. Lactantius l. 6. div. inflit.

Nullum est scrinium tam aptum, & dignum, ad recipiendum DEUM puerum; sicut cor tuum ab omni malitia purum. Thom. Kemp. Conc. 7.

§. IV.

Cor magnum, firmum, regale.

Immutavit ei DEUS cor aliud. 1. Reg. 10. 9. q. d. DEUS cor Saulis, quod, cum esset privatus, erat pusillum, abjectum, agreste, servile; jam, eò rege factò, fecit magnanimum, sublime, amplum, & regale: ut nullis periculis cederet, nullos hostes metueret; nullum onus difficile sibi putaret. Ità Abul. mutavit ei cor, quod antè erat parvum, & servile, in cor regale. Variab. immisit illi mentem aliam, & cor regium, sive regios Spiritus. Theodoret. quoniam erat rusticus solum sciens terram colere; cum ei manus imposuisset, dedit ei Spiritum regium. Corn. hic. Carthus. dedit Sauli cor virtuosus, & specialiter magnanimus.

DEUS dicitur, 3. Reg. 4. 29. Salomoni dedisse *latitudinem cordis, quasi arenam, qua est in littore maris.* Per latitudinem cordis intelligunt Hebræi cor latum, amicum, liberale. Sic de se scribit Paulus 2. Cor. 6. 11. *Cor nostrum dilatatum est.* q. d. vehementissimè vos amo. Cornel. in 2. Cor. hic.

Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Pf. 18. 2. Cælum firmamentum, firmum cor, non timidum cor. Annuntiata sunt ista inter impios, inter adversos Deo, inter amatores Mundi, persecutoresque iustorum, inter sævientem Mundum annuntiata

sunt ista. Sed sævientis Mundus quid poterat facere, quando firmamentum ista annuntiabat? S. Aug. hic.

Dei vobis (Deus) cor omnibus, ut colaris eum. 2. Machab. 1. 7. *Corde magno.* Quid est cor magnum? nisi, cui præter Deum nihil est magnum. Quid est cor magnum? nisi quod Mundo se præterens despicit Mundum magnum. Quid est cor magnum? nisi ubi per dilectionem laudabilis nimis, & sapientiæ innumerabilis habitat Dominus magnus. Quid est cor magnum? nisi quod omnia sensibilia, æstimata magna, comparata in ordine ad veritatem, reputat parva. Quid est cor magnum? nisi quod corpus parvum deserit, seipsum excollit magnum. Quid est cor magnum? nisi quod ad majora se ordinat, & ad maxima per virtutes invisibiliter ascendit. Sim. Cass. l. 1. c. 24.

§. V.

Cor quietum.

TU excitas, ut laudare te delectet: quia fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te. S. Aug. Confess. l. 1. c. 1.

Quis mihi dabit requiescere in te! quis mihi dabit, ut venias in cor meum! & inebrius illud; ut obliviscar mala mea; & unum bonum meum amplectar te? Id. ib. cap. 5.

DEO exhortante, & consolante, nos; quamvis mille hominum molestaverint; haud in re sanè vel minima offendere poterint: Nam cum ille in solido cor posuerit, nemoid vel moveri coegerit. S. Chryl. hom. 4. de poenit.

Melius est, ut cor meum JESUS habeat, quàm ego: quia cum illo est in pace; mecum autem in inquiete. Thom. Kemp. Conc. 8.

§. VI.

Cor instabile, inquietum.

COR humanum in desiderio aternitatis non fixum, nunquam stabile esse potest. S. Aug. Man. c. 25. Sed omni volubilitate volubilius; de alio in aliud transit, quærens requiem, ubi non est. Id. ib.

Quid est mare, nisi cor nostrum, furore turbidum, rixis amarum, elatione superbia tumidum, fraude malitiæ obscurum? S. Greg. mor. l. 28. c. 9.

Quid per mare? nisi cor instabile; & quid per terram? quàm cor firmum, & stabile, rectius intelligimus. Rich. à S. Viç, de stud. hom. inter. lib. 3. c. 1.

§. VII.

Cor Christi.

Meliora sunt ubera tua vinò. Cant. 1. 1. Ex loci positione per ubera cor Christi tacitè significat. S. Gregor Nyss. hic.

Quia semel venimus ad cor dulcissimum JESU, & bonum est nos hic esse; nè sinamus nos facile avelli ab eo. - O quàm bonum, & quàm jucundum habitare in corde hoc!

Bonus

Bonus thesaurus, bona margarita, cor tuum, bone JESU! quam folsò agrò tui corporis invenimus. Sanct. Bernard. tr. de pass. Dom. cap. 3.

Sic cor Christi attendimus; nihil illò dulcius, nihil illò beatius. Nihil uspiam creaturarum dulcius esse poterit illò corde. Rich. à S. Vict. l. 2. de Emmanuele c. 21.

Cor Salvatoris verus orientalis unio; unice unicus, & pretij inestimabilis; jactum in mare incomparabilem amaritudinum, diebus ejus Passionis seipsum in seipso liquefecit, & resolvit in dolorem, vi, & vehementià angustiarum mortalium undique prementium. S. Franc. Sales. tr. div. am. l. 6. c. 12.

TITULUS XXXVIII. CORONÆ.

§. I.

Spinea Christi Domini.

Varia ex Scriptura, & mixtim.

Maledicta terra in opere tuo, - spinas, & tribulos germinabit tibi. Gen. 3. 17. 18. Propterea JESUS accepit spinas; ut solvat hanc maledictionem. Et ideo seipsum pulvis est in terra; ut maledicta terra, pro maledictione recipiat benedictionem; S. Cyrill. Jerol. Carech. 13.

En modò Arca Testamenti Ex. 25. & altare thymiamatis, non aurea, sed spinea coronâ præcinctum. Incertò Authore.

Super ipsum florebit sanctificatio ejus. Pl. 131. 18. S. Hier. vertit. *efflorebit dignitas ejus.* Bern. de Britto l. 6. hist. Cisterc. c. 26. testatur: quòd, cum pariem Coronæ Christi, Carolus M. dono acciperet, eruperit in flores. Sylv. in Matth. 27. c. 11. q. 10.

Spinea illa, quas è Corona Domini servat Ecclesia variis in locis, die Veneris sanctò florere consuevisse dicuntur. Felix est S. Greg. Turon. eas necdum suo tempore aruisse: ferunt inquit, ipsas coronæ partes, quasi virides apparere; quæ, tamen videantur amissis folijs, quotidie tamen revirescere virtute divinâ. Quæ Rhodi in magni magistri Equitum facello colebatur, quotannis sub meridiem ipsius Parasceves florere solita erat. Valencensis in Belgio, in templo FF. Minorum, eodem die cruenta olim cernebatur. Doultrem. l. 2. cap. 12. de amore. Sect. 4. Coronatio.

Sicut liliū inter spinas. Cant. 2. 2. Ubi liliū istud inter spinas? nimirum in Judæa; quando toleravit tot, & tantas, impiorum blasphemias; sustinuit probra, alapas, flagella; coronatus insuper coronâ spineâ. Sanct. Rupert. hic.

Ornârunt faciem templi coronis aureis. 1. Mach. 4. 57. hic spineò nunc fertò Caput templi non manufacti coronant. Nadasi rof. ccel. Coronatio.

Videbunt Filium hominis. Matt. 24. 30. Tunc, teste S. Hypolitò M., apparebit spineò diademate redimitus, ut ab omnibus videatur. Sylv. hic. c. 11.

Nunc sanè, si unquam aliàs, *Verbum Dei cecidit inter spinas; & simul exorsa spina suffocaverunt illud.* Luc. 8. 7.

Et milites plectentes coronam &c. Ave rex &c. Jo. 19. 2. sic implebantur; quæ de se

prædixerat Christus. Sic Martyres informabantur ad omnia, quæ persecutori libuisset facere, perferenda. Sic paulisper occultatâ trematâ potentia, commendabatur prius imitanda patientia. Sic regnum, quod de hoc Mundo non erat, superbum Mundum, non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat. Sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia; ut mirabili pullularet in gloria. S. Aug. tr. 116. in Jo.

Ex Patribus, & aliis.

Ille coronatus est spinis, ut nos coronemur coronâ de lapide pretioso, dandâ Electis in patria. Dion. Carth. in Jo. 19.

Quantum ad recubitum; non habuisti, ubi caput tuum reclinares: imò corona spinea fuit pulvinar tuum. S. Laur. Justin. de incend. div. amor. c. 4.

Suavissimum mihi cervical. bone JESU, spinea illa capitis tui corona. Gilbert. Abb. f. 2. in lectulo meo.

Horret Christus magis asperitatem morum, linguæ stimulos, quam aculeos spinarum: in his præsertim, qui in silentii vocati sunt simplicitatem, in charitatis negotium, in humilitatis scholam, in vinculum unitatis. Id. f. 20. in Cant.

S. Anselmus auctor est, Christi venerandum caput vel mille aculeis compunctum. Blof. p. 3. margarit. spir. c. 10.

§. II.

Coronæ mysticæ Ecclesiæ, & nostræ.

Scutò bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos. Pl. 7. 13. Dominus est hic ut scutum protegens; in Patria verò ut scutum coronans. Consuetudo namque fuit Romanis uti scutis rotundis; & quando triumphabant, illomet scuto utebantur ut coronâ. Et inde Sancti pinguntur cum scuto rotundo in capite; quia de hostibus adepti triumphum. S. Thom. hic.

Veni coronaberis, de capite Amara. Cant. 4. 8. q. d. pugnabis contra has fetas Dei verbi gladiò; & vinces eas; & hos omnes montes, eorumque incolas; ac universas gentes subjicies mihi; de illis triumphabis, & coronaberis. Prov. 17. 6. *Corona senum filii eorum*: quoniam ij, qui convertuntur ad fidem, & gratiam; corona sunt eorum, qui eos converterunt. 1. Thess. 2. 19. *quæ spes nostra, aut gaudium, aut corona*

Bbb 3

rona gloriæ? nonne vos? Philipp. 4. 1. *gaudium meum, & corona mea.* de Ponte hic.

§. 4.

Caput tuum, ut Carmelus. Cant. 7. 5. Pagnin. *caput tuum rubrum est, ut coccinum.* Theodoret. Alcazar, per Carmelum accipiunt coronam, ex floribus Carmeli, quâ sponſa caput coronabatur. Corn. hic.

Corona nostra caro Christi est: per hanc regnum colorum possidemus. S. Thom. Vill. f. 1. in Nat. Dom.

Universa Ecclesiæ corona Christus est. Clem. Alex. l. 2. c. 8.

§. III.

Quæ Coronæ non conveniant Christiano.

DE Moyſe ait Josephus l. 2. antiq. c. 1. Pharaon, postquam Moyſen parvulum ad pectus appressisset, filia gratificaturus, comiter diademam suam ejus capiti imposuit; Moyſes verò de tractum pedibus calcavit.

Corona superbia. Is. 28. 1. Coronantur mali, & boni: mali coronantur I. coronâ vanæ lætitiæ. Sap. 2. *coronemus nos roſis.* II. opulentiæ rerum. Is. 23. *quis cogitavit hoc super Tyrum quondam coronatam?* III. mundaniæ potentiæ. Job. 19. *spoliavit me gloriâ meâ, & abstulit coronam de capite meo.* Sanct. Thom. hic.

Tam contra naturam est, florem capite sectari; quàm cibum aure, quàm sonum nare. Tertull. l. de corona milit. Idem l. 2. ib. docet: Christianos, ut Christum sequerentur, exhoruisse coronas ex roſis, & floribus. S. Ludovicus Rex Franc. veruit gestari roſas feriâ 6. in honorem

coronæ spinæ Christi Domini. Cornel. in Sapient.

A ratione alienum est, ut, qui audierimus Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini Passioni per ludum insultantes, habeamus capita redimita floribus. Clem. Alex. l. 2. c. 8.

Miscellanea.

S. Polycarpus M. Smyrn. ep. ad Philippenses, vocat vincula Martyrum, coronas electas.

Omne verbum durum sustinens homo, sciens absque malo esse, quod præcesserit ab illo contra loquentem; coronam quidem spineam capiti suo imponit; sed beatus est: quia tempore, quò ignorat, incorruptibiliter coronabitur. S. Isaacus Syr. l. 1. de contemptu Mundi.

Non decet redimitos floribus corona, sed pulverulentos: nec molles deliciis, sed labore exercitos, ornat victoria. S. Ambr. in Ps. 118.

Quid præproperè coronam exigis, antequam vitas? quid detergere pulverem? quid requiescere cupis? quid epulari gelis? antequam stadium solvatur? S. Ambros. Ethic. Christ. cap. 16. l. 1.

S. Agapetus M. puer 15. annorum, sub Aureliano A. C. 275. virgis, nervis, igne, ferrò, aquâ bulliente, alijsque gravissimis tormentis, excruciat, & dilaceratus; cum in caput ejus congererentur carbones ardentis, gratias agens Deo dicebat: parva res est, si caput coronandum in cœlo, comburatur in terra. Quàm decorabit corona gloriæ plagas, & vulnera excepta pro Christo! Ità habet ejus vita 18. August.

TITULUS XXXIX.

C O R P U S.

§. I.

Symbole, & similitudines.

M *Anſunculas in arca facies.* Gen. 6. 14. Sept: *nidos facies arcam.* Symbolicè S. Ambr. l. de Noè c. 6. omne corpus nostrum attextum est, sicut nidus. Nidi quidam sunt oculi nostri, hiatus oris, spiritus vidus est, pulmo; sanguinis & spiritus nidus est cor. Corn. hic.

Quando commovebuntur custodes domus. Eccl. 12. 3. Pro commovebuntur, Cajet. & Tigur. vertunt, *tremunt.* Qui sunt hi custodes domus, id est, Corporis (hoc enim est domus, in qua habitat anima.) Lyran. intelligit omnes sensus, præsertim oculos, & aures; qui quasi custodes, & vigiles, excubant; nè quid in corpus noxæ ingrediatur: hi in senibus commoventur, debilitantur, & deficiunt. Corn. hic.

Ut sciat unusquisq; vestrum vas suum possidere, &c. 1. Theſſal. 4. 4. Cum S. Chryſ. Theodoro, Theophyl. Anselmo, per vas accipe Corpus; quod generatim phraſi Hebraicâ

dicitur *vas*; id est, instrumentum hominis, Sicut enim faber suâ regulâ, quasi instrumentò, utitur ad omnem fabricam; ità anima utitur corpore quasi instrumentò, & organò, ad omnes suas actiones. Corn. hic.

Quod est auriga currui, rector navi, fidibus musicus; idem huic esse terrestri vasculo, qui finxit illud, animam voluit. S. Chryſ. orat. de instit. secundum Deum vita.

Constat, velut organum Musicum, totum hominis Corpus extractum. S. Greg. Nyſſ. l. de creat. hom. c. 12.

Totum Corpus nostrum, cum instrumenti habeat rationem, nihil suo pte motu agere contuevit; sed nostris voluntatibus subservit. Per illud enim animas, velut Musicus quidam, aut virtutis fonos pulsât, aut improbitatis strepitum ciet. Sanct. Basilius Seleuc. orat. de sanctiss. DEI genitrice.

Isti sunt sancti, qui non inquinaverunt vestimenta sua &c. Apoc. 3. 4. Sacra Scriptura vocat Corpora vestimenta: quia sicut corpus vestimentò cooperitur, ità anima Corpore vestitur:

fitur: per albas autem æterna lætitia accipitur. S. Honorius serm. de Innocentibus.

§. II.

Corpus miserum, vide fragile.

Cooperunt complodere inter se lagenas. Judic. 7. 19. quando Gedeon, superaturus Madian, trecentos viros iussit hydrias fumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dexteris tenere tubas; ita nostri acceptum ab Apostolis servavere majores; quod hydriae sint corpora nostra, figurata de limo: quæ timere non norunt; si fervore gratiæ spiritualis ignescant, & Jesu Domini Passionem canoræ vocis confessione testentur. S. Ambr. l. 1. de Spir. S. c. 16.

Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Matth. 6. 10. Caelum in nobis anima est, terra in nobis Corpus est. Quid est ergo, *fiat voluntas &c.* Sicut & nos audimus præcepta tua, sic nobis consentiat caro nostra; nè, dum contendunt caro, & spiritus, præcepta Dei minus implere possimus. S. August. Sabb. in Vigil. Pasche. l. 1.

Tolle lectum tuum. Luc. 5. 24. Hic lectus, qui tolli jubetur, quid est aliud? nisi quia humanum jubetur corpus attolli. Ipse est, qui per singulas noctes lavatur à David, lectus doloris; in quo anima nostra gravi conscientia ægra cruciata jacebat. Sed si quis secundum Christi præcepta se gesserit; jam non lectus doloris est, sed quietus. Miseratione enim Domini cœpit quiet esse, quod mors erat; qui nobis soporem mortis vertit in gratiam voluptatis. S. Ambr. hic l. 3.

Inter omnia Mundi corpora Corpus hominis formatum est ex viliori materia: nam cœlestia corpora ex luce sunt facta; pisces, & volatilia, ex aqua; gressibilia verò sunt facta de terra. Sed nostra non sunt facta solum ex terra; sed ex terra limosa, seu lutosa. Sanct. Bonavent. l. 9. de adv.

Ad hominis corpus unum supplicia plura, quam membra sunt. S. Cypr. ep. 2. Cum corpus est terra, & spiritum possideamus è caelo; ipsi caelum, & terra fumus; & in utroque; id est, in corpore, & spiritu, ut Dei voluntas fiat, oramus. Id. l. de orat. Dom.

Quia juncta est anima cum corpore; si virtute careat, contagio ejus ægrescit; & imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem: cum autem dissociata fuerit à corpore, vigebit ipsa per se; nec ullâ jam fragilitatis conditione tentabitur: quia indumentum fragile projecit. Lactantius l. 7. de div. præmio.

Caro non potest videre, nisi corporalia: sicut ille, qui coram oculis videret berillos virides, & rubros; quid quid videret, esset viride, vel rubrum: defectus non est ex parte oculorum, sed de vitris, sive berillis. Ità est de nobis. Oculi animæ habent corpus, sicut berillos; ideo non possunt videre, nisi corporalia: sed dimissis berillis, scilicet carne, statim vident spiritualia. S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Dominico.

Quid gloriaris homo super tuum esse corpo-

rum? si corpus habes; habent & lapides: si cœcis; crescunt & arbores: si magnus es; majores sunt equi, elephantes, & grandia cete: si fords es; fortiores te sunt leones: si velox es; velociore sunt pardi: si vocem habes; nunquid majorem tit tauri? nunquid clariorem ut canes? nunquid dulciorem ut philomelæ? Si visum habes, nunquid auctiorem ut aquila? Si providus es in tempora; & fornicæ. Si sapiens in construendis domiciliis; & aves aëreæ. Profecto nihil est, quod à bestiis, atque avibus, te eximat, nisi ratio; quæ potest ascendere virtute propria super corpus, ascendens desuper appetitum. Sim. Cass. l. 4. c. 7.

§. III.

Corpus curando non negligas animam.

Sanctuarij, seu tabernaculi partem interiorem, byssus, & purpura; Ex. 26. 1. sed exteriora operiebantur de pellibus arietum. v. 14. hæ duæ partes sunt cujuscunque cultura animi, & corporis. Pinna in Eccl. Ethol. 123.

Questus lanae, & linum. Prov. 31. 13. Ambros. hic: lanificam, & linificam, matronam hanc sanctus sermo describit. Queritur modò à nobis, quid sit lana? quid sit linum? Lanam carnale quid puto; linum spirituale: nam interiora vestimenta sunt lineæ, exteriora lanæ. Sic spiritualia curemus, & temporalia non negligamus. Pinna ib.

Da partem septem, nec non & octo. Eccl. 11. 2. S. Greg. mor. l. 35. c. 7. Acti appetere non obliviscaris æterna. Hinc est, quod Ezech. 40. 26. 31. templum quindecim gradibus ascenditur: ut ex ipsa ejus ascensione discatur; quatenus per septem, & octo, temporalis dispensetur actio, & providè mensura æterna requiratur. q. d. per septenarium intellige temporalia; per octonarium spiritualia; & cœlestia: nam Christi resurrectio octavâ die facta est. Ergo *da septem, nec non & octo.* Id. ib.

Tolle grabatum tuum. Jo. 5. 8. Grabatum nostrum corpus est, in quo prius languidi jacebamus, servientes desiderijs, & concupiscentijs nostris: nunc portamus illud, cum spiritui obedire cogimur. Sanct. Bernard. serm. de Pass. Dom.

Ne in corpore tuo curando universum vitæ tuæ tempus consumas: sed, quando-tunque corpus esurit, & delicias appetit; cogita tunc, & animam tuam suo cibo refocillari velle. S. Ephrem. f. de compunct. animæ, & salute.

Cave, nè desiderio Corporis, præclara mentis studia derelinquas. Sanct. Ambrosius in Luc. 17.

§. IV. *Quomo-*

§. IV.

Quomodo Corpus tractandum?

Pulchrum quidem, & integrum, Corpus fuerat Jobi; multo verò venerabilius factum est, ab illis vulneribus infectum: quoniam & lana pulchræ quidem, antequam inficiantur; postquam verò purpuræ factæ fuerint; ineffabilem capiunt pulchritudinem, multumque decorem. S. Chryl. hom. 5. ad pop. Antioch.

Qui delicate à pueris nutritur servum suum, postea sentiet eum consumscem. Prov. 29. 21. Servus animæ est Corpus: qui ergo illud delicate nutrit, sentiet illud sibi rebelle; ut suis deliciis addictum nolit animo obsequi ad orandum, meditandum, cœteraque opera pœnitentiæ, & virtutum arduarum. Corn. hic.

Resplenduit facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Transfigurari voluit Christus, ut celebraret Pascha corpori suo. Triginta annorum spatium excedebat, ex quo Christi Corpus acerbâ pœnitentiâ macerabatur. Præter labores, quotidiana fluente ex oculis; cor tristitiâ plenum visis tot sceleribus. Ut ergo tantisper corpore consuleret, voluit transfigurari: celebrans semel saltè in vita festum corpori suo afflictio. Et tu facis quotidie festum corpori tuo, raro animæ. Stella in Luc. 9.

Justi anima utitur Corpore, ut instrumento, aut organo: quæ velut præclara ar-

tifex, quò vult, obsequium corporis ducit; & effinxit de eo speciem, quam elegerit; & eas, quas voluerit, facit in eo resonare virtutes: pangens nunc modulò castitatis, nunc modulò temperantiæ; sobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, virginitatis suavitatem, gravitatem viduitatis. Sanct. Ambros. l. de bono mortis. cap. 6.

Si equus tuus sit piger ad vigilandum, jejunandum &c. percutiatur calcari de pede dextro, dicendo: corpus labora modò, quia resurges impassibile, clarum, subtile, & leve. Si autem sic non vult se movere, percutiatur calcari de pede sinistro; scilicet timore damnationis, dicendo: Si modò non vis jejunare, in Inferno nunquam comedes. Sanct. Vinc. Ferr. l. de Sanct. Jo. Evang.

Herodes interpretatur glorians in pellibus; seu pellicæus gloriosus. In ipso peccatores intelliguntur; qui de pelle, proprii corporis gloriantur; enutrientes delicias, ultra quam deceat; & foventes peramplius, quam natura requirat. Non nisi à diabolo. & ejus contentione, sicut inventum; quod in Christiano corpore, atque in vultu, præterquam naturalis color, alius addetur. Sed participium habebunt cum dæmonibus, qui cum Herode gloriantur in pellibus. Sim. Cass. l. 8. de vitis c. 4.

Vestimenta sunt ingentia corpora; quibus apprehensis voluptas nos trahit. S. Nilus lib. Alcatico.

TITULUS XL.

CORRECTIO.

§. I.

Figuræ, Symbola, Allegoriæ.

Ex Veteri, & Novo.

Quid est, quod tenes in manu tua? Ex. 4. 2. Virga, est disciplina, correctio, & castigatio; quæ initiò pueris, imperfectis, immortalificatis, horrida videtur; sed in fine, cum ejus fructum experiantur, agnoscunt esse virgam paternam, & pastorem, Hebr. 12. 11. *Omnis disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitia.* Corn. hic.

Posuit super tempus capitis ejus clavum. Judic. 4. 21. Quid per clavum signatur, quò caput Sitaræ perforatur? quis est clavus iste? nisi rigor disciplinæ. Quid est enim rigor disciplinæ acediosis, nisi quali quidam clavus in oculis? Rigor itaque disciplinæ clavus est, diabolum acerrimè pungens; clavus est, diabolum rigidissimè conficiens. Sanct. Bonavent. spec. B. V. c. 13.

Præcidit ergo lignum, & misit illuc; nazavirg. ferrum. 4. Reg. 6. 6. Ferrum in manubrio est donum intellectus in corde; lignum

verò per hoc cadere, est parva agentes increpare. S. Rupertus hic. l. 5. c. 32.

Sagitta tua infixæ sunt mihi. Pl. 37. 3. Sermo sagitta est: & justus quidem sermo, cum arguit, & corrigit, peccatorem, velut sagitta compungit, & transfodit cor ejus, ut convertatur ad pœnitentiam, & salutem. Orig. hic Fortassis etiam sagittas vocat verba illa increpatoria, & comminatoria, quæ à Nathan Dei nuntio audivit. Bellarm. hic.

Virgam vigilantem ego video. Jer. 1. 11. id est, minantem, & agitantem se, ac paratam percutere, ait Rupertus. Sept. *ego video baculum nucum.* Theodoret. *ego video virgam amygdalinam;* quæ primò inter arbores evigilat; id est, sollicita est, ut suos flores emittat. Advertit Theodoretus: sicut nux, vel amygdalum, amarum habet corticem, sed nucleum suavem; ita castigatio primò molesta est, sed deinde fructum dat suavitatem morum. Aliqui pro *virgam vigilantem*, legunt, *virgam vigilare facientem.* Corn. hic.

Dimitte - usq. dum fodiam circa illam. Luc. 13. 8. Quid est, circa ficulneam fodere; nisi infructuosas mentes increpare? quid est cophinus stercoris, nisi memoria peccatorum? S. Greg. hom. 31. in Evang.

Dei

Dei templum ædificat, qui corrigendis, atque instituendis, proximorum mentibus vacat. S. Greg. mor. l. 7. c. 16.

Verborum increpationes, verbera quadam sunt. Isid. Clarius or. 50.

§. II.

Corrigens alios, à se incipiat; sit ipse innocens.

Symbola

Ex Veteri, & Novo.

Tenebra erant super faciem abyssi. Gen. 1. 2. & spiritus Dei ferebatur super aquas. Non in aquis tenebræ, sed in abyflo: quia peccati tenebræ aquarum candore fugandæ. Nam culpæ offit correctioni, vel umbra culpæ. Naxera in Jos. 7. §. 28. Quoniam per aquam diluere maledictionem paraverat, quod in diluvio est factum; & nunc per baptismum indulgetur. S. Aug. l. 11. de mirabilib. Script.

Maledicta terra in opere tuo. Gen. 3. 17. Cur terræ, non aquæ maledixit? Alcuinus: terræ maledicitur, non aquis: quia in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum.

Abraham primò circumcidit se. Gen. 17. 27. postea Israël, dein reliquam familiam.

Dixit Dominus ad Moysen: dic ad Aarom, tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas, Ægypti, ut veriantur in sanguinem. Ex. 7. 19. Cur Moyses aquas non verberat, & contra Ægyptios vertit in sanguinè? Moyses hominem antea occiderat: quasi nihil possit Moyses hominis interemptor in aquas infantitidas. Naxera in Jos. 7. §. 28.

Quibus Dominus respondit: Judas sit dux vester. Judic. 20. 18. Mira DEI ordinatio! jubet enim undecim Tribus Israhel cæsàs à Benjaminis iterum eos aggredi, & ab eis rursum cædi; & tamen illæ bellum iustum piúmque agebant. Cur hoc? Prima causa fuit, ut peccata eorum præterita castigaret; ac nominatim, quod permisissent idolum Michæ, item cultum Baalim, & Astaroth. c. 2. 11. & c. 3. 7. Secunda innuitur v. 22. quòd nimis in sua fortitudine, & viribus, considerent; ut discerent; ut discerent, Dei esse victoriam. Tertiam dat S. Greg. mor. l. 14. c. 13. quid est, quòd in ultionem sceleris inflammatur Israël; & tamen ipse prius prosternitur? nisi quòd ipsi prius putgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriuntur: ut ipsi jam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Corn. hic. Qui alios ad rectitudinis viam debet instruere; valde cavendum est, nè ipse, quod absit, in aliquo videatur errare. Hinc est, quòd Israeliticus populus ad ulciscendum zelus Benjamin zelo rectitudinis inflammatur: & tamen idem populus Benjamin gladijs autè prosternitur. Quem enim non moveat, quòd Dominus bis interrogatus, bis, ad incendum contra Benjamin prælium, dedit assensum? Et tamen in primo certamine viginti duo millia; in secundo verò octodecim millia ceciderunt. Quid in hoc sentiendum? nisi quia prius curandi sunt à tumore propij vulneris, qui auferre morbos alienæ gestunt pravitatis: ut ipsi jam mundi per ultionem

Polyantb. Sacr. Tom. I.

suimet veniant, qui aliorum percutere præva festinant. Sicut Jo. 8. 7. dicitur: *qui sine peccato est vestram, primus in illam lapidem mietat.* Unde rectè cum illi DEum consulerent, Judic. 20. 18. *quòs erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin?* respondit: *Judas sit dux vester:* quia enim Judas confessio interpretatur, rectè dux belli illius Judas constituitur: ut nimirum prius per confessionem propria studeant errata corrigere, qui alijs volunt errorem consentibus subvenire. B. Petr. Dam. l. 5. ep. 9.

Speciosus formæ præ filijs hominum. Pl. 44. 3. tum conversis oculis ad sponsam: *audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* v. 11. Cur magis ambit audiri, quàm videri? quia, cum fructu qui audiri cupit, oportet esse talem; ut a vide, jucundèque prius videatur: sic enim vires adjiciet verbis. Did. Niss. ser. 3. D. 2. Quadr. §. 2.

Surge amica meâ, & veni. Cant. 2. 10. Non vocatur, quæ vitis est denigrata, vel adhuc parum firma, sed quæ jam est amica Dei per gratiam; quæ novit voluntatem ejus facere per exactam obedientiam; cuique divina secreta commissa sunt per intimam contemplationem. Si Christus es inimicus, quomodo alios ei conciliabis? si corvus, quomodo alios post te trahes? si deforamis, quomodo alios reddes pulchros? de Ponte hic Exh. 15. §. 21.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fixitibus. Cant. 4. 2. Dentes symbolum superiorum, & Concionatorum. Gubert, f. 23. in Cant. vides, quomodo lotos, & irreprehensibiles esse oportet, qui aliorum excessus debent removere, & corrigere. Cur ovinis dentibus superiores comparantur? Ea est dentibus ovium proprietas; ut herbas mandentes haud pestifero halitu marcorem ingerant, aut siccitatem. Naxera in Jos. 18. §. 15.

Quam pulchri pedes annuntiantis pacem. Il. 52. 7. S. Hier. quorum Dominus lavit pedes, ut mundi, & pulchri essent ad prædicandum. Si speciosa vita reprehendentis, sine objectionis periculo aliorum errata corriguntur. Escob. t. r. Coll. Chr. l. 6. sect. 2. obf. 11. Negligentes salutem propriam, qualiter super aliorum salute vigilabunt? alteri vix bonus esse valet, qui sibi nequam est. Corrigat sua, qui proximorum cupit errata corrigere. S. Laur. Just. opus. de compunct.

Dormite jam, & requiescite. Math. 26. 45. Nobile doctrix Sapientia documentum instituit, quâdo Discipulis prius dormite, & requiescite; quàm surgite, & eamus, dixit. Suos brevi sermone Fideles admonuit: ut prius propria, quàm aliena debeant emendare delicta; atque antè in quietis se agnoscere otio, quàm ad exteriorum tumultus foras exire. *Surgite, postquam sederitis.* S. Laur. Just. de triumph. Chr. c. 7.

Angelo Laodiceæ Ecclesie scribe. Apoc. 3. 14. Multis erat reprehensibilis hic Episcopus; debebat reprehendi ab angelo, qui gerebat personam Christi, qui est veritas. Alb. M. Arguen-

C. c.

dus erat de mendacio : quòd, cum esset pauper, se jactaret divitem; ideo à teste fideli, & vero, arguendus : quia immunem esse oportet à crimine, de quo alium arguis. Sylveira hic.

Gallus, antequam cantet, prius se ipsum alis suis verberat, & excitat : sic bonus frater, & devotus orator, se primitus corrigere debet, antequam alium increpet. Thom. Kemp, in Valle lihior. c. 21.

Motiva Ex Veteri.

Provide viros - in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam. Ex. 18. 21. Orig. hom. 11. hic legit : *qui oderint superbiam*; atque : tales enim oportet esse principes populi; qui non solum superbi non sint, sed qui oderint superbiam : id est, non solum ipsi absque vitio sint; sed & in aliis oderint vitia : non homines, dico, odisse, sed vitia : Pinna in Eccl. Eth. 216.

Loquimini de me coram Domino &c. 1. Reg. 12. 3. 4. 5. Expurgat se Samuel coram Deo, & rege; ad innuendum : quòd purus, & inculpabilis, debet esse, qui accusaturus, seu judicaturus, est alios. Dion. Carth.

Ipsa obmutescit facundia, si aegra sit conscientia. S. Ambr. Octon. 6. in Pl. 118. Samuel suae integritatis testimonium poscit à populo, ut deinde liberius eum de suis sceleribus redarguat. Nam, ut ait S. Greg. l. 7. mor. c. 16. mundus esse à vitiis debet, qui curat aliena corrigere : quia nequam purè maculam in membro considerat oculus, quem pulvis gravat; & superpositas sordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet. Corn. hic.

David 2. Reg. 13. arguere impudicum filium Ammon nequibat, quia ipse impudicus, & homicida. Heli filios corripuit 1. Reg. 2. 22. quia ipse non reus similis delicti. Naxera in Jos. 7. §. 28. Correctionis energia, corrigentis est puritas.

Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Job. 19. 20. Quid per labia, nisi locutio? quid per dentes, nisi sancti Apostoli, designantur? qui in hoc Ecclesiae corpore idcirco sunt positi, ut vitam carnalium correptione mordant, eamque à suae pertinacia duritie confringant. Unde & eidem primo Apostolorum, quasi denti in ejus corpore posito, dicitur Act. 10. 13. *occide, & manduca.* S. Greg. mor. l. 14. c. 23.

Quare persequimini me sicut Deus? Job. 19. 22. Tantò omnipotens Deus justius aliena vitia percucit, quantò in se nihil habet vitiorum. Homines verò, cum per disciplinam alios feriunt, sic alienam infirmitatem debent percucere, ut etiam ad suam noverint oculos revocare : ut ex semetipsis considerent, quantum alijs feriendo parcant; cum se quoque ipsos dignos percussionibus non ignorant. Itaque nunc dicitur : *quare persequimini me, sicut Deus?* ac si aperte diceretur : ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac si ipsi, more Dei, de infirmitate nihil habeatis. S. Greg. mor. l. 14. c. 24.

Cor mundum crea in me Deus. Pl. 50. 12. *Docebo iniquos.* v. 15.

Tibi soli peccavi. Pl. 50. 6. S. Hier. solus ille justè punit, qui non habet, quod in illo puniatur : ille justus reprehensor, qui non habet in se, quod reprehendebatur.

Ecce ego, mitte me. Il. 6. 8. Quærit Deus hominem, qui ad populum legatione fungatur, ejus mandata nuntiet, & populum ad frugem reducat. Nec Isaias ausus fuit se ingerere; donec ablutus, & purgatus, carbone; donec ei ab angelo dictum, *ausere tur iniquitas tua.* v. 7. Pinna in Eccl. Ethol. 50.

Ex Novo.

Quid autem vides festucam &c. Math. 7. 3. Charitas erit ordinata, ut à seipso incipiat homo; nec præsumat alium increpare, judicare; qui seipsum non purgat, discit, & emendat. Dion. Carth. hic. Cum iniquitas gravat propria, judicium rationis non finit rectè judicare de cæteris. Purgatum esse oculus decet, qui clarè vult alios intueri. Et purgata esse debet ratio à tenebris, quæ fugare aliorum nebulas cupit. Munda sit manus, quæ alios studet abstergere. Sim. Cass. l. 7. c. 9.

Quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Math. 15. 2. Necesse est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat; ne tacta quæque deterius inquinet; si fordida ipsa lutum tenet. S. Gregor. l. 1. ep. 24.

Resplenduit facies ejus sicut sol. Math. 17. 2. Rectè additur : *hic est Filius meus dilectus, - ipsum audite.* v. 5. candidum atros carpentem. Did. Niss. ser. 3. Dom. 2. Quadr. §. 2.

Ejiciebat omnes vendentes, & ementes. Math. 21. 12. Innocens liberè arguit peccatores; quibus formidabilis. Christus, ut ait S. Hier. solus adoriri non dubitavit, quæ infinitus non fecisset exercitus. Causam hujus rei dat Euthymius : quòd Christus unus, ac solus, impertentitò animò, plurimos aggressus sit; propter immunitatem à peccato confidens. Did. Niss. ser. 3. D. 1. Quadr. §. 3.

Dignò scribebat in terra. Jo. 8. 6. Dignò scribebat Iesus in terra peccata eorum, qui accusabant. S. Hier. l. 2. contra Pelag. c. 6. *Si pra occupatus fuerit homo in aliquo delicto; vos qui spirituales estis, hujusmodi insinuare in spiritu lenitatis, considerans te ipsum.* Gal. 6. 1.

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Jo. 8. 7. Aliena peccata puniendi ibant; & sua reliquerant : revocantur itaque intus ad conscientiam; ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. S. Greg. hic. Dicat, quod dicere debet mansuetus, & justus; *qui sine peccato est &c.* Hæc vox justitiæ est : Puniatur peccatrix; sed non à peccatoribus : impleatur lex; sed non à prævaricatoribus legis. Sanct. August. tr. 33.

Iuxta lex, quae jubet adulteram occidi; sed haec lex iuxta ministros habet innocentes. Attenditis, quam adductus? attendite, & qui estis? S. Aug. in Pl. 50.

Et iterum se inclinans scribebat. Jo. 8. Aliqui dicunt: quod primo scripsit sententiam; secundo scribarum, & Phariseorum, peccata: ut considerantes propria crimina, desisterent à lapidatione adulterae; atque seipfos corrigerent. Dion. Carth. hic c. 8.

Ex Patribus, & aliis.

Qui sapit, quoties animadvertit in aliorum peccata, sic apud se loquatur: num forte ego quoque talis sum? S. Justin. M. ep. ad Zenam, & Serenum, fratres.

Facilius est videre, quod in alio corrigas; atque id vituperando, vel objurgando, corrigere; quam videre, quid in te corrigendum sit. S. Aug. lib. exposit. ep. ad Galat.

Medici sumus vitiorum; at ipsi nos scatemus jugibus morbis. Duces viarum, sunt precipitium, trivere quas illi nunquam. S. Greg. Naz. poemate de vita sua,

§. III.

Correctio non negligenda.

Motiva

Ex Veteri.

Tollensq; Simeon, & ligans illis praesentibus. Gen. 42. 25. Cur praeter omnibus Simeon in carcerem mittitur? Si pro crimine venditionis res agebatur, omnes rei erant. quid magis peccavit Simeon? Post Judae consilium datum de venditione Joseph, cum non interesset Ruben, qui major natu erat; penes Simeonem, qui erat secundus, erat major autoritas inter fratres; qui debebat reclamare nefario consilio: at ipse omnino tacuit; & ejus silentium dedit occasionem, ut venditio fieret: ideo merito pro aliis omnibus punitur. Ita S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 115. quoniam igitur, tuendi juris causa non vocem quidem mittere ausus est Simeon; tanquam pro fratribus obsidem futurum vinculis constringi jussit: non tam, ut de ipso supplicium sumeret; quam ut documentum ipsi praeberet; ne posthac ejusmodi quidquam moliretur. Il. 6. 5. *va mibi quia zaccui!* S. Bern. ep. 7. redarguit seipsum: non quia cum malis dubitaverit; sed quia mala non redarguit. Baeza 2. l. 10. c. 11.

Virga directionis, virga regni tui. Psalm. 44. 7. Non regit, qui non corrigit. S. August. hic.

Magna est, velut mare, contritio tua! quis medebitur tui? Thir. 2. 13. Et unde tam desperata salus? v. 14. *propheta tui nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam provocarent.* S. Paschas. hic. nec dubium, quod culpa Sacerdotum, & eorum, qui in lege versantur, ruina sit populi, qui iniquitatem eorum populo sollicitè non annuntiant, ut ad poenitentiam convertantur. Euseb. t. 1, mir. Chr. Obl. 6.

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

Onus verbi Domini in manu Malachiae. c. 1. v. 1. *Malachias* ex Hebr. *Angelus Domini.* Nota moraliter: eum, qui de vitiis corripit, vel castigat, esse Malachiam, id est, angelum à Deo tibi missum, & coeleste oraculum. S. Carolus Borromaeus duobus gravibus Sacerdotibus id officii dederat, ut jugiter in omnia sua verba, & facta, invigilarent, notarèntque, sicubi quid peccarent. Corn. in Malach. hic.

Non solum Episcopi, & Sacerdotes, Sanctae Ecclesiae, Angeli appellantur; sed etiam unusquisque Fidelis, sive laicus, sive femina; qui peccantes redargunt. Haymo hom. Dom. 4. Adv.

Ex Novo.

Qui autem unum acceperat, abiens fodis in terram. Matth. 25. 18. Is, qui talentum defodit, non pro reatibus suis tunc accusabatur (integrum enim depositum reddidit) sed quoniam ipsum non multiplicavit; quoniam non castigavit ceteros; idcirco in illas intolerabiles poenas mittebatur. S. Chryl. hom. 2. ad pop. Antioch.

Auferite ista hinc. Jo. 2. 16. *Quod signum ostendis nobis, quia haec facis?* v. 18. S. Chryl. hom. 22. in Joan. quoniam signum opus erat, cum malefacta corripere, & Dei domum tantam purgaret ignominiam? zelus illi, pro domus Dei honore, maximum fuit signum.

Erat lucerna ardens, & lucens. Jo. 5. 35. Ardens in se, lucens aliis; ardens increpando, lucens instruendo. Hugo Card. in Lev. c. 28.

Ego sum vitis, vos palmites. Jo. 15. 5. Putandi estis. Et certe Christus, quoties lapsi essent, eos reprehendit: modò esse illos modicæ fidei; tardos corde; Petrum Sathanam vocat &c. Oliva fer. 2. D. 4. Quadrag.

Ex Patribus, & aliis.

Dum in hoc corpore vivitur, nullius est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio. Sanct. Ambrosius l. 2. de vocat. Gent. cap. 10.

Molestus est, & Medicus furenti phraetico, & pater indisciplinato filio; ille ligando, iste cædendo; sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant; ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Si enim equis, & mulus, quibus non est intellectus, moribus, & calcibus, resistunt hominibus, à quibus eorum curanda vulnera contrectantur; & cum inter dentes eorum, & ungulas, saepe homines periclitentur, & aliquando vexentur; non tamen eos deserunt, donec per dolores, & molestias medicinales, revocent ad salutem: quanto magis homo ab homine, & frater à fratre, ne in aeternum pereat, non est deserendus: qui correctus intelligere potest, quantum sibi praestabatur beneficium, quando se perfectionem perpeti querebatur. Sanct. August. ep. 50.

Ccc 2

An-

Annuntiate peccatori opus ejus, nè ille in peccato suo moriatur. Sanguinem verò ejus de manu vestra requiret, qui suo eum redemit sanguine pretioso. En de coelo clamat: virgo Israel corruit; & non est, qui sublevet eam. In luto aurum jacet. tollite, tollite margaritam. Levate splendidissimam, atque pretiosissimam, gemmam de sterquilinio. Levate eam, atque quam porcorum, id est, spurcorum spirituum, pedibus conculcetur. S. Bern. in epistolis.

Eam ob causam ira nobis infusa est, non ut nos etiam peccemus; sed ut, qui offendunt, prohibeamus. S. Isid. Pelus. l. 2. ep. 239.

Cum injurias nostras ipsi ulciscimur, modum quoque in ulciscendo excedimus: cum verò, vel de divina gloria, vel de iis, qui injurià læduntur, agitur; tum verò religiositatem, ac tranquillitatem, fingimus, mutique, ac corpidi sumus; atque ita affecti, ut nos inter, ac saxa, intersit nihil. S. Bern. ep. 202.

Est consentire, filere; cum arguere possis; & scimus, quia similis poena facientes maneat, & consentientes. Sanct. Bernard. in Nat. S. Joan. Bapt.

Hæc est veræ charitatis, & amicitia, regular; ut ita se fratres mutua dulcedinis amore confoveant; quatenus, si quid in utrovis reprehensibile sit, alter alteri non abscondat. B. Petr. Dam. ep. 3.

Qui negligentia, vel timore, aut amore, remissus in correctione; est quasi imago mortua ad fugandas aves; quæ successu temporis nihil curatur. Et sicut janitor juxta hospiciū depictus qui gladium, vel baculum, super intrantes quasi percute, & ab ingressu arcere volens, neminem tamen lædit, vel ardet. De his Ps. 72. 20. *in civitate sua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Summa Prædic. Correctio.

§. IV.

Correctionem negligentes, vel detrahentes.

Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Ex. 32. 1. Quis putasset, Aaron tam sanctum hominem post visiones tam illustres, miracula; populo simulacra flagitanti, non ausum dicere, hoc nolite facere? Oliva t. 3. c. 25.

In aula tam sancta, 2. Reg. 11. 4. nè unus quidem fuit, qui insanientem principem contineret; saltem nè sic palam turpe facinus patraret. Oliva t. 2. conc. 26.

Adonias - elevabatur dicens: ego regnabo. - Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens; quare hoc fecisti? 3. Reg. 1. 5. 6.

§. V.

*Correctio amanda, acceptanda.**Exempla**Ex Veteri.*

Cham à profilito parente non arguitur tantum, sed maledicunt. Gen. 9. 25. nec misit contra. Oliva fer. D. 4. Quadr.

Moyfes socero Jethro, argenti non solum indignatus non est; sed etiam humiliter obsecutus. Ex. 18. 17. Quam humilitatem mire laudat S. Chryso. de ferendis reprehensionibus. I. à dignitate personæ reprehensa: erat enim *Moyfes eruditus omni sapientia Aegyptiorum.* Act. 7. 22. Loquebatur Dominus cum eo facie ad faciem: erat propheta eximius; parator miraculorum; omnium ductor, & princeps. II. Jethro verò, ait Chryso. erat homo barbarus, & insipiens; quiq; in solitudine vitam egerat. III. à gravitate reprehensionis: *non bonam rem facis, stulto labore consumeris.* Ex. 18. 18. Et, quod gravius est, palam, & coram omnibus. Quid verò Moyfes? Et neque sic ait Chryso. exasperatus est ille sapiens, ille intelligens, ille tot myriadam dux; neque rubore suffunditur, quòd tot presentibus, usq; subditis, corrigeretur. Sed considerabat, quòd licet magna se signa fierent, humane tamen particeps esset naturæ; quam non raro multa latent; atque ideo cum mansuetudine consilium suscepit. Ita ille, apud Mendozam. in 1. Reg. 3. Annot. 6. sect. 3.

Oro te, ne celaveris me. 1. Reg. 3. 17. Hæc machina est, per quam ex altissimis hominum animis extrahitur sepulta veritas, & peccata silentio tecta; si dixeritis; *oro te, ne celaveris me.* Oliva t. 2. conc. 27. die 2. Ven. in Quadr.

Duo reges, David, & Asa, peccaverunt: David adulterio; Asa, dum in bello ponit spem in auxilio regis Syria: uterq; arguitur à Propheta; David à Nathan, Asa ab Hanani; David impetrat veniam. 2. Reg. 12. 13. *Dominus quoq; transtulit peccatum tuum.* At Asa graviter punitur tam morte suâ, quam multorum de populo. Quod discrimen? David benignè accipit correptionem; at Asa reprehensus fuit in Prophetam: *trastulit est Asa.* 2. Par. 16. 2. 7. 10. Sylv. addit. in Evang. Matth. 19. quest. 4.

Et reversus est Nathan in domum suam. 2. Reg. 12. 15. Quem mihi nunc facile reperies honoratum, ac divitem; qui, si aliquis culpæ reus arguatur, non molestè ferat? At ille regio clarus imperio, tot divinis probatus oraculis; cum à privato homine corripetur, quòd graviter deliquisset; non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpæ dolore. S. Ambr. l. de Apolog. David c. 2. Idiota, seu plebeus arguit regem. Verùm David non indignatus: non enim tam dicenti, quam mittenti, attendebat. Non excoecabat illum circumstantis militum agmen: intellexerat enim Angelicum Domini exercitum; & tanquam videns invisibilem, exhorrescebat, ac respondit venienti; imò potius, per illum, mittenti: *Peccavi Domino.* v. 13. S. Cyrill. Jerof. Catech. 2.

Exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum. 3. Reg. 13. 4. Hinc adverte, quam invisâ sit Numini contra correctorem indignatio. Oliva fer. 2. D. 4.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Vade voca virum tuum. Jo. 4. 16. Quid patravit Samaritana, ut, Magdalena prope superior, brevi tempore velut Apostola, fecerit patriotas admiratores Christi? Fœmina poenitens audivit admonentem, & honorificè appellavit: *Domine, us video, Prophetas tu.* Oliva t. I. conc. 7.

Petro Paulus in faciem respicit. Gal. 2. 11. Et tamen Petrus 2. 3. 15. vocat *Charissimum fratrem.*

Inimicum nè laudantem quidem probò; amicum verò & reprehendentem amplexor: ille, etsi me osculetur, insuavis est; hic, etsi vulneret, amabilis. Illius osculum suspitione plenum est; hujus vulnus medicamentum vim habet. S. Chryl. hom. de fer. repreh. & conversione Pauli.

Quis dabit mihi centum in mei custodiam deputari pastores. Quanto plures sentio mei curam gerere, tantò securior exeo ad pascua. S. Bern. ep. 42.

Quæso te, profusus lacrymis faciem mentis; nè, mei curâ posthabita, necessariam castigationis, vel admonitionis, elemosynam mihi subtrahas. S. Fulbert. Carnot. ep. 12.

Sal, si in aquam mittatur, mitius convertitur; & aqua ejus saporem recipit; si autem in ignem, ignis ingentem edit strepitum, nec ejus saporem recipit. Probi, ut aqua salem reprehensionis leniter accipiunt; at verò improbus statim exauperatur. Diez, Conc. 3. in Com. Doct.

Sal vulnus acerbatur, sed sanat; carni integra non nocet. Sic correçtio molesta non probò, sed improbo. Stella in Luc. 14. si Sal evanuerit.

S. VI.

*Alia motiva varia acceptandi Correçtionem.**Ex Veteri, & Novo.*

Benedixit singulis filiis Jacob. Gen. 49. 1. Sed an benedictiones vocandæ, quæ fulminibus funestavit? Ibi Ruben libidinis reus prohibetur crescere. Simeon, & Levi, *vas iniquitatis bellantia*, in abyssum merguntur. Issachar æquatus asino, servituti jugo addicitur. Dan coluber arguitur tortuosus. In lupum Benjamin degenerat Ipolitis inhiantem. Quæ prosperitatis inde læges pullulet? Enimvero quod objurgantem è filiis, aut interpellant parentem, aut odeant; supplicii catastrophe in theatrum mutatur felicitatis. Nam Levi, & Simeon, non exulant, sed sacrificant; nec pelluntur civitate, sed templo præsent. Benjamin pro lupo Paulus sufficitur. Tanta est vis patientis censuram. Oliva fer. 2. D. 4. Quadr. Jacob moriturus acriter increpavit tres filios Ruben, Simeon, & Levi; & tamen ibidem dicitur, singulis benedixisse *benedictionibus propriis.* Nodum solvit Cæteranus: Omnia dicit benedicendo; nam & arguere, & præmonere, aliena non sunt à pa-

ternis benedictionibus. Mendoza in 1. Reg. Annot. 10.

Profectus virgam, & versa est in colubrum. Ex. 4. 3. Virga Moysis correpto. S. Bern. illis convertitur virga in draconem, qui leniter correçti emendare se nolunt. Alvarez Joseph ill. Illustr. 27.

Qui correçtiones malè ferunt, similes sunt vitro, quod frangitur, cum lavatur. Summa Prædic. Accusatio fallâ.

Apprehendite disciplinam &c. Pl. 2. 12. In Hebr. *Osculamini filium.* Non est satis, illam pati, & admittere; debes correptionem fovere, osculari, lactare; alioquin exterminaberis. Oliva f. 2. D. 4. Quadr. Hebr. *Osculamini disciplinam.* Aquila: *Osculamini filium.*

Quærit derisor sapientiam, & non invenit. Prov. 14. 6. Jansen. q. d. derisor, id est, qui longò tempore non acquievit sapientium salutaribus monitis; sed etiam inveteratâ malitiâ obstitit veritati, & Sapientiæ; justò DEI judicio incidens in tribulationes, & angustias; atque ob id quærens sapiens consilium, quò evadat urgentia mala, frequentè non invenit sapientiam sibi bene consulentem; sed suis consiliis finitur semper in pejora prolabi. Corn. hic. Quod est aratum agro, farculus hortò, lima ferro, lixivium panno, fornax auro, pecten capiti, carminatio lino, tritura tritico, frænum equo, cauterium vulnèri, pharmacum febrì, virga puero: hoc est disciplina homini carnali, & vitis addicto. Corn. ib.

Plus proficit correçtio apud prudentem &c. Prov. 17. 10. q. d. vir prudens ob divinas comminationes corde conteritur, & respicit; stultus autem nè fame quidem, aut aliâ clade, pullatus sentit, aut ad frugem se convertit; sed in malitiâ obstinate persistit. Ratio hujus sententiæ: quòd sapiens sequatur ductum rectæ rationis. Itaque si verâ ratione ostendas, eum errasse; veritati, & orationi cedit; erratum agnosceret, & corrigeret. Stultus verò non sequitur ductum rationis, sed phantasiæ, & concupiscentiæ: cui quia modicus adhæret; hinc ab ea non nisi multis verberibus avelli potest. Sicut canis os rodens, ab eo nisi multis plagis avelli se finit. Corn. hic.

Melius est, à Sapiente corripì, quàm stultorum adulatione decipi. Eccl. 7. 6. Hebr. *melius est, audire increpationem sapientis, super virum audientem canticum stultorum.*

Et constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Il. 2. 4. Hæc subjungit Isaias; cum præmississet de Salvatore nostro, quia judicabit gentes, & arguet populos multos. Nimirum congruus ordo: dum primum quidem peccator arguitur; deinde gladii in vomeres, & lanceæ constantur in falces. Nam dum impatiens quispiam per disciplinam mitior factus, tanquam planus ager increpationis cultrò profcinditur; deinde suavi semine sanctæ prædicationis aspergitur; & sic demum fecundâ bonorum operum fruge vestitur. Huic scilicet & gladii facti sunt vomeres; & lanceæ convertuntur in falces. Impatientibus sanè correptiones quasi

quasi gladii sunt: sed si volunt, ut hi gladii ver-
tantur in falces; hirsuta vitiorum suorum du-
meta, quibus horrent, permulentur in messes.
B. Petr. Dam. l. 6. ep. 18.

Exprobravit incredulitatem eorum.
Marci 16. 14. Audis Christum Discipulos in-
crepantem; imò, quod durus sonat, etiam ex-
probrantem; nec quodcumque, sed eà horà,
quà eis corporalem præsentiam subtrahitur, vi-
deri poterat magis ab increpatione parcere debu-
isse. Noli ergo indignari de cætero, si te quo-
que aliquando Christi vicarius increpaverit: id
enim exhibet, quod ascensus ab eis in cælum
suis Christus legitur exhibuisse Discipulis. S.
Bern. in ascens. f. 1.

**Rogo vos, fratres, ut sufferatis verbum
solarii.** Hebr. 14. 22. Hoc scripsit, post-
quam eos acriter reprehendit. Reprehensio-
nem vocat consolationem: neque enim vana
adulatio, sed objurgatio consolatur. Mendoza
in Reg. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Si per charitatem imponitur disciplina, de
cordelentitas non recedat. Quid enim tam pium,
quàm medicus ferens ferramentum? Plorat se-
candus, & secatur; plorat urendus, & uritur.
Non est illa crudelitas; absit, ut sævitia medici
dicatur. Sævitur in vulnus, ut homo sanetur: quia,
si vulnus palpatur, homo perditur. S. Aug. f. 15.
de Verb. Dom.

Sicut insipiens est, qui pharmaca rejicit;
itã & stultus, qui non suscipit gratiã animẽ
reprehensiones. S. Chryl. hom. de fer. re-
preh.

Cui vita sua chara est, dura nulla est cura. Me-
dicus non fit ingratus, qui per dolorem revocat ad
salutem. S. Chrysol. f. 167.

In Capitulis Religiosorum, antequam culpæ
recognoscantur, seu proclamantur; fit lectio in
Martyrologio: ut fratres sanctorum Martyrum
exemplò ad patientiam animentur; licet sine culpã
redarguantur, aut proclamantur. Molanus ex
Dion. Carth. lib. de Martyrol. c. 14.

Vulnerat chirurgus, cum venam aperit,
ut sanguinem malum deducat; & mercedem
ei damus: Quia salubriter vulneravit. Sic
ama correptorem. Stengel. t. 3. div. Judic.
cap. 35.

§. VII.

Correctionem non acceptantes.

Cum Moyses, Ex. 8. 17. percussisset pulve-
rem, *omnis pulvis terræ versus est in
sciniphes.* Non dicitur, percussisse omnem pul-
verem; & tamen dicitur, omnis pulvis conver-
sus in sciniphes. Quia cum arguitur, vel puni-
tur, unus malus, omnes mali detrahunt corrigenti.
Summa Prædic. Correctio.

Prævaricatores quasi spinæ. 2. Reg. 23.
6. Omnis peccator spinæ comparatur: quia sicut
spina tangentem se manum lacerat; sic peccator
corrigentem se dente detractionis mordet. Hugo
Card. hic.

**Convertimini ad correptionem meam;
en proferam vobis spiritum meum.** Prov. 1.

23. Non dixit, ad blanditias meas. Unde qui-
busdam corripit dedignantibus ait: *mane cor-
surgens, & non invenient me.* v. 28. Nimis
à Sapiëntia deviat, qui superbum cor divinis in-
crepationibus non inclinat. Vitrici privi-
gis indulgent; patres dura plerumque verbera
propriis pignoribus adhibent. B. Petr. Dam.
ep. 18.

Tenebræ factæ sunt. Matth. 27. 45. Cur
tot, & tanta, signa fiunt, cum Christus est cru-
cifixus? cur non etiã, quando comprehenditur,
flagellatur &c. cur expectatur tempus usque ad
mortem? S. Chryl. hom. 10. de Pass. post o-
mnia verò, quæ per insaniam, & furorẽ, fe-
cerunt, factum est. Quando ipse furor cessavit,
quando deridendo saturati sunt, quando contu-
dendi animus suum expleverant; quando quan-
denique omnia ab ipsis dicta sunt, quæ volebant;
tunc tenebræ apparent: ut saltem tunc irã depo-
sita non nihil ab hoc signo consequerentur. Cæ-
lestia, & rationabilia signa non dantur fervente
te fervore; quia tunc nil proficiunt; sed quando
remititur, & quiescit; ut valeant ratione pec-
cipi. Sylv. in Act. c. 18. q. 8.

Sicut qui vult ignem accendere, à fumo pa-
titur molestiam; qui candelam emungit, digitos
suos comburit; tractans spinas pungitur: ita qui
corripit insipientem, puncturas sustinebit. Sum-
ma Prædic. Correctio.

§. VIII.

Correctio fit lenis, cum amore.

Ex Veteri.

Sed abiisse simpliciter in Sylvam ferrum-
que lapsum de manibus &c. Deut. 19. 5.
Ad Sylvam cum armis imus, quoties ad intuenda
subditorum delicta convertimur. Ferrum de
manibus profilet, cum de correctione sermo du-
rior excedit. V. Beda hic.

**Venis ergo Moyses, & locutus est omnia
verbo Cantici hujus.** Deut. 32. 44. à versu
primo nihil aliud, quàm ingrati populi peccata,
ac divini Judicis supplicia, continentur; & in-
hilominus Canticum appellatur. Quod ideo fa-
ctum reor; ut reprehensiones, tanquam suaves
cantilenæ, & leniter à Prælati adhibeantur, &
benevolè à subditis accipiantur. Ob eandem
causam, cum DEus populo Israelitico peccata
veller objicere, & supplicia minitari: *cantabo*,
inquit, *dilecto meo canticum patruelis.*
II. 5. 1. Sapienter id facit; ut cantu leniat
asperitatem objurgationis. S. Chryl. in II. 1.

Et ecce examen apum in ore leonis. Judic.
14. 8. Samson invenit in ore leonis mel, quando
subditus invenit in ore Prælati correptionem.
Figur. Bibl. Rempel. Justitia.

Dentes tui sicut greges tonsarum. Cant.
4. 2. Verborum artifices humani sunt dentes;
ideoque pro verbis in sponsa dentes laudantur.
Hæc verò verba, & oves decet esse lenitate, &
detorsã modestiã, & fruge fecunda. Nolo
verba aut leonem rugitu æmulari, aut taurum
cornu, aut ebone elephantem. Lota sunt inno-
centiã, dum alios mundare volunt. Oliva l. 6.
Strom. hic.

Nota

Non incendas carbones peccatorum, arguens eos. Eccli 8. 13. S. Baſil. in regul. brevior. interrogat. 99. quærit: quò animi affectu quis alium corripere debeat? & reſpondet: quali uteretur pater, & medicus; cum miſericordia, & lenitate, ſi filium ſuum curaret.

Aſtrita fronte. Ezech. 3. 7. DEus Prophetæ promittit duram frontem, at non cor durum: quia, licet ei, qui eſt durò corde, ſevera, & dura, oſtendenda eſt frons; à corde tamen durities abſit oportet. Cor enim corripientis debet eſſe amore plenum; & ex amore, ut durum corrigat, duram aſſumere frontem. Prælatuſ, dum durum corripit, adhibeat duritiem increpationis, non ſolum inſtar adamantis, ut terrorem correptus aſpiciat; ſed etiam inſtar filicis: quia in illa ipſa duritie ſcintillæ charitatis emicare debent in corripiente. Corn. hic.

Ex Novo.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5. 13. Sal, ut ſit utilis, cum moderamine adhibendus. Ità Prælati correptione ſit moderata. Sylv. hic. q. 5. Sal cum humido humeſcat, ſiccatur cum ſiccò. Priùs eos Sal vocat, quàm lucem: ut doceat; ſi lucere corripiendo velit, ut primùm Sal ſint; & ad ingenia hominum ſe componere ſtudeant. Did. Niſ. fer. 3. D. 3. Quadr. §. 3.

Conveſcens præcepit eiſ &c. Act. 1. 4. Cur comedit, antequam aſcendat? Quia ſuos reprehendit. *Exprobravit incredulitatem eorum.* Marci 16. 14. Comedere autem eſt ſignum eximie benevolentie, & amicitie; quò rigorem reprehentionis voluit mitigare. Sylv. in Act. 1. q. 7.

Vos, qui Spirituales eſtis. huiusmodi inſtruite in Spiritu lenitatis. Gal. 6. 1. Arguendi munus Spiritui Sancto traditur: *Arguet Mundum.* Jo. 16. 8. quia eſt amor. Ut ergo reprehentione efficax ſit, in Spiritu lenitatis fiat. Sylv. hic q. 12.

Amoris, & rigoris Spiritu temperatos diſcipulos ſuos videbat Paulus: non Timotheum Zelò ferventem patientie frænò coërebat: *in crepa,* inquit, *in omnipotentia.* 2. Tim. 4. 2. At verò Titum manuſtudini vacantem poteſtatis ſtimulò incitat: *Argue cum omni imperio.* Tit. 2. 15. S. Greg. p. 3. paſtor admonit. 7. illi, quod deeſt, jungit; huic quod ſuper eſt, ſubtrahit: illum ſtimulò impellere nititur; hunc frænò moderatur. Mendoza in 1. Reg. 2.

Vide tit. Manuſtudo.

§. IX.

Dum corripis, tuam, & proximi, fragilitatem intuerere.

Quare perſequimini me ſicut DEUS? Job. 19. 22. Ità enim arguebant cum in ſua miſeria; acſi ipſi nihil, more Dei, de infirmitate haberent. Sylv. in Matth. 4. q. 20. Ità ex infirmitatibus me affligitis, acſi ipſi, more DEI, de infirmitate nihil habeatis. S. Greg. hic.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5. 13. Cur Sal terræ, & non hominum? ut ſemper ante

oculos habeant fragilitatem ſubditorum. Sunt enim è terra, & limo formati: ut eorum miſeriſ condeſcant, & compatiantur. Sylv. hic.

Negavit. Matth. 26. 70. Homines hominum creavit Doctores, ut ſimili offensa, indulgentià proclives magiſtros eſciceret; paſſionumque ſocietate clementiam doctrine admiſceret. Sic Petro, qui puellæ metu Dominum negaverat, miſſa objurgatione veniam concedebat: docens, quà ratione peccantes ferendi ſint. Infirmiſ ſenſiſti? periculò doctus es. Nè tibi ipſi credas. Didiciſti, quàm ſit ubique neceſſaria gratia. Veniam concede, quà te ſcis eguiſſe. Nè depretia-veris poenitentie pharmacum, cujus tu petram, (robur, vim) miratus es. S. Baſil. Seleuc. or. in illud: niſi converſi fueritis. Matth. 18. 3. Divina diſpoſitione factum eſt; ut Sacerdotes etiam ipſi peccatis ſubjecti ſint. Si enim Doctores, & Sacerdotes ipſi, non peccarent; neque vite huius affectibus ſubjecti eſſent; certè inhumani, & venià aliis dandà eſſent abhorrentes. Probat id exemplò Petri alioquin feveri, & durioris, de quo ſeq. Succubuit peccato, ut delictum ſuum, & Domini veniam, conſiderans, condonaret & aliis benignitatis cauſa. S. Chryſ. or. de SS. Petro, & Elia.

Cur Petrus permiſſus labi? S. Aug. ſ. 124 de Temp. ut in Clavibus eſſet fidelis janitor, in ſententia clementiſſimus diſpenſator. S. Leo ſ. 9. de Paſſ. ob hoc Petrus hæſitare permiſſus eſt; ut in Eccleſiæ principe remedium poenitentie conderetur.

Se inclinans ſcribebat in terra. Jo. 8. 6. Cum peccantem conſpicimus alium, mox inclinamur deorſum; id eſt, quàm dejecti ex noſtræ conditionis fragilitate ſimus, ſi nos non divina pietas ſuſtenter, humiliter inſpiciamus. V. Beda hic. Ad terræ contemplationem Chriſtus vocat accuſatores. q. d. terra eſt mulier, fragilis; ex veſtra fragilitate diſcite. Eſcob. t. 2. perſ. Chr. Jo. 8. obl. 6. Porro Dominus *digitò ſcribebat in terra.* v. 6. Quid ſcribebat? aliquiſ ingenioſè aſſerit, expreſſiſſe: qui ſtas, vide, nè in graviora adulteria prolabar. Eſcob. Chr. parab. ſect. 4. obl. 2.

Paſce oves meas. Jo. 21. 17. S. Baſil. Seleuc. or. 28. Infirmiſ tuam ſenſiſti? agnoviſti, quò tua devoluta ſit jaſtantia? veniam concede, quà te ſcis eguiſſe. Nec depreca-beris poenitentie pharmacum, cujus tu robur admiratus es.

Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. 1. Cor. 9. 22. Omnia omnibus factus eſt, cogitando ſcilicet, ſe eſſe potuiſſe etiam in eo vitio, unde cupiebat alium liberari. S. Aug. l. 1. q. 9. 71.

Fraſres, & ſi præoccupatus quis fuerit homo in aliquo delicto &c. Gal. 6. 1. S. Hieron. ut ex ipſo nomine homo humanæ conditionis imbellicitas oſtendatur, dignuſque cenſetur; qui, velut homo errore deceptus, & merſus in voraginem, ſeipſum ſine auxilio erigere non poſſit.

Nihil ità frangit hominis ſeveritatem in corrigendo,

gendo, quàm timor proprii casus. S. Thom. in c. 6. Gal. L. 1.

§. X.

In Correctione oderis vitia, non hominem.

Perfectò odìo oderam illos. Ps. 138. 22. Quid est, perfectò odìo? oderam in eis iniquitates eorum; diligebam conditionem illorum. Hoc est perfectò odìo odisse; ut nec propter vitia homines oderis; nec vitia propter homines diligas. S. Aug. hic.

Et increpavit Jesum Spiritum immundum, Luc. 9. 43. & sanavit puerum. Nos contra peccatores execramur, sceleribus ignoscimus; impietatem fovemus, impios damnamus. Jesus autem dæmonem increpat, puerum sanat. Correctio impios purget, ut purpuram, quæ si pulverulenta sit, virgis concutitur; non ut ipsa laceretur, sed ut pulvis excutiat. Sic prudens agricola ferò luxuriantes ramos decuminat; non ut in arborem sæviat, sed ut arborem servet. Sic Christus fecit cum Thoma; à quo amoturus perfidiam, Apostolatium non tollit, nec coenaculo pellit. Jo. 20.

Reges eos in virga ferrea. Apoc. 2. 27. Rupert. hic. id est, recta & severa justitiæ disciplina, quæ non citò flectatur in gratiam, vel odium: quia vicit hæc, qui prædictarum victor est passionum; bonumque habet Zelum, nunquam odiendi hominem, & amando vitium; sed semper amando hominem, & odiendo vitium. Hæc enim in Rectore Ecclesiæ animi fortitudo, virga ferrea; id est, fortis, & recta, disciplina est.

§. XI.

Correctio sit privata.

Joseph Gen. 45. 1. Fratribus revocaturus in memoriam peccatum, extraneos jussit exesse.

Cum Dominus vellet arguere Job, c. 42. 1. solum convenit. Apud amicos palam laudavit:

Non locuti estis rectum, sicut servus meus Job. 42. 7. Sic Num. 12. 5. volens arguere Mariam, & Aaron, murmurantes in Moyse; eos ad fœderis tabernaculum seorsim præcepit ire cum fratre. Sic Christus Jo. 4. 27. Samaritanam solam, & secretò, arguit; discipulis dimissis, ut cibum emerent. Stella in Luc. 24.

Apprehendens eum de turba seorsum. Marci 7. 33. Ad designandum: quòd spiritualiter surdi, & muti, secretè admonendi sunt, atque docendi; nè ex humano robore retrahantur ab advertentia, & penitentia. Dion. Carthuf. hic.

§. XII.

Varia requisita ad fructuosam Correctionem.

Ecce constitui te DEum Pharaonis. Ex. 7. 1. Quasi innueret: quòd, nisi Deitatem induat privatus homo, minimè nuntiabit dura, & acerba verba, principi; ex quo sperare bona posset, & timere mala. Ex. 32. 27. *occidas unumquique fratrem suum &c.* Cur ad munus adeò durum Moyse Levitas selegit? S. Ambr. ep. 56. sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria Levitarum, quorum portio DEus. Nesciunt enim parcere suis, qui nihil suum norunt: quoniam sanctis omnia DEus est. Bæza l. 3. c. 4. §. 33.

Etiam in secreta monitione, cum prudentia, & cautis exemplis, procedendum est, sicut Nathan 2. Reg. 12. 1. &c. Sunt quidam sicut leones, qui rugitu suo alia animalia terrent, non proprios catulos: sic illi alios, non propriam familiam. Summa Prædic. Correctio.

Perversi difficile corriguntur; & multorum infinitus est numerus. Eccl. 1. 15. Hebr. quod depravatum, vel perversum est, non poterit quis reconcinare; & diminutio, vel defectus, non poterit numerari.

TITULUS XLI. CREATURÆ.

§. I.

Omnes bonæ, & utiles.

Introduxit me Rex in cellaria sua. Cant. 1. 3. Modus contemplandi in Creaturis providentiam DEI erga nos. Quid sunt maria, & flumina, piscibus referta, nisi quædam Dei cellaria ad reficiendum? quid aër volatilibus; aut terra animalibus, arboribus, & plantis, abundans? nisi quædam promptuaria ad tuam nutritionem. Quid mineralia, ubi aurum &c. nisi thesauri DEI, ad te locupletandum. De Ponte hic. Exh. 10.

Nihil est ordinatum, quod non sit pulchrum. S. Aug. l. de vera Relig. c. 41.

Omnis natura, quamvis extrema, quamvis infima, in comparatione nihili jure laudatur. Id. ib.

Quid ita inutile videtur nescientibus, ut cimices? si sanguisuga faucibus hæserit, fumò ejus exceptò, statim vomitur, & difficultas urinæ hujus appositione laxatur. Pavi fimus podagræ fervorem mitigat. S. Hieron. l. 2. contra Jovin. apud Doulremian de amore l. 1. c. 1. st. 10.

Alia esui, alia potui, alia alii nascuntur usui. Nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutile, aliis utile est; imò ipsum tibi frequenter aliò usu utile est. Quod eicam non adjuvat, medicinam suggerit: & sæpe eadem, quæ tibi noxia sunt, avibus, aut feris, innoxium ministrant pabulum. S. Ambr. l. 3. hex. cap. 9.

Nihil vile, aut abjectum, putandum est, quod DEUM habet authorem. S. Jo. Damasc. or. 1. de imaginib. Omnia, quæ à Deo creata

creata sunt, nobis bona sunt, & bona valde. S. Chrysol. l. 89.

Tanta est nobilitas cujuscunque vilissimæ creaturæ; utpote pili, paleæ, & cujuscunque etiam vilioris; quòd tota philosophantium peritia omnem eis perfectionem, quam in illa creavit DEUS, comprehendere non valeret. S. Bernardin. l. 51.

Dicit aliquis: ad quid valent pulices, qui nos inquietant? respondetur: valent ad humiliandum hominem; homo enim tumet superbiâ. Inquietatus à pulice humiliat se dicendo: Quid te exaltas pulvis, & cinis, qui pulci non vales resistere? Jo. Gerson. Alpha. beto div. amor.

§. II.

Creaturæ sunt scilicet ad Creatorem.

Ex Veteri, & Novo.

Posuit eum in paradiso voluptatis. Gen. 2. 15. ut ex aspectu multam acciperet voluptatem, provocaretque ad gratitudinem. S. Chrysol. hom. 13. Certum est, quòd homo istans habuit cognitionem creaturarum; & per illarum representationem ferebatur in DEUM; ad ipsum laudandum, venerandum, amandum; & ad hoc sunt creaturæ, & reducuntur in DEUM. S. Bonav. l. 13. de sublimit. fidei.

Ex omni ligno, paradisi, comede. Gen. 2. 16. Quod, ni fallor, idem est, ac si diceret: facite; ut per res omnes conditas ad me Conditorum affurgatis. S. Jo. Damasc. l. 2. Orhod. fid. c. 11.

Formatis igitur Dominus DEUS cunctis animantibus terræ, adduxit ea ad Adam. Gen. 2. 19. Statuens DEUS coram eo tot genera, creaturarum; potentie suæ infinitæ contemplandæ ei præbuit materiam. Et sequitur statim: **Immisit Dominus DEUS soporem in Adam:** quem soporem Sept. dicunt quandam extasim fuisse. Et credo, extasim illam causatam fuisse ex Bonitatis, & Majestatis, Dei infinitæ consideratione; quam ostendit in formatione tam diversarum creaturarum. Diez. conc. 2. in Comm. Virg.

Cæli enarrant gloriam DEI. Ps. 18. 2. Hebr. **Cæli scribunt gloriam DEI.** Cant. 5. 14. **Manus illius tornantes aurea.** Alii: **manus ejus volamina aurea.**

Quam magnificata sunt opera tua Domine! Ps. 91. 6. Quocunque aspexeris ædificium, tuum est. Vides solem, vides stellas, vides lunam: hoc ædificat te. Debes enim cogitare, & dicere: si sol, & luna, & cælum, & stellæ, Deo serviunt; quare ego non serviam? Cælum servit, terra servit; & infelix ego homo non servo. Quid erigeris in cælum? & cogitatio tua transcendit in cælum? & cogitatio tua transcendit in cælum? ecce à pulice vulneris! S. Hier. in Ps. 91.

Audierunt omnia verba oris tui. Ps. 137. 4. Nulla est pars Creaturæ, & supernæ, & infimæ; quæ non emitat vocem quavis tubæ clarioris, prædicantem nominis Dei magnificentiam. S. Chrysol. hic.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Sanctus Dominus in omnibus operibus suis. Ps. 144. 17. Omnia ista DEI opera sunt: proponuntur, suscipiuntur, laudantur, opera celebrantur; de operatore taceatur. Ergo in operibus volo laudare Creatorem; ingratum non amo laudatorem. Laudas, quidquid fecit; taces de illo, qui fecit? Quasi verò, nisi ille tantus esset, invenires, quod laudares. In eo, quod vides; quid ibi laudatur? species, utilitas, aliqua virtus, aliqua potentia, rerum istarum: ut pulchritudo te delectet; quid pulchrius faciente? Si utilitas laudatur; quid illò utilius, qui fecit omnia? Si virtus laudatur; quid illò potentius? à quo etiam facta non dimituntur, sed reguntur, & gubernantur omnia. S. August. hic.

Num, quem diligit anima mea, vidisti? Cant. 3. 3. Sponsæ charitas eò devenit, ut sponsum omnia putet; nè usquam eò crearet. Si ad vineas diverit, **borrus Cyprî dilectus meus mihi.** Cant. 1. 13. In campo florem illum agnoscit. Si aromata fragrant, Christus myrrha illi est. Si sylvas adit, malus est inter ligna. Si montes subit, Christus est cervus. Breviter, nè à Christo usquam avocetur, illum ubique; ea esse dicit, quæ ipsi in oblectamentum objeceris. Olival. 3. Strom. hic.

Paululum, cum pertransissem eos, invenit, quem diligit anima. Cant. 3. 4. In triplici Creatura sua investigari, & agnosci, potest DEUS: in Mundo, & ad ejus ornatum creatis; in Homine; & in Angelo. Has singulas circum, & pertransit, anima DEUM sitiens; ut eum, quem querit, inveniat. Rich. à S. Vict. hic.

Cæcus quidam. Luc. 18. 35. Vident cæci, cum cernentes hunc Mundum immensâ pulchritudine rerum conditarum, collatione factâ, conspicantur & ipsum Mundi opificem, Orig. in Matth. c. 13.

Quære DEUM; si forte atrectent eum, aut inventiant. Act. 17. 27. Verbum atrectare dici solet de cæcis, qui palpando viam quærunt: quia in hac vita tantum per vestigia Creaturarum investigamus DEUM; & palpando creaturas, in illis quasi DEUM atrectamus. Alii putant, vocabulum esse Musicum, significans tactum psalterii, vel citharæ: creaturæ enim velut chordæ instrumenti Musici à DEO facti; ex quorum tactu per cognitionem mirus prodit sonus. Hic sonus vocatur Job. 38. 37. **concentus cæli.** De Ponte. in Cant. 3. Exh. 1. §. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Sol oculus est Mundi, jucunditas diei, cæli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ. Sed quando hunc vides, auctorem ejus considera; quando hunc miraris, lauda ipsius Creatorem. Si tam gratus est sol, consors, & particeps creaturæ; quam bonus est sol ille justitiæ? S. Ambr. l. 4. hex. c. 1.

Quamcunque creaturam aspexerimus, fulgurat DEI notitiam; dum ex creaturis
D d d Creator

Creator agnoscitur. S. Hieron. in Ezech. cap. 1.

Circumceat animus tuus per universam Creaturam; undique clamabit tibi Creatura: DEUS me fecit. Quidquid te delectaverit in arte, artificem commendat. S. Aug. in Ps. 26. Enarr. 2.

Quid non pro suo genere, ac pro suo modulo, habet similitudinem DEI? quandoquidem DEUS fecit omnia bona valde; non ob aliud, nisi quia ipse summè bonus est. Id. l. 11. c. 5. de Trinitate.

Interroget se anima: Quis fecit hæc omnia? Quis creavit hæc? Quis te ipsam? Quid sunt ista, quæ consideras? Quid? in quo consideras? &c. Id. in Psal. 99. Enarrat.

Ineffabili dulcedine teneor, cum audio, bonus Dominus! consideratisque omnibus, & collustratis, quæ forinsecus video, quoniam ab ipso sunt omnia; etiam cum mihi hæc placeant, ad illum redeo, à quo sunt: ut intelligam, quoniam bonus est Dominus. Id. in Psal. 34. enarrat.

Disce amare in creatura Creatorem, & in factura factorem. Ne terreat te, quod ab illo factum est, & amittas eum, à quo & ipse factus es. Id. in Psal. 39.

Circumspice mihi ver, & diversi generis flores, in similitudine disparata; rosam quidem rubeam, Liliū autem album: ex una fanè pluvia hæc sunt, & ex una terra: quis hæc discernit? quis operatur? S. Cyrill. Jeros. Catech. 9.

Hæc universa Mundi moles perinde est, ac liber literis exaratus, palam contestans; ac deprædicans, gloriam DEI; illiusque augustissimam majestatem annuntians tibi intellectuali creaturæ. S. Basil. hom. 11. hexam. In manus dedit DEUS hominibus librum suo digito concinnè descriptum, quasi precarium; ut eò apertò, & subinde evolutò, nunc ejus omnipotentiam, nunc sapientiam, modò alia, & alia Deitatis attributa, lechiteamus. At quorsum liber aureis notulis pulcherrimè picturatus, mysteriisque rerum abditarum abundans? si tamen illum nec in manus sumas, nec lineam unam legas. Fernandus in Gen. 1.

DEUS res creatas in morem scælarum adaptaverit; per eas sui amantibus ascensum ad se adstruxit. S. Basil. Seleuc. or. 1.

Per ipsa elementa Mundi, tanquam per publicas paginas, significationem divinæ voluntatis accipimus: Nec unquam cessat divina eruditio; quando etiam de iis, quæ nobis famulantur, imbuimur. S. Leo l. 7. de jejunio.

Utere, quomodo utendam est, creaturis visibilibus: & quidquid in eis pulchrum, atque mirabile est, refer ad laudem, & gloriam, Creatoris. S. Leo l. 7. in Nat. D.

Licet undecunque proficere, ac doceri, Omnia ferè mysticos offerunt intellectus; &

facile est, ex qualibet re morum figurare venturam statem. Nihil ita creatum est per se, nihil ita simplex, cui non sit aliquid; unde doceamur, vel cavere noxia, vel salutaria providere. Hildebertus ep. 16.

Mundus, & omnia, quæ cælo, & terrâ continentur; quædam clarissima DEI Sapientiæ signa sunt. Rupert. lib. 1. in Gen. cap. 5.

Omnia ad æternam beatitudinem capessendam à DEO sunt omnia ordinata; ita ut etiam corporalia, & mortalia, dum transeunt, dum in usum veniunt, aut in considerationem recipiuntur: subserviant. Sim. Cass. lib. 12. cap. 17.

Qui tantis rerum creaturarum splendoribus non illustratur, cæcus est: Qui tantis clamoribus non evigilat, surdus est: qui ex omnibus his effectibus DEUM non laudat, mutus est: qui ex tantis indicis primum principium non advertit, stultus est. S. Bonav. diæt. fal. Itin. mentis in DEUM. c. 1.

Omnes creaturæ istius sensibilis Mundi sunt umbra, resonantia, & picturæ; sunt vestigia, simulacra, & spectacula, nobis, ad contuendum DEUM, proposita, & signa divinitus data. S. Bonav. ib. c. 2.

Cuncta hæc, quæ videntur, sunt quoddam speculum, per quod cognoscitur Deus. S. Laur. Just. de virt. Fidei c. 2.

Cogita rerum principium, quod est nihil; & lauda potentiam: Attende ordinem; & mirare sapientiam: considera finem; & occurret tibi benigna utilitas, quam utilis benignitas Creatoris: nam suâ Bonitate, & nostrâ utilitate, fecit omnia DEUS. Hugo de S. Charo Pæologo in Gen.

Speculum sunt creaturæ, quæ representant Creatorem. v. 9. terra cum arboribus representant potentiam Dei; aquæ, quæ abluunt & mundant, misericordiam Dei &c. S. Vinc. Ferr. 2. post Ramos.

DEUS depinxit hunc Mundum, tanquam tabulam plenam imaginibus ad representandum. Id. de S. Dominico.

Si quis intraret domum, & in introitu sentiret calorem, & appropinquans majorem crederet ignem esse interius, etsi ignem non videret. Sic considerans res Mundi per pulchriora, credo, quanto magis appropinquat Deo, tanto pulchriora, & meliora invenit. S. Thom. opusc. 3. c. 3.

A quodam sancto viro secretè scio, quod post quosdam excessus, quos aliquando habuit; postmodum ad odorem florum sic immutabatur spiritus ejus; quod quasi ridebat ad prædictos excessus. Id. in Gen. c. 27.

Nulla tam exigua, & tam vilis, creaturula est; in qua non reluceant hæc tria inavivibilia: Potentia, Sapientia, Bonitas. Blossius Parad. animæ cap. 28. Si vel folium arboris contemplari volueris, deprehendes in eo stupendum quoddam artificium. Id. ib. cap. 29.

Pueri mirantes in Libris aurum, aut picturam, privantur libri medullâ, id est, doctrinâ. Non contemplare pulchritudinem creaturæ; sed lege, quod in ea scribitur: ut scilicet ames tantæ pulchritudinis Authorem, & Creatorem. Stella de cont. Mund. cap. 38.

Sol in vitro reflexus, vel aqua. Lem. *Reflexum facilius.* Subintellige, intuemur. Just. Lips. in not. ad l. 1. polit. ut solem deficientem non directè, sed in aquis intuemur; sic DEUM in operibus. Picinelli.

Peripicilia. Lem. *Non ipsa, sed per ipsa.* Non creaturas, sed per ipsas DEUM. Idem.

§. III.

Creaturarum usus, & abusus.

Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum; & bibe cum gaudio vinum tuum. Ecclæ. 9. 7. Literali sensu; in lætitia, & corde bono, uti quis dicitur bonis sibi à DEO concessis; cum modè utitur, & ad naturæ necessitates. Hic est enim proprius usus rationalis Creaturæ; propterea inquit, *Panem tuum*: Nam qui inexhaustâ cupidine gulæ, ventriculæ, deserviunt; pecorum vitam potius consecretantur. Olympiodor. hic.

Reliquum est, & qui gaudens, tanquam non gaudens. I. Cor. 7. v. 30. Gaudet, sed tanquam non gaudeat; qui sic de temporalibus bonis hilarecitat; ut tamen semper tormenta perpetua consideret. Emit autem, sed quasi non possidens; qui & ad usum terrena præparat; & tamen cautâ cogitatione providet, quod hæc citius relinquet. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur; qui & necessaria cuncta exterius ad vitæ suæ ministerium redigit; & tamen hæc eadem non sinit menti suæ dominari. S. Greg. hom. 36. in Evang.

Res aliæ sunt, quibus fruendum est; aliæ, quibus utendum: illæ, quibus fruendum est, beatos nos faciunt; istis, quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem, adiuvamur; & quasi adminiculamur, ut ad illas, quæ nos beatos faciunt, pervenire, atque his inhaerere, possimus. Si redire in patriam volumus, ubi beati esse possumus, utendum est hoc Mundo, non fruendum. S. Aug. l. 1. de doct. Christ. c. 3.

§. IV.

Placeat Creator pro creaturis.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi. Cant. 2. 3. Perpendit S. Bern. f. de

Nat. V. non dixisse sponsam: sub umbra illius, quam, sed quem &c. quia non petebat umbram, sed potius lucem meridianam: *Indica mihi, ubi cubes in meridie*: Optabat enim sponsum in seipso videre. De Ponte hic Exh. 26. f. 4.

Fili, tu semper mecum es; & omnia mea tua sunt. Luc. 15. 31. S. Chrysol. f. 4. hoc est dicere: patere illum rediisse patri; per-mitte patri, filium suscepisse: nec ille aliud, quam patrem quæsit; qui veniens non filii, sed mercenarii, locò voluit collocari. Sint tibi omnia; illi sufficit pater.

Natus diligere Mundum. I. Jo. 2. 15. Fuge creaturas, si vis habere Creatorem: Omnis creatura vilescat, ut Creator in corde dulcescat. S. August. hic. Sylveira in Luc. 15. 31.

Serò te amavi, pulchritudo tam antiqua, & tam nova; serò te amavi! Ecce intus eras; & ego foris: & ibi te quærebam; & in ista formosâ, quæ fecisti, deformis iruebam. Mecum eras; & tecum non eram. Ea me tenebant longè à te: quæ, si in te non essent, non essent. Id. Confess. l. 10. c. 27.

Non tibi ita placet, quod fecit; ut recedas ab eo, qui fecit. Sed si amas, quod fecit; multo magis eum, qui fecit. Si pulchra sunt, quæ fecit; quanto magis pulchrior est, qui fecit. Id. in Ps. 148.

Miscellanea.

Cæcus secus viam mendicans. Luc. 18. 35. Clara est effigies hominis positi in hujus vitæ via. An non mendicant homines? voluptates, divitias, honores; à cibo, pecunia, agro, ædibus, veste; à terra, aere? Nulla dies est, quâ non à creatura miserimus homo mendicet. Et, cum ita egens sit, quid accipiat? cæcus non videt. Quæ putat munera, ludibria sæpe sunt; & unde multum credit, vacuus remanet. Goliath I. Reg. 17. 51. enssem accipit; putat defensionem suam accipere: finietur vita ejus, & patebit; non defensionem, sed mortem accepisse. Bæza t. 2. lib. 10. cap. 4. hic.

Inspexi cætera infra te; & vidi, nec omnino esse, nec omnino non esse. Esse quidem, quoniam abs te sunt; non esse autem, quoniam id, quod es, non sunt: id enim verè est, quod incommutabiliter manet. S. Aug. Conf. l. 7. c. 11.

Omnis creatura, velit, nolit, uni DEO, & Domino suo subiecta est. S. Aug. l. de agone Christ. c. 7.

Vide plura tit. Mundus. Terrena.
Vanitas.



TITULUS XLII. CRUCIFIXUS.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Lignum vitæ in medio Paradisi. Gen. 2. 9. Lignum vitæ est Christus; lignum mortis diabolus. Vis videre ejus (Christi) fructum, quem dedit in tempore suo? vide eum Crucifixum, & latus ejus compunctum. Speciosus est, ut malum; suavis est, ut vinum; fructifer, ut olea; fructu abundans, ut palma; maturus, ut botrus: gustate, & videte. S. Chrysi. in Pl. 1. Sicut cor, quod est medium vivifici caloris, mediantibus spiritibus, influit vitam in cætera membra animalis; sic Christus crucifixus in medio latronum, qui est lignum vitæ, plantatum in medio paradisi; id est, Ecclesie, mediantibus sacramentis influit vitam in alia membra corporis mystici. S. Bonav. l. 1. D. 3. adv.

Cornibus hærens aries, Gen. 22. 13. Crucifixum Dominum significabat; vepres autem spinæ sunt. Spinæ iniquos, & peccatores, significant; qui suspenderunt Dominum in cruce. S. Isidorus in Gen. c. 18. Dum lignorum congeriem cernis, crucem mihi animadvert: Dum ignem specularis, amorem, & desiderium mihi cogitatione complectere; dum aram cogitas, Calvariam mihi perpende. S. Ephrem in Abraham, & Isaac.

Dominus videt. Gen. 22. 14. Hebr. *Videbitur*, id est, apparebit, succurret. S. Ambros. Eucher. Vatab. sic exponunt, quasi hæc sit propheta de Christo; q. d. in monte Dominus videbitur; id est, Christus D. apparebit in monte hoc; cum in eo crucifigetur, Corn. hic.

Lapis Jacob Gen. 28. 11. Figura Crucifixi, ut volunt Interpp. Primò describitur jacens lapis, & capiti dormientis suppositus; & post somnum erectus: ut in positione passio, in erectione resurrectio, Domini præmonstraretur. Nadasi anno Crucifixi, Dominus scæle innixus præsentiam suæ Majestatis, & mysterium DEI crucifixi, aperte designat. S. Thom. hic.

Jesph, Gen. 40. 21. 22. Christi Crucifixi figura, innocens in carcerem inclusus, cum duobus Pharaonis ministris, qui in Dominum suum peccaverunt; quorum unus servatus est à morte, alter illam non evasit. Sic Christus inter duos latrones. Nadasi anno Crucif.

Vadam, & videbo visionem hanc magnam. Ex. 3. 3. Non minor mihi, credite, est visio, aut minus prodigiola: eundem DEUM in deserto Calvarie Cruci affixum, spineo redimitum fertò, manis illius clavis perforatas, faciem livore, ac sanguine, opietam, corpus vulneribus lacerum, lanceâq; latus apertum, habentem cernere, Bessus. D. Quiaq.

Quòd agnus Paschalis assari jubetur Ex. 12. 9. crucifigendum Christum significavit: siquidem agnus in cruce formam expansus affabatur. Novimus Agn. Euch. Mysterium solennis sacrificii: quò in Paschæ Festo maciatur agnus ex oraculo, figura Christi erat; cujus sanguine Fideles frei unguunt domos suas, id est, semetipsos. S. Justin. M. Colloq. cum Tryphone Judæo.

Sed assum igni. Ex. 12. 9. Allegorica, & potissima causa fuit; ut assus agnus significaret Christum amore nostri in cruce tollum: Nam agnus in cruce formam affabatur. Corn. hic.

Cùmq; levaret manus Moyses. Ex. 17. 11. præferebat typum ejus, qui crucifixus est pro nobis. Declarata est igitur sub illa figura vis ipsius veritatis: quemadmodum enim servò extendente manus cecidit Amalech; ita, cum Dominus manus extendit, dissoluta est actus diaboli. B. Theodoret. q. 34.

Racemus ex ligno dependens Num. 13. 24. quisnam alius erit, quàm is, qui in novissimis sæculis ex ligno pependit: cujus sanguis potus factus est credentibus salutaris. S. Greg. Nyl. l. de vita Moysis. Botrus in phalanga suspensus, in cruce Christus appensus ostenditur. S. Maximus hom. 1. in Natali S. Cypr. Ep. M. Quod lignò portatur, Crucifixum significat. S. Prosper parte 2. c. 8. Botrus in vecte, Christus est in cruce. S. Rupert. l. 10. in Matth.

Petra percussa aquam vomit Num. 20. 11. quæ Christus significat: percussus enim Christus in cruce sitientibus gratiæ lavacrum effudit. V. Beda in Ex. 17.

Serpens lignò suspensus, Num. 21. 8. Typus, & umbra fuit Christi pro salute nostra in cruce pendens; sicut ipse exponit in Evangelio Joannis 3. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem &c.* Vide figuram, & confer cum veritate. Illic serpentis similitudo formam quidem habebat bestie; venenum autem non habuit: ita & hõc locò homo Dominus; sed à peccati veneno liber: in similitudine carnis peccati venit; hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxie, quæ minime caro peccati esset. Theophylactus in Jo. 3. Assimilat seipsum Jesus in cruce serpenti aëneo in ligno pendenti: eò quòd caro ejus non caro peccati; sed similis carni peccati erat: sicut serpens aëneus non venenosus, sed similis venenoso animali erat. Cajet. in e. 3. Jo. Serpens aëneus figura Crucifixi. Si quis sentit se morderi à Serpente Leviathan per superbiam; si vult curari, respiciat CHRISTUM humiliter in cruce pendentem. Si à Serpente Mammona per avaritiam; respice CHRISTUM nudum, & pauperem. Si à morsu Serpentis Asmodæi; respice cruciatum Christum in cruce. Si à morsu serpentis Beelphégor per gulam; respice sitientem.

Si

Si à mortu serpentis Baalberith ; respice orantem pro crucifixoribus. Si à serpente Astaroth percediam ; respice orantem in cruce. Si ab invidia ; respice amore nostri crucifixum. S. Vinc. Ferr. l. 2. fer. 4. post Ramos. Ad aspectum serpentis ænei in palo levati, id est, Christi in cruce affixi ; sanabantur, qui percussi erant à serpentibus, id est, carnis delectationibus. Hugo Card. in Pl. 15.

Sicut aquila provocans &c. Deut. 32. 11. Expandit alas suas in cruce D. JESUS, ut scapulis suis te obumbraret ; & onus omnium susciperet peccatorum. Arcones in Il. 1. Disc. 5.

David tollebat citharam. 1. Reg. 16. 23. Non propter citharam recessit spiritus malus à Saul ; sed mysterium in cithara designabatur. In cithara est lignum, & chorda : lignum est crux Christi, chorda tensa, caro Christi est in cruce extensa. Unde citharizare, est Christum passum predicare ; quod cum audit diabolus, multum expavescit. Hugo Card. hic.

Fenestrâ jectis. 1. Reg. 17. 49. id est, per charitatem ; manus in crucem extendit, ut unum lapidem jaceret : ut unâ, & solâ fide, sine Legis operibus, diabolum prosterneret. S. Rupert. hic.

Et eris tanquam lignum. Pl. 1. 3. Bene, ut arbiter, ligno fructifero comparatus est Dominus Christus, propter crucem, quam pro hominum salute suscepit. Quæ meritò lignum vitæ dicitur ; quando ibi & Dominus Christus, qui est vita nostra, suspensus est ; & latroni in eadem contentum dictum est : *amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Cassiod. hic.

Cantate Domino canticum novum. Psalm. 97. 1. Canticum novum est Filius Dei crucifixus, quod nunquam auditum fuerat. S. Hier. hic.

Sacrificium vespertinum. Psalm. 140. 3. Sacrificium Christi in cruce. S. Vinc. Ferr. l. 6. D. 5. Trinit.

Sicut malus inter ligna sylvarum. Cant. 2. 3. Ad hæc humanum æterni verbi characterem eidem malo inter ligna versanti comparat, ligno crucis appendentem, tanquam malum suavissimè redolentem. Philo Carpath. hic. Arab. *sicut malum Puricum.* Aponius ; & Bellus, hic accipiunt malum granatum ; ex quo succus rubeus, & aqueus, exprimitur : Sicut ex latere Christi in cruce manavit sanguis, & aqua. Malus inter ligna sylvarum, est Christus crucifixus in medio latronum, ait Theodoret. Rupert. Bernardus. Corn. hic.

Lava ejus sub capite meo. Cant. 2. 6. Ipse est lava Christus JESUS ; & hic crucifixus : nam Dextera quidem Christus JESUS, & hic gloriosus. Sanct. Bernard. ferm. 4. in Vigil. Nat. Dom.

Manus illius tornatiles. Cant. 5. 14. Tunc manus Christi tornatiles factæ sunt, cum eas pro salute nostra crudelissimis clavis in vitæ ligno perforatas extendit. Philo Carpath. hic.

Mittamus lignum in panem ejus. Jer. 11. 19. Lignum in panem mittere, est configen-

do ejus corpori slipitem crucis adhibere. S. Greg. mir. l. 3. c. 11.

Calabo sculpeuram ejus. Zach. 3. 9. Hier. istum lapidem clavis crucis, & lancea militis, faciam vulnerari.

Ex Patribus.

Christus sicut uva pendit in ligno. S. Ambr. in Luc. 23.

Nobis expandit manus suas JESUS, ut totum Mundum obumbraret. Quomodo non sumus in umbra, qui crucis ejus protegemur velamento ? Quomodo non sumus in umbra, quos Christus crucifixus à malignitate sæculi, & corporis ardore, defendit ? S. Ambr. in Pl. 118. Oct. 3. sub initium. Erat medius Salvator, tanquam statera veritatis : unum elevans confitentem, & alterum blasphemantem condemnans. S. Chryl. t. 6. or. de æmulat. & pietat.

In Crucis candelabro tanquam Sol resplendat. S. Chromatius conc. in c. 5. Matth.

Cithara tibi factus est sponsus, cruce habente formam ligni, corpore autem suo vicem supplet chordarum per ligni plantitiam extensarum. Nam nisi ligno affigeretur expansus, neutiquam verborum sonum ederet, tanquam citharizans, quibus amplius delectareris. Observa diligentius. Septem chordas habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi ; te ad audiendum invitat ; quæ illam, ad loquendum potius debueras invitare. S. Bern. tr. de Pass. D. c. 8.

Christus in cruce tanquam botrus in torculari compressus, per vulnera sui floridi corporis odoriferum liquorem expressit, omnium morborum sanativum, & salutis sufficientissimum. S. Bonav. l. 1. infra Oct. Nat. D.

Tunc, quando mustum amoris amorosi JESU in torculari crucis exprimebatur, quò totus orbis erat inebriandus ; non debuit quasi in parvo cyatho propinare latroni : sed tota operatio mentis suæ in torculari cordis JESU, quasi sine mensurâ demergi. Unde non puto illum latronem nisi inter sublimes Dei principes collocandum. S. Bernardus t. 1. p. 2. a. 1.

§. II.

Crucifixus est Rex.

Unxeruntque eum in Gihon. 3. Reg. 1. 45. Mons hic vicinus monti Calvarie ; in quo Crucifixus regnavit à ligno Deus Pl. 95. 10. ut ex Sept. canit Ecclesia. Unde in cruce hunc ei Pilatus titulum dedit : J. N. R. J. Hoc ergo Christi ex se nascituri regnum præfiguravit hic Salomon unctus in Gihon. Corn. hic.

Si Rex Israel est, descendat de cruce. Matth. 27. 42. S. Bern. l. 1. in die Pasche : ô stulti ! imò quia Rex Israel est, titulum regni non deferat, virgam imperij non deponat, ejus imperium super humerum ejus, de Castil. lo Ill. 56.

Nolumus hunc regnare super nos. Luc. 19. 14. Perversi ; & fallaces etiam Christiani, terrenis rebus illecti ; hujus vitæ labentis amœnitatibus delectati, nolunt regi à Crucifixo

Ddd 3 Rege;

Rege; nè motus carnis cruci pœnalitatis affigat; & cruce paupertatis divitias tollat; & auferat honores patibulo vilitatis; & cogat patienter omnia mala ferre usque ad ignominiam mortis. Sim. Cass. l. 6. c. 29.

Fugit Christus. Jo. 6. 15. cùm à turba factiata in deserto quæreretur ad regnum. Sed in horto comprehensores non fugit dicens: *quem quæritis?* Jo. 18. 4. Ideo hïc non fugit, quia præparabatur ad crucem, è qua erat regnaturus. In deserto ad regnum quærabatur, sed sine cruce. Noluît regnare absque crucis gloriosa ignominia. Id. ib.

Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Jo. 19. 19. Novus Rex, nova lex; novus dux, nova lux. Fractis prioribus tabulis, & silice ad silicem comminutò, novis subscriptionibus figit titulum; & dictat pietas, & discernit omnia charitas. Scribitur tribus linguis insignibus, Hebraicâ, Latinâ, & Græcâ, Regnum Christi, & dominatio ejus emanatura in Gentes, Cruci insculpitur; nec corrumpere Pilatus, quod scripserat, voluit. Jam ad hanc Scripturam Latro crucifixus pertinebat, & eum intrâ se illa literæ colligebant. Arnoldus Carn. tr. de ult. verb. Chr.

Vide plura titulo Crux.

§. III.

Crucifixi in nos amor.

Num. I.

Figuræ, & Symbola.

Immisit Dominus Deus soporem in Adam. Gen. 2. 21. Immisit & in seipsum, factus nimirum secundus Adam. - Sanè soporem Christi folius charitatis fuisse nemo dubitat. S. Bern. l. 2. in Septuag.

In holocaustum. Gen. 22. 3. Cœteri Sancti dicuntur Sacrificia; quia partim pro se passi sunt: sed dicitur Christus holocaustum; quia nihil pro se, sed pro nobis totus incensus est. Hugo Card. hic.

Super unum montium. Ib. Ille mons est charitas; super quem totum negotium Incarnationis, Prædicationis, Passionis, consummatum est. Id. ib.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Hebr. *vexillum ejus super me charitas.* Porro vexillum charitatis Christi, est vexillum Crucis: in cruce enim invictam, & summam, charitatem, tum erga Deum, tum erga homines, Christus ostendit; unde per eam de peccato, morte, diabolo, & inferno, triumphavit. Corn. hic.

Num. II.

Magnitudo amoris, & Vehementia.

Extendi manum meam, Prov. 1. 24. Extensio manus, signum est summi amoris, & desiderii; quò Deus, & sapientia, homines omnes expansis charitatis brachiis complecti, stringere, sibi que unire satagunt. Hac de causa Christus in cruce brachia extendit: ut iis rotum Mundum amantissime complecteretur: imò extendit ma-

nus, quasi rogans, & obsecrans; ut ad eum accedamus. Beda hic. apud Corn. hic.

Lancea latus ejus aperuit. Jo. 19. 34. Novimus moderamen Spiritus S. in prolatione hujus Evangelistæ, ut sic proferret: *unus militum &c.* ut apertò latere cognoscamus dilectionem cordis usque ad mortem; & ad illum ineffabilem amorem ejus ingrediamur, quò ille processit ad nos. Et accedamus ad cor ejus, cor altum, cor secretum, cor omnia cogitans, cor omnia sciens, cor omnia diligens; & per apertam portam fiamus saltè in amoris vehementia cordiformes. Proinde sibi ad negligentiam computet, qui non ingreditur; si apertum novit introitum. Sim. Cass. l. 13.

Acceptit angelus thuribulum, & implevit illud de igne altaris, & misit in terram. Apoc. 8. 5. Quid per hunc angelum, nisi angelus magni consilii Christus: cujus cor, propter ardentissimum charitatis amorem, thuribulo ignis carbonibus pleno comparatur. Altare vero in quatuor cornibus in se distinctum, est sancta Crux, plena igne suæ ardentissima charitatis. Ex hoc altari Crucis, & meritis ejus, accepit angelus ignem; & in die Pentecostes implevit thuribulum, id est, Apostolicum cœtum atque misit in terram; quando *in omnem terram exivit sermo eorum.* S. Bernardinus t. 2. l. 56.

O quam indebita miseratio! quam gratuita, & sic probata dilectio! quam inopinata dignatio! quam stupenda dulcedo! quam invicta consuetudo Regem gloriæ pro despiciatissimo vernaculo, imò vermiculo, crucifigi! S. Bern. f. de quadruplici debito.

Immortalis pro mortalibus mortuus est, innocens pro reis occisus est, justus pro peccatoribus interemptus est. Unde cognoscitur, quantum præstabit ferventibus, qui tantum peccatoribus præstitit. Tantum in te Christi amorem quò amore Christiane pensabis? quidquid in ejus obsequium erogaveris, parum est: quidquid in ejus servitium impenderis, minus est. Nec si animam dederis, aut sanguinem fuderis, compensabis. Sanct. Chrysostom. hom. 2. in Joan. 15. 14.

Latitudinem charitatis Christus etiam inter supplicia commendans in eo; quòd expansis manibus; elevatâque levâ, & dexterâ, inter latrones se medium exhibebat; volebat intelligi, commune illud esse beneficium; & non solum bonis, sed & impiis, quòd agebatur, proficere. Arnold. tr. de Verb. D.

Num. III.

Fortitudo amoris Crucifixi, causa mortis.

Vulnerasti cor meum. Cant. 4. 9. Id est: tuò amore fecisti, ut ego in Cruce vulnerer. S. Thom. hic.

Fortis, ut mors, dilectio. Cant. 8. 6. In tantum dilexi te, ut mori voluerim pro te. S. Justus Orgel. hic.

Cornua in manibus ejus. Hab. 3. 4. Mystice: cornua Christi sunt crux, seu fortitudo crucis; quâ superavit dæmones, omnèsque hostes.

stes. Tropol. hæc cornua fuerunt virtutes Christi, præsertim fortissima ejus charitas. Hinc Sept. vertunt: *cornua in manibus ejus, & posuit dilectionem robustam fortitudinis sua*. Theodoret. Theophyl. versionem Sept. sic explicavit: dum Christus natus, & passus, est pro nobis, ostendit nobis robustum suum amorem. Passus enim non est ex infirmitate, sed ex valida dilectione; ita ut fortitudo, & robur ejus, fuerit dilectio; ac vicissim dilectio illi fuerit fortitudo; ad labores, & dolores, immensos generose sustinendos. Aut ita alij: *posuit dilectionem robustam fortitudinis sua*: id est, juxta mensuram immensi amoris, ad mensuram est Deus Pater Filio potentia suæ vim; quam, tum ad ejus angores, labores, & dolores immensos, generose superandos; tum ad ejus exaltationem, & gloriam immensam in Resurrectione, & Ascensione in cœlum, ostendam adhiberet, & exerceret. Ubi enim amor est machina, quanta sperari potest elevatio ponderum etiam maximorum! S. August. amor meus; pondus meum; eò feror, quocumque feror. Corn. hic.

Sic Deus dilexit Mundum. Jo. 3. 16. Cur Christus D. hic cum Nicodemo agit de amore; quia superiori versu 14. egerat de sua exaltatione in cruce? Et mirabundus Nicodemus dicere poterat: quomodo, si Filius es, permittet Deus Filium suum suspendi? Occurrit Christus: hoc Deum permitturum ob nimiam suam charitatem. q. d. nē mireris, quòd Filius Dei sit crucifigendus: quia sic Deus dilexit Mundum. Sylv. hic q. 40.

Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ephel. 5. 2. Tangitur causa originalis, atque motiva, quæ Christum induxit, inflammavit, ac movit, ac sustinendam amarissimam, ac saluberrimam, mortem pro nobis, eum dicitur: *Christus dilexit nos*. Christus quippe, ex summa, gratuita, atque purissima, dilectione sua ad nos, voluit pati pro nobis. Dion. Carth. in Luc. 21.

Princeps regum terra - qui dilexit nos. Apoc. 1. 5. Nota seriem textus: *princeps regum terra, qui dilexit nos*. Ac si proprium regis sit, suos intimè diligere, ac pro eis mori. S. Chryl. f. 6. de Pass. pati pro subjectis, pro servis mori, insigne est charitatis immensæ documentum; singulare hoc est amoris argumentum. Rich. à S. Vict. hic: quia *dilexit nos*, ideo *lavavit nos*: non enim lavisset, nisi dilexisset. Sylv. hic

Ex Patribus, & aliis.

Usque ad mortem Christum duxit dilectio; & resurgens à mortuis charos habet. S. Cypr. de Bapt. Christi. *Attendite, inquit, & videte: si est dolor, sicut dolor meus.* Thr. 1. 12. Imò, Domine, attendam, & videbo; si est amor, sicut amor tuus. S. Bonav. stim. am. c. 6.

Hic maxime apparet illa charitas ejus, quæ corda nostra totaliter deberet concremare. S. Bonav. Medit. vitæ Christi c. 74. de Passione.

Nullum ferrum eum in Cruce tenuisset; nisi charitas affuisset. Sanct. Laur. Just. de Charit. cap. 6.

Nullam in te video causam mortis, nisi suam perabundantiam charitatis. Id. de incend. div. amor. c. 2.

Nunquam aliquis homo cum tanto ardore amavit aliquam mulierem, sicut Christus humanam naturam; pro cujus amore recepit clenodium in veste Humanitatis, scilicet quinque vulnera, quasi quinque Stellas; quæ voluit retinere post resurrectionem. Unde si aliquis interrogaret: Domine, amore cujus portabis hoc clenodium? responderet: amore philocaptæ meæ. Nullus sustineret amore dilectæ suæ, quòd nomen suum dilectæ scriberetur ferrò ignitò in carne sua. S. Vinc. Ferr. f. 3. D. in Alb.

Quem non clavi; sed unus ejus in homines diffusus amor, sic tenebat affixum. Sim. Cass. l. 18. Luc. 23. v.

Dixit Consummatum est: significans, in Passione sua impletas esse Prophetias, Scripturas; & quidquid ab æterna veritate, ut pateretur, definitum atque præfixum erat. O quot admiranda mysteria, victorialisque, breve hoc & subtile verbum comprehendit! nam, quidquid æterna Sapientia constituerat; quidquid rigida justitia pro singulis quibusque exigebat; quidquid charitas amanter poscebat; quidquid ad nostram redemptionem erat necessarium; quidquid abolendis debitis nostris erat conducibile; quidquid ad nostras explendas, relaxandasque negligentias conferebat; quidquid accommodandum esse poterat, ad sublimem demonstrandum amorem; quæcunque pro nostra spiritali institutione, atque informatione, desiderare potuissemus; quidquid demum congruum erat glorioso nostræ Redemptionis triumpho celebrando: cuncta hæc isthòc sunt determinata verbò; *consummatum est*. Blosius margar. Spir. c. 18.

§. IV.

Crucifixi misericordia, & bonitas.

Aperienta te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Ps. 103. 28. Per manuum apertionem Christi in Cruce extensionem intelligere convenit; per quam omnia impleta sunt bonitate, hoc est, humanitate, ac misericordiâ: siquidem omne peccati genus Crucis beneficio condonatum est. S. Chryl. hic.

Quæbat videre Jesum. Luc. 19. 3. Noli te extollere; pusillus esto. Zachæus esto. Sed dicturus es: Si Zachæus fuero, præ turba non potero videre Jesum. Noli esse tristis; ascende lignum, ubi pro te pependit Jesus. Videbis Jesum. S. Aug. de verb. ap. 18. *Quæbat Zachæus videre Jesum; quis esset? ascendit in arborem, & vidit, quis esset.* Sic nos in arborem, id est, Crucem, mente, & cogitatione, ascendamus; videbimus, quis sit Jesus; quàm bonus! quàm amicus! quàm amandus! Barradius D. 17. t. 3. l. 8. c. 20.

Ut possis comprehendere cum omnibus sanctis; quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Eph. 3. 18. Quando ista comprehendis? audi Apostolum dicentem tibi Gal. 6. 14. *mibi absi: gloriari, nisi in cruce D. N. J. C.* Ibi inveniemus & lon-

longitudinem &c. His in Apostoli verbis crux quodammodo nobis ante oculos constituta est &c. S. Aug. de verb. Ap. f. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Creator hominis homo esse dignatus est. Factus est, quod fecerat; nē periret, quem fecerat. Quid huic misericordiae addi potest? Et tamen addidit. Parum fuit ei, hominem fieri; sed voluit etiam ab hominibus reprobari. Parum fuit reprobari; & exhonoriari; parum erat exhonoriari; & occidi. Sed & hoc parum est; morte crucis. S. Aug. tr. 36. in Jo.

Neque coelum, neque mare, neque terra, neque rerum omnium creatio; neque aliud omnino aliquid, ita, ut crux illa venerabilis, Divinae Bonitatis magnitudinem praedicat. S. Chryl. hom. 25. in ep. 1. ad Timoth.

Pro nobis mortuus est, & non intercedet pro nobis? pro nobis dignatus est crucifigi; & misereri recusabit? Sanct. Ephrem de poenit.

O genus humanum expersigere à tuo lethargo; & vide, quia ad Orientem vertit faciem suam Christus; ad meridiem dexteram manum, ad Occidentem plantas pedum sanctorum, ad Septemtrionem alteram manum: omnes vocat, omnes desiderat, omnes visitat, omnes invitat, atque clamans ait, *venite ad me omnes*. Ab oriente vocat adolescentes, à meridie magnates, ab Occidente senes, à septemtrione vocat pauperes. S. Bernardinus t. 1. Artic. 2.

Quia homo per poenitentiam peccatum superare non poterat, nec posset; etiam si mala omnia in unum conflata pateretur: ideo infinitus Deus per assumptam carnem pro omnibus in cruce poenitentiam egit; ut tantus esset dolor animi, quanta fuit delectatio commissi peccati. Sim. Cass. l. 3.

§. V.

Crucifixi beneficentia, & liberalitas.

Ex Veteri, & Novo.

Oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur. Ecclae. 1. 7. Pro, ad locum suum revertitur, Hebr. *anhelat, anhelus tendit, inhiat, ardens cupit*. Sept. *trahit*. Arab. *trahitur*. Sol enim tantā velocitate rapitur ab ortu ad occasum; ut anhelare, & fessus anhelō spiritu, quasi ad quietem rapi, videatur. S. Ambr. in Ps. 118. vide mysterium praenuntiatum. *Oritur, inquit, sol, &c.* hoc est, quod ait Dominus Jo. 12. 32. *si exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum*: trahit enim ad se omnium studia; ut vel peccata nostra crucifigeret; vel bonum ingenium ad justitiam provocaret. Corn. hic.

Sub umbra illius. Cant. 2. 3. Christus crucifixus ad omnia utilissimam praebet umbram; sed maxime ad protegendum peccatores ab ardore Divinae irae. Il. 30. 27. *ardens furor ejus, & gravis ad portandum*. Sicut major est umbra, cum corpus, & sol, conjunguntur, in occasu; sic in morte Christi. Nulla potentia

umbra contra vitiorum aestus, quam Crux, & Passio Christi. Nuditas contra aestum avaritiae; fitis, fel, contra gulam; dolores carnis contra libidinem; ignominiae contra gloriam mundanam, de Ponte hic Exh. 27.

In manibus meis descripsi te. Il. 49. 16. Lyr. id est, ita te habeo in memoria, sicut illud, quod tenetur manu. Novar. El. sacr. l. 3. Habet suos in manibus suis sculptos; & non blandis penicillis, sed duris clavibus. Descripsit eos non atramentō, sed sanguine suo. Hector Pintus. Sic charra est in manu Scriptoris, ut in ea scribat, & pingat, quidquid velit; sic Christus Crucifixus in manibus suis inscripsit dilectos suos; non calamis, sed clavibus; non atramentō, sed sanguine: ut amorem suum eximium in nos testaretur. Corn. in Sap. 3.

Ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachiis meis. Os. 11. 3. Ubi Stephanus cum Mendoza: in brachiis meis in cruce distentis: ibi enim extendit Dominus brachia sua ad amplectendum nos, & portandum. Natus ex anno Crucifixi. Ego quasi nutritus. Et sicut nutritus, ad alliciendum parvulum plene extendit brachia, & quantum potest; cum tamen parvula extensione possit eum colligere, & amplecti: sic Christus fecit. Steph. Cant. hic.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum. Matth. 5. 15. Lucerna est Christus, candelabrum est Crux; super quam erat altē elevatus: ut omnibus luceret, & viam salutis ostenderet. S. Bonav. f. 129.

Extende manum tuam. Matth. 12. 13. Beda: Adam, carpens pomum venitum, manum humani generis arefecit; id est, potentiam, operationemque hominis fecunditate boni operis privavit. At Christus eam restituit, extendens manus suas in Cruce.

Dimittit unguenta novem in deserto. Luc. 15. 4. ut ovem errabundam reduceret ad ovile: reportans eam humeris propriis super cruce. Et veniens in die ascensionis convocat amicos, & vicinos suos; id est, angelos, dicens: *congratulamini mihi &c.* Hugo in Eccl. 3.

Ibi crucifixerunt eum. Luc. 23. 33. In aere mori voluit; quia commune est elementum: & sic mors ejus pro omnibus aequaliter offerebatur. Cetera elementa dominos suos habent; aer omnium est: de illo tantum participat colonus, quantum rex. Stella hic.

Ex Patribus, & aliis.

Christus crucifixus, & lac sugentibus, & cibis est proficientibus. S. August. tr. 98. in Joannem.

Expandit in Cruce manus, ut comprehenderet fines terrae: medium enim terrae est hic Golgothos. Non meus est hic sermo. Propheta dixit: *operatus est salutem in medio terra*. Pl. 23. 12. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Gratia influit in nos per verbum Crucifixum; de cujus latere exiit profluvium gratiarum, habens vim sanativam. S. Bonav. f. 2. hexam.

Deus

Deus semper habet manum apertam; imò etiam perforatam: quia ex utraque parte manus diffundit Bonitatem suam super omnes creaturas. Sancti Bernardinus t. 3. serm. in dieb. Rogat.

Pendebat in cruce moriturus; disposuit testamentum Electis suis: Patri Spiritum, Ecclesie corpus, peccatoribus sanguinem; latroni regnum, militibus vestes; Petro Ecclesiam; Apostolis Paracletum; Electis charismata distribuit. S. Thom. Vill. Conc. de S. Jo. Evang.

Cuncta extra Jesum Crucifixum generant fastidium; & habent defectum; & quasi abynthium, & fel amarissimum; torquent animam variis desiderijs occupant. Thom. Kemp. p. 2. ad Novit. f. 4.

An. 1641. Drepani femina pauperrima filio in templo importunè panem petenti, Crucifixum ostendit; ab eo panem peteret. Ivit simplici sinceritate parvulus, dixitque Domino: da mihi panem. Mater mea mittit me; ut panem à te petam. Et ecce Crucifixus revulso à cruce brachio panem recentem dedit parvulo: ille lætus ad matrem, res in vulgus. Scupent omnes panem candoris mirabilis. Itur in templum; reperit Crucifixi brachium etiamnum à cruce liberum. Episcopus & Matri, & parvulo, liberaliter annonam; & reditus in omnem vitam suffeduros assignavit. Lyraus de imit. Chr. l. 4. cap. 8.

§. VI.

Crucifixus est Philosophia nostra, liber, &c.

Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum; & hunc Crucifixum. 1. Cor. 2. 2. Indubitatum est, non his tam angustis cancellis circumscripta fuisse scientiam Pauli, ut solum Christum crucifixum nosset; qui tam sublimiter de omnibus vitæ, passionisque; aliisque ad salutis nostræ remedijs pertinentibus mysterijs, concionabatur; qui raptus in tertium celum &c. Quid ergo ait, non plura scire? voluit significare, quid sibi evenerit, & quid omnes agere debeamus. Christus crucifixus Pauli oculos ad se rapiebat; spiritum extollebat, excitabat devotionem. Huc ergo totum pondus meditationis ejus vertebatur; cum Christo Crucifixio dulces miscebat sermones, nunquam ab illo suam abducebat considerationem. Did. Niss. f. 2. D. Palm. §. 3.

Vidi -- librum scriptum intus, & foris. Apoc. 5. 1. Christus est Liber, quem Joannes in sua apocalypsi conspexit, scriptus intus, & foris. Foris Christi vulnera cernimus; sed intus immensitas ejus erga nos amoris incendia contemplamur. Hunc docti, & indocti videant; hunc omnes legant. S. Chryl. f. 1. de Resurr.

Hæc mea sublimior Philosophia: scire Jesum, & hunc Crucifixum. Non requiro, sicut sponsa, ubi cubet in meridie? quem lætus amplector mea inter ubera commorantem. Non requiro, ubi pascat in meridie? quem intueor Salvatore in cruce. Sancti Bernard. f. 43. in Cant.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

In tantum infatuata est illa quondam gloriosa Mundana Philosophia, ut innumeri ex ejus Professoribus quotidie fiant ejus irrisores; & ex ejus defensoribus fiant ejus impugnatores: & illam detestantes nihil aliud profitentur se scire, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. Et ecce quàm multi, qui prius fabricabant arcam in officina Aristotelis, tandem saniori consilio discant studere in officina Salvatoris. Et qui prius fabricabant vasa contumeliæ, nunc docentur fabricare vasa gloriæ. Rich. à S. Vict. l. 2. de arca myst. cap. 2.

Cruz illa schola erat: ibi docuit Magister latronem: lignum pendens cathedra facta est docentis. S. Aug. f. 87. de divers.

S. Bonaventura S. Aquinati petenti: è quâ bibliotheca illum reconditum thesaurum hausisset, rogantique, ut illa sibi monstraretur, in aliud conclave induceto; attritum oculis Crucifixum ostendens, illam esse bibliothecam suam dixit. Nadasi anno Crucifixi.

S. Philippus Beniti in extremo morbo sapius ab astantibus identidem petebat librum suum. Libro quodam ei porrecto, unus ex astantibus assecutus petitionem; Crucifixi effigiem ei porrexit; quam reverenter accepit, & facie ad piam lætitiæ compositâ, exosculans, eum ad pectus suum adstrinxit. Paolett. f. 24. de eodem.

Christus in cruce suspensus Liber est; in quo omnium virtutum perfectiones, omnium contemplationum sublimitates; & quidquid ad salutem pertinet, mirabiliter, ineffabiliter, & supernaturaliter leguntur, discuntur, resplendent. Dion. Carth. c. 26.

Venerunt ad Religionem, literatus unus, alter Laicus. Literatus ob austeritatem de exitu tentatus Socio tentationem aperiens, ab eo ad constantiam solidis rationibus monitus est. Rogatus, ubi hæc didicisset? respondit: se librum habere, in quo omnia hæc didicisset. Qualis hic liber? imaginem ostendit Crucifixi: ecce, inquit, liber meus. Summa Prædic. Passiæ Christi.

O quàm præclarus Liber est Christus pendens in Cruce! Blof. p. 3. t. unico.

Hæc sit sapientia vestra, fratres, hoc studium; præ cunctis literarum studijs eligatis meditari die; ac nocte; Jesum Crucifixum pro omnibus nobis in Cruce immolatum. Thom. Kemp. p. 2. f. 4. ad Novit.

O Librum super omnem librum! hunc expedit nocturnâ versare manû, versare diurnâ. Hoc sit nostrum Enchiridion; verbum abbreviatum; contemptus mundi, Soliloquium, Stimuli divini Amoris. Salmeron tomo 10. tr. 37. de Crucifixio.

§. VII.

Circumstantiæ temporis, quò crucifixus.

Sicut Christus die 25. Martii in utero Virginis conceptus fuit; ita post 33. annos eodem die crucifixus est in equinoctio verno. Natus est
Ecc
verò

verò est 25. Decemb. in solstitio hyberno. Ità S. Aug. f. 18. de civ. c. ult. Chrysof. Terrull. &c. Crucifixus in meridie. S. Joannes enim ait c. 19. 14. *erat hora quasi sexta*, scilicet ab ortu solis, quæ est in meridie. Dices: Marc. c. 15. 25. ait: *erat autem hora tertia*, & crucifixerunt eum. Resp. erat hora tertia non incipiens, sed finiens. Finis autem horæ tertiæ erat initium sextæ: hæ enim horæ olim apud Judæos, & Romanos, ternas modernas continebant. Porro eadem die creatum esse Adam, & eadem horâ comedisse pomum veritum, quâ Christus in cruce moriens culpam expiavit, multi censent; inter quos Tertull. Corn. in Matth. 27. v. 35. Sextâ die homo est conditus, qui & sextâ horâ de ligno comedit. Quâ igitur horâ Dominus hominem condidit, eadem & lapsum curavit. Sextâ die, & sextâ horâ, cruci affixus est. Theophylact. in Matth. 27.

Cras vobis erit solus, cum incaluerit sol. 1. Reg. 11. 9. Significat illud meridianum tempus, quò Christus D. in Crucem actus salutem humani generis operatus est, & calidiores radios in terram vibravit. Non sine mysteriò Nehemias urbis custodibus præcepit: *non aperiantur porta Jerusalem, usq; ad calorem solis.* 2. Esd. 7. 3. ut significaret, non esse portas cæli referendas, priusquam Christus D. crucem subiret, & amoris igne incaleresceret. Mendoza in 1. Reg. 11. v. 9.

Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitutum. 2. Reg. 24. 15. Sept: *de mane usque ad horam prandii.* Sequuntur hanc lectionem Orig. Theodoret. Ambr. Hora prandii erat hora sexta, seu meridiana. Ubi sol incaluit, ira angeli refrigit: nam misertus est Dominus. Illa hora figurabat illum meridiem, in qua Christus crucifixus, divinæ justitiæ ardor refrigit. Id. ib.

Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie? Cant. 1. 6. Per meridiem Christi accipe crucifixionem; in meridie enim crucifixus est. Et Crux Christi Ecclesiæ, ac Fidelibus, contra omnes persecutionis, & tribulationis, æstus; certum, fidumque, præstat umbraculum. Aurora ergo vitæ Christi fuit in natiuitate, dies in Prædicatione, meridiem in Cruce, vespera in sepulchro. Ità Philo Carpathius apud Corn. hic. Circuire possum, Domine, cælum, & terram, & mare, & aridam; & nusquam te inveniam, nisi tantum in Cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas, in meridie. Drogo Ost. de Sacr. Dom. Pass.

§. VIII.

Circumstantiæ loci, in quo Crucifixus.

In terram visionis. Gen. 22. 2. Hebr. *vade in terram Moria.* Mons Moria est mons Sion, in quo Salomon edificavit templum. Moria cum Oleastro deduci potest à radice *marar*, id est, *amarus fuit*; vel à *mor*, id est, *myrrha*: quia mons Moria ferax est myrrhæ, aloes, & cinnamomi, Pagninus, & ex eo Barradius t. 2. l. 3.

c. 11. Moria dicitur quasi *mori*; id est, *myrrha mea*; & *jah*, id est, *Deus*: quasi diceret: *myrrham mea Deus.* Chald. verit: *vade in terram divini cultus.* &c. Nota: mons Moria in plures colles, & monticulos, fuit divisus: in Orientali enim parte montis Moria fuit Sion; alia pars Moria extra Jerusalem manit, posteaque dicta est mons Calvaria. Aug. l. 16. de Civ. c. 32. Hieron. scripsit, se certissime à Senioribus Judæorum cognovisse: quòd ibi immolatus sit Isaac, & Adam sepultus, ubi postea Christus crucifixus est. Cornel. hic. Idem habet Beda de locis sanctis c. 2.

Ista est Jerusalem; in medio gentium posui eam. Ezech. 5. 5. S. Cyrill. Jer. Catech. 13. medium terræ est Golgotha. Non meus est sermo; Propheta dicit: *operatus est saltem in medio terra.* Pl. 73. 12. S. Chryf. hom. de Cruce, & latrone: nē putares, pro Judaica tantum plebe oblatum Christum; ideo foras civitatem, id est, foras muros; ut scias Sacrificium esse commune. S. Leo f. 9. de Pass. ut Crux Christi non templi ara esset, sed Mundi. Sylveir. in Matth. 27.

Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus. Jo. 19. 41. Præcantavit in Cantica de hoc horto ad sponsam, hæc dicens ad illam: *Veni in hortum meum, soror mea, sponsa Cant. 5. 1.* Et quid accipis illic? *messus myrrham meam*; vinum myrrhatum bibens, & acetum. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

§. IX.

Crucifixi dolores.

Num. I.

De Clavis.

Manus illius - plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Hyacinthus flos coloris purpurei. Manus Domini plena hyacinthis: quia in cruce clavis perforatæ; & ruborem sanguinis illius quasi colore purpureo resperatæ sunt. S. Thom. in Cant. hic.

Erunt tibi compedes ejus in protectionem. Eccli. 6. 30. Verosimile est, Christum non tantum clavis, sed etiam funibus, cruci fuisse adstrictum. Clavi enim manuum, & pedum, non potuissent soli tantam corporis molem sustinere. Et funes hi è Jerusalem Romam à S. Helena delati, servantur in ejus palatio, nunc templo S. Crucis in Jerusalem: ut habet programma Sacello ejus subterraneo præfixum. Corn. hic.

Quæsit Helena clavos, quibus crucifixus est Dominus, & invenit. De uno clavo frans fieri præcepit, de altero diadema intexit: unum ad decorem, alterum ad devotionem, verit. Clavum crucis ejus diademati suo præferunt Imperatores. Sanct. Ambrosius or. de Exitu Theodosij.

Resert Landbergius de Passione: viro pio fuisse revelatum, Christi pedes 36. mallei ictibus fuisse cruci affixos: ex quo conjice, quantus fuerit dolor: nam quòvis ictu clavus magis rumpebat carnes, arterias, & nervos. Corn. in Matth. 27.

Num. II.

Varia de doloribus.

Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inveni. Pl. 68. 21. *& dederunt in escam meam sel &c.* Hoc ipsum, quod non inveni, qui simul contristaretur, hoc fuit fel meum; hoc mihi amarum; hoc acetum fuit. Sanct. August. hic.

Attritus est propter scelera nostra. II. 53. 5. Quod accidit Jerichuntam eunti à latronibus percussio Luc. 10. 31. contingit facio Christo. Plures praterunt; unus miseretur, & compatitur. Olyta t. 1. conc. 21. de Pass.

O vos omnes, qui transitis per viam. Th. 1. 12. Ethicus ait: pulsus doloris est amor. Ut scias, quanta sit febris, & calor; tangis pulsus. Ut scias, quis dolor fuerit Christi; cogita, quantus fuerit amor erga omnes. Cornel. hic.

Deus meus! Deus meus! ut quid dereliquisti me? Matth. 27. 46. Dicit Christus, se à Deo derelictum: non quod privatus esset gratia, vel gloria; sed quia tam graviter patiebatur; ac si peccator, & à Deo contemptus fuisset; & quia voluntati impiorum expositus erat; & quia nulla tunc fiebat redundantia consolationis, & alleviationis, à superiori parte animæ Christi in partem ejus inferiorem. Sic autem non fuit in beatis Martyribus: quorum multi tempore suæ passionis tantam in anima fenserunt delectationem, ut vix perciperent exteriori dolore. Dion. Carth. in Matth. c. 27. Derelictus est Christus à Patre per privationem, scilicet Spiritualium consolationum. Nam cum in ceteris Dei Electis, pro suo honore certantibus, & patientibus, influxus divini dulcoris, quasi totam supportaverit, & temperaverit, vehementiam illati doloris. Solus ipse Iesus, quantum ad hoc, est præter ceteros in passionibus derelictus; ita ut nulla gaudij, & dulcoris, redundantia fieret ab habitu, & actu suæ gloriæ in naturam, quæ patiebatur, sic quod mitigaret passionis acerbiterem. S. Bernardinus p. 2. art. 1.

Clamans voce magna. Matth. 27. 50. Quanto dolore, quantoque amore, de nequam sæculo recedebat, quem Mundus nullò pacto cognovit! Sim. Cass. l. 13. hic.

S. Catharina Senensis dicebat: maximum dolorem, quem Christus sensit in Cruce, fuisse in pectore; scilicet in extensione, indeque consequente disjunctione ossium pectoris: idque se experientia didicisse, cum à Christo omnium ejus dolorum particeps facta. Cornel. in Matth. 27. v. 35.

§. X.

De inclinatione capitis. Joan. 19.

*S*alvator noster caput inclinavit in morte, ut oscula daret suis dilectis. Toties eum osculamur, quoties in ejus amore compungimur. S. Aug. in Manuali c. 23.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Consummatum est, & inclinatio capite tradidit spiritum. Jo. 19. Quæ connexio inter hæc duo. Vidit Christus post libatum acetum, nihil jam superesse ad generis humani remedium; ideo ait, *consummatum est.* q. d. omnia prædicta à Prophetis impleta sunt; omnia, quæ pati oportebat pro salute hominum, perpeffus sum: nihil restat, nisi mors. Inclinat ergo caput, mortem vocans; quia præstitit, quidquid præstare poterat. S. August. tr. 119. in Jo. quia nihil remanserat, quod, antequam moreretur, fieri oporteret. Unde sequitur: *& inclinatio capite tradidit spiritum*, peractis omnibus; quæ, ut peragerentur, expectabat: tanquam ille, qui potestatem habet ponendi animam suam, & iterum resumendi eam. de Castillo III. 31.

Inclinat caput; quasi supra Patris gremium caput reponens. Orig. hom. 85. in Matth.

Caput liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam. S. Laur. Just. l. de agone Chr. c. 20.

Inclinatio capite ad istam (B. V.) tradens spiritum, obdormivit. Philipp. Abb. l. 1. in Cant. cap. 25.

Inclinatio capite ex parte Matris suæ: quasi diceret; per ipsam veniam petite. Hugo Cardin. hic.

Caput inclinavit in morte; in expiationem erectionis ad vetita: simulque fassit obedientiam, reverentiam docuit, humilitatem in operibus usquequaque monstravit; cum omni peractio mysterio, inclinatio capite expiravit. S. Bernardinus p. 2. f. 55.

Inclinavit in cruce caput: ut ostenderet gravitatem. Consuevit enim homo, præ nimio onere aggravatus, suum inclinare caput. Sic Christus aggravatus pondere peccatorum nostrorum, inclinavit caput. Unde 1. Petri 2. *peccata nostra ipse percussit in corpore suo super lignum.* Inclinavit caput, ut ostenderet, humilitatem esse viam ad gloriam sempiternam. Inclinavit caput: ut ostenderet gratuitatem; id est, ut augeret gratiam Deo Patri pro mortis victoria. Solent enim gratias agentes inclinare caput: ejus enim mors mortis nostræ victoria fuit. Sanctus Bernardinus t. 2. sect. 56.

Tradidit spiritum, inclinatio capite æterno Patri, cui commendaverat: ut non solum in corpore, sed à corpore separatus ejus spiritus esset obediens. Etenim decreto Paternò descendit ad limbum; & reversus ad tumulum reanimavit exanimatum. Sim. Cass. l. 13. hic.

Inclinavit caput, tum ad dilectissimam Matrem, tum ad homines universos, tanquam ultimum vale dicens; extremamque petens copiam discendendi; & osculum pacis offerens. Blosius Margar. spir. cap. 18.

§. XI.

Christi Crucifixi imitatio.

Ex Veteri, & Novo.

Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? 4. Reg. 10. 15. Sic Jehu amicum suum quendam in via reperiens interrogat, cum magnanimus pergeret sumptuosus supplicium de quibusdam idololatriis. Id est: dic mihi. nunquid idem, quod ego, desideras? ibi enim sumitur cor pro intentione, & desiderio. Cui ille respondit: est. Si est, inquit: da mihi manum tuam: qui dedit es manum suam. At ille levavit eum ad se in currum. O Divine JESU! si te interrogo: quod tendis in crucis curru? respondebis: vado ad carnem, peccatumque interficiendum. Estne cor tuum rectum eum corde meo? Ego te ab Inferno liberare, tibi que coelum adipisci, intendo. Si tu idem intendis; da mihi manum tuam; ascende mecum in crucem; labores, sicut ego, patere; teipsum mecum abnega; tolle crucem tuam, & sequere me. Diez. Conc. 1. in Comm. tuius Martyr.

Exclamantes ploraverunt (amici Job) *scissis vestibus sparserunt pulverem super caput suum.* Job. 2. 12. Orig. l. 3. Quod fecisti? inquit, o Job! facimus? & que gessisti? querimus. Vestimenta nostra scindimus; & terram super capita nostra spargimus: sic namque & tu fecisti ante paululum. & utinam ceteros dolores tuos tecum dividere possemus. Sic discipuli JESU amici, & amatores, in formam Dilecti transfossi, & sepulti, se transformantes, terni, ut in sepulchro se condunt, & fixis pedibus prae tristitia tenentur clausi. Per hac Dominicæ mortis stigmata, & stemmata, Dominum ad se trahunt: quia nihil sic regnatorum JESUM allicit, quem ejus morientis imitatio. Baeza l. 5. c. 4. §. 2. Erant clausi propter metum Judaeorum. Jo. 20. 19. Non erat domus illa: sed carcer, sed sepulchrum. Tunc tota ad Discipulos poena Dominicæ transferat Passiois. Et non solum lateribus eorum, sed & cordibus, doloris lancea tota figebatur: tunc tristitia clavus affixæ manus eorum, pedesque, tenebantur. S. Chrysol. l. 83.

Fasciculus myrrha. inter ubera. Cant. 1. 12. Sponsi commoratur, cum anima quæque, Deo consecrata, mortem ejus, à quo se redemptam novit, intentâ mente, quantum valet, imitari satagit. V. Beda in Cant. hic.

Sub umbra illius. Cant. 2. 3. Ad contemplandum Christum crucifixum si dignè vis accedere cum Sponsa sub umbra ejus, & cum Maria, sponсарum regina, stare; id est, fortiter te præcingere ad simul patiendum. de Ponte hic.

Surrexi, ut aperirem Dilecto meo; manus mea stilla verunt myrrham. Cant. 5. 5. Merito, cujus manus sudabant myrrham, hoc est, cujus opera Dominicam referebant mortem, & sepulturam, exurgit, aperire Dilecto Christo. Veniendum illi certo erat, cum suæ mortis imitationem videret. Surrexi, inquit, aperire; & opera

ejus, & facta, mortificata sunt Mundo. Talis enim debet esse anima, quæ Verbum est receptura; ut moriatur Mundo, & conspiciatur Christo. Sic enim Christus invenitur; & tale quærit hospicium. S. Ambr. l. de Isaac c. 6. Baeza l. 5. c. 4. §. 2.

Statura tua assimilata est palma. Cant. 7. 7. Potest per palmam Crux Christi intelligi: palma enim in sublime valde crescens dulcissimos fructus gignit. Et Crux Christi coelestem cibum nobis preparavit. Sed cur statura Sponsæ assimilatur? quia pro Christo mori non dubitat, quisquis Christum valde diligens dignè imitatur. S. Greg. in Cant.

Pone me ut signaculum super cor tuum. Cant. 8. 6. Signaculum meum es, ad imaginem, & similitudinem meam es. - Et quia imago Dei in corde tuo est; sit & in operibus tuis. Ideo crucem ego pro te portavi, ne tu propter me portare dubitares. S. Ambr. in Pl. 18. Or. 22. Pone me ut signaculum, dicit Crucifixus sponfus. Primum hominem portasti; qui tibi imprecipit naturam peccato infectam: porta etiam secundi Zach. 3. 9. *calabo sulphuram ejus.* Pone me cruci affixum; ut imago Crucifixi in corde tuo imprimatur per meditationem; & in brachio per imitationem virtutum Crucis, de Ponte hic Exh. 2. §. 2.

Duxus velabant faciem ejus, duabus velabant pedes ejus & duabus volabant. Il. 6. 2. In extensione duarum alarum crucem efformabant; putantes, quod nulla figurâ, & gestu, gratius possint coram Deo aditare, quam si Christum crucifixum repræsentarent. S. Germanus Constantinop. or. de Cruce: & illi, qui tuæ gloriæ, ut sceptro regali assistunt; tibi conformantur; & novâ quâdam ratione imitatione tui gloriantur; contractis quidem alis superioribus, & inferioribus; expansis autem utrinque mediis; & in forma Crucis volantes, sine intermissione laudes, & præmia, decantant. Sylv. in Luc. 23. q. 9.

Ante quorum oculos JESUS Christus præscriptus est. Gal. 3. 1. Genuinè præscriptus, id est præ oculis vestris scriptus & ut Syrus, *pingendo depictus est in vobis;* id est, ante vos, in oculis vestris Christus crucifixus. Hòc sensu Crucifixus quasi imago, vel liber, proponitur; in quo sanguineis literis descriptus, & depictus est ipse Christus, Corn. hic.

Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt. Gal. 5. 24. Per duos latrones intelliguntur Caro, & Mundus; qui sunt crucifigendi ad hoc, ut spiritus noster in cruce Domino offeratur. Crucifigenda est Caro sicut dexter latro: *qui sunt Christi &c.* Mundus ut latro sinister: *mihi Mundus crucifixus est &c.* Gal. 6. 14. Et tunc Spiritus in medio crucifigitur cum Christo: *Christo confixus sum Cruci.* Gal. 2. 19. Est autem crux carnis, rigor disciplinæ; cujus quatuor sunt brachia: scilicet vigilia, abstinentia, asperitas vestium, & disciplina verberum. Crux autem, quæ Mundus crucifigitur, est paupertas spiritus; cujus quatuor sunt brachia: contemptus gloriæ, pecuniæ, patriæ, & pa-

& parentela. Crux Spiritus, est fervor devotionis; cuius quatuor sunt brachia: scilicet amor, spes, timor, dolor. Spes sursum, timor deorsum; amor à dextris, & dolor à sinistris. S. Bonav. in Lucae c. 23.

Ex Patribus, & aliis.

Non tantum tempore pacis congaudeas Crucifixio; verum etiam tempore persecutionis eandem retine fidem. Ne sis tantum tempore pacis Jesu amicus, & tempore belli inimicus. Pro te crucifixus est, qui nihil peccaverat; & tu pro Crucifixo non crucifigeris? S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Hæc dies, in qua Christus pro te mortuus, & crucifixus: & tu morere, & crucifigere. S. Chryf. de poenit. l. 1. de jejunio.

Eliam homo ad formam crucis figuratam habet imaginem; ut qui sit ad imaginem CHRISTI crucifixi. Anastasius Sinaita lib. hexam.

Amor absque Cruce, & crux absque amore; nec ratione, nec verbo, nec opere, aliquam meritum laudem. S. Bernardinus t. 2. l. 56.

Dicere possumus: Christum passum, & crucifixum, esse horologium cordium Religiosorum, distinguens horas diei, & noctis. Id. ib.

O bone, & pie, ô dulcis Jesu Christe! nihil aliud à te peto, in via ista; nisi ut sim semper tecum perfecte crucifixus in cruce. S. Laur. Justin. de incend. am. c. 4.

Omnia humilitas depicta est in tabula sanctæ Crucis; nulla deest in cruce imago virtutis. Et enim ibi inexistuata paupertas rerum, amicum, & humanæ potentia; inexistuata patientia. Nulla querela ibi auditur; nisi orationes ad Patrem? & benedictiones pro maledictionibus. Verè consummator bonorum Jesus omnem virtutem consummavit. Sim. Cass. l. 4. c. 7.

Quicumque vult perfecte vivere, nihil aliud faciat; nisi quod contemnat, quæ Christus contempnit in Cruce; & appetat, quæ Christus appetit. Nullum enim exemplum virtutis abest à Cruce. S. Thom. opus. 3. c. 5.

S. Franciscus Seraph. desiderans summopere scire: quid sibi, ac fratribus suis, maxime conveniret exercere? ac quæ devotio DEO maxime placeat? sensit interne se instigari, ut aperiret Mistale. Aperuit semel, bis, ter; & semper occurrit: Passio D. N. J. C. Sandæus parad. amat. Crucif. centur. 7.

Rodesindus, sive Rosendus Ep. Compostellanus sub annum Christi 990. pro seuto, & insigni tessera, sumpsit sibi Crucem; & cujus uno brachio circinus, ex altero speculum, pendebat: quod significasse videtur, oportere nos crucem Christi sæpius contemplari; in eaque, velut in speculo, nos ipsos, vitamque totam intueri, & despiciere: similesne ei, an dissimiles, simus; tum circini instar, aut regulo, eadem cruce actus omnes nostros dirigere, & metiri. Dou-

erman l. 2. cap. 2. de amore Sect. 7.

§. XII.

Crucifixus amandus.

GLoriosa, & pia amatrix Magdalena obvio habuit Angelos circa sepulchrum; qui dubio procul locuti sunt illi angelicè, id est, suaviter. Sed nec ex eorum verbis, est suavisissimis, nec ex splendore vestimentorum, nec amabili eorum decore, ullam capere potuit complacentiam. Et vertens se, vidit dulcem Salvatorem, sed in forma hortulani: quæ ejus animo, flagranti desiderio videndi Dominum, misime satisfactum est; quia scilicet non vult flores, nec consequenter hortulanum: ejus enim animum crux, clavi, spinæ, occuparunt. Unum, unum querit Crucifixum. S. Franc. Salesius tr. de div. am. l. 5. c. 7.

S. Gonsalvus Amaranthus Ord. Prædic. in Lusitania: ut à sacro fonte fuit levatus, praestolanti nutrici cum confestim esset traditus, ut à vagitibus lactis dulcedine tractus temperaret. Sed ille ubera profusus respuens, sicis subito ocellis, & versus quandam Christi crucifixi effigiem defixis, lamenti oblitus, & lactis, tenera brachiola eodem inenarrabili jubilo tendebat. Cumq; eadem nutrix successu dein temporis cum infante eandem Ecclesiam frequentaret, puerulus in ingressu primo oculis curiose illam Christi passi imaginem requirebat; vixq; ab illius aspectu amabili abstrahi potuit. Kircherus 10. Jan.

à Crucifixo didicit S. Gertrudis: neminem unquam Christi crucifixi imaginem oculis compassionis aspicere, quin ab ipso Crucifixo respiciatur oculo pietatis. Sandæus parad. amat. Crucifixum centur. 7.

Martyr Anonymus captus, cum cuidam tyranno serviret, & gemebundus semper incederet; interrogatus ab eo, cur cum cæteris famulis non gauderet? respondit: Non possum non tristis incedere, quia continuo mortis DEI me memor in corde meo Crucifixum porto. Irritatus tyrannus; experiat, inquit, num vera sunt, quæ dixisti: nec mora, vocatò carnifice jussit apertò Martyris pectore cor evelli, & per medium cultro scindi: & ecce in eo imago Crucifixi. Tyrannus cum suis conversus. Thom. Cantipr. l. 1. ap. c. 25.

S. Lydwina crescente morbo confirmabatur spiritu; amarum omne illi dulcescebat; nec quidquam ei sapiebat, nisi solus Jesus, & hic Crucifixus. Joan. Brugmannus parte 1. vitæ c. 4.

Sit cor nostrum illi gratum pulvinar, quo sacrum suum caput reclinet. Blof. margar. spir. cap. 15.

§. XIII.

Crucifixus honorandus.

ILLi effec Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Cant. 1. 11. Gloss. interl. exponit: in accubitu Crucis. Vocat Sponsum Regem, quando illum in throno Crucis positum spectat. Aliàs illum Dilectum vocat, & aliis titulis donat. Tam reverenter illum colit (cum quo aliàs familiarissimè confueverat) cum in Cruce positum cernit; ut aliò, quam Regis titulo appellare non auit. Did. Nist. die Jovis S. §. 2.

Rec 3

Noa

Non pudeat Crucem Christi confiteri; angeli enim gloriantur dicentes: *Jesum queritis Crucifixum*. Non potuisti dicere, o Angele! scio, quem queritis, meum Dominum; sed confidenter dicit: scio, quod Crucifixum: corona enim est crux, & non ignominia. S. Cyrill. Jerol. Catech. 13.

Carolus V. M. Imp. cum in Africana expeditione videret Hispanica nobilitatis, quae plurima eum sequebatur, principes de summa exercitus praefectura ambitiosè anxios, & suspensos animo; ab eorum uno interrogatus: quem tandem Capitaneum Generalem renuntiaturus esset? sublatâ coram omnibus Crucifixi statuâ: hunc, inquit, cujus ego signifer sum. Quae responsio cunctorum sedavit animos. Doultremon l. 2. c. 2. de amor. sect. 6. Crucifixio.

Pientissima Radegundis Regina, S. Crucis Dominicae portionem argenteis thecis inclusam venerata, constituit, ut perpetuè lumina accenderentur. Id gratum fuisse Crucifixo, illustri miraculo declaratum. Nam lampadarum lychni non solum non absumebant oleum, verum etiam perpetuè paruriebant. Ad eodè enim exundabat oleum, ut subjecta vasa opplerentur ex lampadum redundantia. Greg. Turon. l. de glor. MM. c. 5.

Pulsus meridians horâ 12. in honorem Crucifixi institutus. Ad quem Ludov. XI. Gall. rex ex equo descendere, & flexo utroque genu, ac capite nudo, patientem Dominum venerari non erubescibat. Imò existimant aliqui, ab hoc Rege meridiani pulsus initium. Cahil. l. 3. de B. V. c. 3.

XIV.

Crucifixi memoria, & meditatio.

Num. I.

Est dulcis, deliciosa.

Stipate me malis. Cant. 2. 5. S. Ambr. in Pl. 118. Oct. 5. per flores, & mala, accipit memoriam, & meditationem Christi Crucifixi. Cornelius hic.

Memoria Jofia in omni ore, quasi mel indulcorabitur ejus memoria; & ut musca in convivio vini. Eccli 49. 1. 2. Sed longè dulcior in ore, & corde, memoria Jesu Crucifixi. Nadasi ann. Crucif.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Il. 12. 3. Devotio tenera erga Crucifixum, est cella vinaria, in quam introducit animas sibi dilectas Rex sponsus. Sandeus Cent. 7.

Memoriale ejus (Syr. memoria ejus) sicut vinum Libani. Os. 14. 8. q. d. memoria, & commemoratio Israelis, erit gratissima, & suavissima; ut erat vinum crescens in Libano. Nam hoc praestantissimum fuisse, aequè ac odoratissimum, ex afflatu arborum odoratarum, quibus abundat Libanus, docent Geographi terrae sanctae. Corn. hic.

Las vobis potum dedi, non escam. 1. Cor. 3. 2. ait enim 1. Cor. 2. 2. nunquid dixi, me aliquid inter vos scire, nisi Jesum Christum & hunc Crucifixum? Quia si diceret tantum

Jesum Christum, est Jesus Christus etiam secundum Divinitatem; secundum id, quod erat Verbum apud DEum Filius DEI Jesus Christus. Sed hunc, hoc est, hoc modo dictum, parvuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt, qui hoc capiunt? *Jesum Christum*, inquit, & hunc Crucifixum. Suge, quod pro te factus est; & cresces ad id, quod est. S. Aug. in Pl. 118.

Sit Jesus Christus tibi semper in corde; & nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat. Haec tibi sint cibus, & potus; dulcedo, & gloria tua; mel tuum, & desiderium tuum; lectio tua, & meditatio tua &c. S. Bern. formula honestae vitae.

Quid possit amanti animae esse suavis, quam ut post distractiones, labores, perturbationesque multas, in hac lacrymarum valle illi occurrentes, eamque fatigantes, sub hac salutifera Crucis umbra respiret, sese reficiat, sensus dispersos colligat, animamque exhaustam delectabili arboris hujus fructu confortet. Blof. margar. Spir. c. 15.

S. Franciscus Seraph. viva Crucifixi imago (ita eum appellat auctor in ep. dedic.) cum nunquam videndi facultate privatus, & totos dies in tenebris federet; quidam è fratribus commutatione ductus hortabatur eum, ut consolationis ergo juberet, pium aliquem sibi librum praelegi, dixit: Ex CHRISTI patientis memoria tantum se haurire voluptatis; ut, si ad finem usque Mundi vitam sibi protrahendam sciret, haud aliam lectionem, ad jucundissimam animi relaxationem, esset desideraturus. Chronicon Ord. l. i. c. 103.

Num. II.

Alia Motiva

Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Aci dicat: Tangat me praesentiae dulcedine unigeniti Filii Redemptoris mei. S. Greg. mor. l. 27. c. 10.

Plantate in hortulo memoriae vestrae arborem S. Crucis, contra omnes mortiferas diaboli suggestiones, medicinam virtuosam proferentem. Hujus enim nobilissimae, & felicissimae arboris radix est humilitas, & paupertas; cortex labor, & patientia; rami misericordia, & justitia; folia veritas, & doctrina &c. Haec est vitis Deifera, oliva fructifera, dulcis ficulnea; foris aspera, intus mellietum. Thom. Kemp. p. 3. l. 1. ad Novit.

Omnino sicut ille, qui opobalsamum vel leviter contingit, necessario suavem odorem retinet; ita is, qui Passionem Dominicam pie recolligit; licet permodicò affectu id faciat, non potest non referre augmentum gratiae divinae. Sed nec effigiem quidem Crucifixi homo Christianus unquam reverenter aspexit, aut aspiciet, sine grandi utilitate. Ex Theologia Germanica Anonymi Equ. Teut. Sacerd. Francofurti.

Magnum est discrimen inter miracula Christi à sua morte parata; & inter ea, quae in vita operatus est. Nam, dum viveret, aegris salutem, mortuisque vitam, praestabat: in ejus verò morte lapides confringebantur, terra tremebat, & sol splendorem suum amittebat; cum è contra hu-

mano

manò iudiciò agendum fuerit. Nam, cum ejus mors misericordiæ culmen, & plenitudo, esset; miracula ab eo tunc facta solatium potius afferre, quam timorem incutere deberent. Ad quod respondere possumus: signa à Domino JESU in vita edita talia fuisse, qualia necessitas indigentium tunc exigebat: suæ verò sanctissimæ mortis miracula ostendisse, & præ se tulisse effectus; quos ipse Dominus suâ morte fieri in hominibus cupiebat: ut scilicet corda lapidea contererentur, spiritus superbi humiliarentur, terrena desideria in caelestia mutarentur; ac denique, ut nullus alius Sol, aut Lux, in Mundo esset, quam homines aspicerent; præterquam JESUS Crucifixus, vera lux, & nitidissimus Sol. Diez. Amor Dei erga hom.

Mortis Christi multi non recordantur; nisi dum vident mortem propriam. Tunc Crucifixum amplectuntur; cujus, dum viverent, obliviscantur. Stella de Cont. van. p. 2. cap. 84.

Margarita Lotharinga, nè in itinere avelleretur ab intuitu Crucifixi, illum locabat secum in leclia. Sand, Crucif. cent. 7.

§. XV.

Crucifixi variae apparitiones.

S. Anst. Franciscò in excessu contemplationis, in monte excelso apparuit Seraph sex alarum in cruce confixus. S. Bonavent. diat. fal. cap. 7.

S. Catharina Senens. post Communionem vidit Dominum Crucifixum magno cum lumine advenientem, & ex ipsius vulnerum cicatricibus quinque radios ad quinque loca sui corporis descendentes. Nadasi ann. Crucif. & habetur in Brev. Rom. 30. Apr.

Innocentius III. Papa l. 2. de cont. Mundi cap. 43. existimat, sub arcani Judicii tempus, hominibus tam probis, quam improbis, Christum Crucifixum aspectabilem observari. Malus videt sibi ad confusionem, ut erubescat, se non esse redemptum sanguine Christi, suâ culpâ exigente.

S. Bertulphi Abb. S. Gudvali corpus cum portaretur, imago Crucifixi inclinatò vultu illud venerata, immobilis mansit, neque se reflexit. Boll. 5. Febr.

§. XVI.

Crucifixus est figura extremi Judicii.

Luc. 23.

UNam à dextris, & alterum à sinistris. Luc. 23. 33. S. Ambr. hic: quia sic erit in die Judicii. q. d. per latronem à dextris justis designantur; & per latronem à sinistris peccatores. Castillo Illat. 110.

Ipsa Crux, si attendas, tribunal fuit. In medio enim Judice constitutò, unus, qui credidit, liberatus; alius, qui insultavit, damnatus est. Jam significabat, quod facturus est de vivis, & mortuis; alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram. S. Aug. tr. 31. in Jo. Cur Christus, cum summâ benignitate redimeret Mundum in Cruce, ibi nobis tremendum ultimi Judicii tribunal objicit? quia memoria illius valde

utilis, ut vitam componentes, fructus redemptionis colligamus. Sylv. in Jo. 19. q. 14.

Affixus est cum latronibus duobus, unò ad dexteram, alterò ad sinistram, similiter crucifixis. Ut etiam in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quæ in Judicio ipsius omnium hominum est faciendâ discretio: cum & salvandorum figuram fides credentis latronis exprimeret; & damnandorum formam blasphemantis impietas prænotaret. S. Leo l. 4. de Pass.

Erat medius Salvator, tanquam statera veritatis; unum elevans confidentem, & alterum condemnans blasphemantem. S. Chryf. or. de æmulat.

Ipsa Crux, non tantum tormentum iudicis; sed Judicantis quoque jam quoddam tribunal exitit. S. Rupert. in Jo. 19.

Exeamus ad eum, vel cum eo, in locum, qui dicitur Golgotha; & videamus in humilitate vel pœnam iudicatis; vel gloriosum, & terribile mysterium iudicatur. Illic enim ipse duorum latronum medius, alterum à dextris pœnitentem suscepit; alterum à sinistris, in nequitia perseverantem, in damnatione reliquit. S. Rupert. in Math. 26.

Miscellanea.

Clamans voce magnâ, Matth. 27. 50. Quod Christus tantis, & tam diuturnis tormentis excruciat, sanguine exhaustò, totòque corpore dissipatò, tam fortiter in ipsa expiratione clamavit; fuit penitus supernaturale, & indicium potestatis divinæ. Dion. Carth. hic.

Petierunt Judæi à Pilato Jo. c. 19. 31. ut crucifixorum *crura frangerentur*. Et hoc ipso persuadere volebant omnibus: tantum esse scelus, & facinus Salvatoris, quòd in vivo corpore dignè castigari nequiverit; itaque necesse fuerit in corpore deservire extinctum. Blot. marg. spir. c. 29.

Quid hoc admirabilius? cernere DEum in Cruce pendentem; & quidem inter latrones. S. Andreas Cret. orat. in Crucis exalt.

Ambrosius in quodam sermone ait: Auctor pietatis in Cruce pendens testamentum condidit, singulis opera pietatis distribuens: Apostolis persecutionem, Judæis corpus, Patri spiritum, Matri paranymphum, latroni paradisum, peccatoribus infernum, & Christianis pœnitentibus Crucem. S. Bernardinus t. 2. f. 56.

Sorte accidit, ut quidam Minores FF. in solo, & suburbis Jerusalem offenderent lilium miræ pulchritudinis, & magnitudinis è terra exortum; quod præciderunt. Postea, novò succensì desiderio, de radice inquisiverunt; & effossâ terrâ invenerunt crucem in Christo eidem affixò tribus clavibus, cum vulnere lateris, ex ipsâ radice lilij, divinò opificiò efformatum. Franc. Quaresmius Ord. Min. in elucid. terræ S. tomo 2. l. 4. cap. 1.

Lancrus ait apud Doultremon l. 1. c. 1. Venetiis in S. Georgij columnam esse, in qua Christi Crucifixi imago ita graphice à natura marmor impressa sit, ut peritissimi pictoris opus credi possit.

Reperitur in Palæstino solo Musa arbor, seu frutex potius; cujus fructus quoq; Musa dicitur; alitu-

altitudine sesqui hominis, stipite viridi; folia in digitorum modum protensa, adeo longa, ut staturam hominis erecti ferè excedant; tam lata verò, ut extensus quispiam facile foliò unò cooperiatur. Semel tantum ex uno stipite fructus fert, qui plures in unò botro crescunt, aliquando decem, plerumque viginti; quorum quisque ovi habet magnitudinem: suntque coloris crocei, instar ficuum, odore rosæ non absimiles. Sapore quidem dulcissimi, ideoque grati palatò; sed stomacho noxii: somnum inducunt, explent cerebrum fumò; faciunt mulem, ac citò corumpuntur. Sunt, qui fructus hosce paradisi poma appellant, in quibus Adam peccavit. Si in articulos concidas, venas in singulis reperies, Crucifixi effigiem utrinque referentes: ideo à quibusdam vocatur fructus mortis. Niremberg. lib. de miracul. naturis terræ promissæ c. 99.

In urbe Beritho plenà Judæis Christianus quidam juxta Synagogam censualem cellulam incolebat, fixitque in pariete ad lectulum Crucifixum. Migrans post tempus ad spatiosam domum, omnia sua asportavit, Crucifixi oblitus. Successit in eandem cellulam Judæus imaginem non advertens. Die quodam invitavit alium Judæum ad prandium; qui inter comedendum advertit illam imaginem; & contra invitantem ex-

candescens, eum apud summos Sacerdotes accusavit; qui repertam imaginem cum multis contumeliosis, verberibusque afficientes, extra Synagogam semivivum projecerunt. Imaginem autem terræ allidentes dixerunt ad invicem: quia audivimus, quòd patres nostri diversis modis illuserunt; ita & nos huic faciámus. Tunc cœperunt spere in faciem, percutere alapis; post illa crucifixerunt eam acutissimis clavis; acetum, & sel, præbuerunt; coronâ spineâ, percipientes arundine, lanceâ latus aperuerunt. Quò factò res mira: nam ipsius vulneris locus aquâ, & sanguine illic cœpit decurrere. Dixerunt autem principes Sacerdotum; adferatur vas ad locum vulneris, unde sanguis decurrebat; quod & factum. Dixerunt autem ad invicem: quoniam Christiani susurrant, quòd mirabilia fecerit in Mundo; accipiamus hunc sanguinem, & deseramus ad nostram Synagogam; & congregemus male habentes, & perungamus eos. Factum: inter primos adductus senex paralyticus in grabato; qui perunctus statim incolumis de grabato exiliens ad propria remeavit. Cæci sanati, & plurimi alii diversis morbis laborantes. Omnes autem principes Sacerdotum, & Seniores, & omnis turba Judæorum, crediderunt in Christum. S. Athanasius Ep. Alexandrinus Relat. miraculi hujus.

TITULUS XLIII. CRUX.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Ordine Alphabetico.

Altare.

A Discavit altare. Gen. 22. 9. Quid sibi vult ara constructa; nisi Crux in monte porrecta? S. Fulgent. serm. de Abrah. Hæc autem omnia figura erant Crucis: propterea & Christus Judæis dicebat Jo. 8. 56. *Abraham pater vester exultavit &c.* Quomodo vidit, qui temporibus præcessit? per figuram, per umbram. Sicut enim hic ovis oblata est pro Isaac; ita & rationalis agnus oblatus est pro Mundo. S. Chrysostr. hie hom. 47.

Arbor vitæ.

Audiens Adam vocem Domini post peccatum, fugit sub arborem vitæ Gen. 3. 8. Quæ fuga, ô Adam! hæc est? quòd asyllum contra iram DEI sub caducis foliis? Ex eo tempore videtur Dominus peccatoribus cognitionem quandam dedisse; quâ perciperet; asyllum ab ira Dei optimum fore sub arbore vitæ; id est; Cruce. Dicit Crux.

Sub arbore malo suscitavi te. Cant. 8. 5. Hæc malus salutaris; si ad arborem respicias, Crux est humanæ salutis aithrix; in qua salus Mundi, aithrixque, pependit. Si verò ad pomum ejus, ad fructum suavissimum, atque sanctissimum

(de quo sæpe diximus) cœlestis totum, & salutare malum corpus est Jesu Christi. Philo Carpachi.

Arbor Zachari.

Noli te extollere; pusillus esto. Zacharus esto. Sed dicturus es: si Zacharus fuero, præ turba non potero videre Jesum. Noli esse tristis; ascende lignum, ubi pro te pependit Jesus; & videbis Jesum. S. Aug. de verb. Apost. 1. 8.

Arca Noe.

Arca Noe est Crux Christi. S. Thom. in Gen. c. 8.

Argentei 300.

Benjamin dedit 300. Argenteos. Gen. 45. 22. Per 300. arg. significatur prædicatio Crucis; quæ commissa est Paulo præ cæteris. Et recte per 300. arg. Crucis designatur prædicatio; quia ipse numerus per T. repræsentatur, qui figuram crucis habet. Hugo Card. hic.

Baculus Jacob.

In baculo meo transivi Jordanem. Gen. 32. 10. Crucis typus fuit Patriarchæ Jacob virga, cum transivit Jordanem. Andreas Cret. or. 1. de exalt. S. Crux.

Benedictio Jacob.

Jacob moriturus transpositis manibus benedixit nepotibus. Gen. 48. 14. quòd Crucis Figuram expressit. Merito igitur dicitur: *Regnâ.*

Regnavit in domo Jacob; ubi Crucis figura apparet: qui regnum suum in Cruce, & laboribus, quibus nos redemit, collocavit. Sylv. in Luc. 1. 9. 40.

Lignum illud vitæ, quod à DEO in paradiso constitutum est, præclaræ Crucis figuram gessit. Quoniam enim morti aditus per lignum patuerat, consentaneum erat, ut per lignum quoque vita, & resurrectio, donaretur. Quin Jacob, cum adorato virgæ fastigiò, cancellatisque manibus, filiis Joseph bene precatur, Crucis signum apertissimè delineavit. S. Jo. Damasc. l. 4. c. 12.

Hanc Crucem Patriarcha Jacob, cum permutatas olim manus nepotibus imponeret, symbolicè præsignificavit. S. Andr. Carnot. or. in exalt. Cruc.

Crucis mysterium Jacob exhibuit, quando juniorem Ephraim, Manasse primogenito præferens, in modum Crucis super eos brachia permutavit. S. Petr. Dam. in Invent. S. Cruc.

Sinè dubiò transpositio manuum Crucis expressit figuram. Nunquid in eo sic manus commutando casu Crucem figuravit? nunquid non poterat, eadem ratione datà, Manasse ad dexteram, Ephraim autem ad sinistram suam posuisse? Poterat planè; sed propterea erat; & propheticò spiritu sciebat, quod per Crucem componenda esset benedictio, quam venturus Legislator daret. S. Rupert. in Gen. l. 9. c. 24.

Candelabrum.

Et bajulus sibi Crucem. Jo. 19. 17. Portavit Christus Crucem, sicut illustrator candelabrum. Super quo ponenda erat lucerna, de qua ipsemet Salvator Jo. 8. 12. testatus est: *ego sum Lux Mundi.* Ascendit Dominus Crucem, sicut Doctor cathedram, vel pulpitem Prædicator; scilicet ut viam, ac doctrinam doceat veritatis. S. Bernardin. p. 2. l. 55.

Cithara David.

Suavi sonò citharizans David, non tantum animalium mulcebat auditus, quantum etiam in ipso Saule vexationem mali Spiritus temperabat. 1. Reg. 16. 23. Si nostri, manu fortis, CHRISTI D. citharam respicias personantem, quam ligno Crucis, carnis, membrorumque suorum, chordis aptatam, plestrò dum tangit S. Spiritus, omne animal replens benedictione; ipsum quoque diabolum fugavit de cordibus inimicorum. S. Prosper de promiss. Dei p. 2. c. 25.

Cithara David figuravit Crucem D. N. J. C. S. Vinc. Ferr. D. Reminisc.

Non putandum est, citharam illam, quamvis dulcissimè resonantem, tantæ potuisse virtutis existere, quæ spiritus pelleret immundos; sed figura S. Crucis; & ipsa, quæ canebatur Passio Dominica, jam tunc diaboli refringebat audaciam. V. Beta in lib. Reg. l. 3. c. 1.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Clavis.

Dabo clavem domus David super humerum ejus. Il. 22. 22. Clavis super humerum Crucis est apposta dorso ejus: cui versà facie ad homines crudeliter fuit affixus. Et statim sequitur utilitas passionis, apertio cœli, Electis nunquam claudenda, reprobris verò nunquam aperienda. Sim. Cass. l. 14.

Columna ignis.

Crucis signum exhibuit columna ignis, & nubis, quibus deducebat DEUS errantem Israel. S. Andr. Cret. or. in Exalt. S. Cruc.

Columna ignis, & nubis, erat Crucis; quæ semper præ oculis haberi debet peregrinantibus in terram promissionis per rubrum mare, per desertum, per loca invia, inaquosa. S. Chryl. ferm. de Joseph.

Dies Domini.

Exultavit; ut videret diem meum. Jo. 8. 56. Diem autem dicit Crucem. Theophyl. hic.

Ferculum.

Ferculum. Cant. 3. 9. à ferendo accepit; quod dicit de lignis Libani factum, in quo monte Lex data est: Quod ferculum Crucis secundum hæc mysteria de lignis cedrinis factum, non erit incongruum intelligi. Apolinus l. 5. in Cant.

Et sanè, si per ferculum accipias Crucem, in ejus medio non erat, nisi Christus, nostri amore crucifixus. Corn. hic.

O Crux regalis lectica Salomonis! te regium, & omni honore dignum thronum stipant sexaginta potentes ex foribus Israel. Ubi sexagenorum mentio in memoriam mihi revocat excellentissimum illum Seraphinorum sex alas habentium conventum; qui tuæ gloriæ, ut sceptro regali assistunt; tibi que conformantur contractis alis superioribus, & inferioribus; expansis autem utrinque mediis; & in formam Crucis volantes, sinè intermissione victoriæ tuæ laudes, & præmia decantant. S. Germanus Patriarcha Constant. or. 2. in ador. Cruc.

Ficus.

Ficus prorsus gressus suos. Cant. 2. 13. Quod si arbor scientiæ boni, & mali, ficus fuit; ut quibusdam placet; convenienter ficus Crucem representat: ut damnum, quod unum lignum intulit, alterum aufferret. de Ponte. hic.

Fons.

Da mihi bibere. Jo. 4. 7. Mysticè fons iste, super quem ascendit D. N. J. C. est sancta Crux: super hunc fontem sedebat Dominus; quia passionem, & Mortem, summam mentis tranquillitate portavit. Quanto autem charitatis amore pro nostra redemptione sederit in Cruce, manifestat Evangelista dicens: hora erat quasi sexta, id est, summum charitatis, ac dilectionis ardore; & in summo actu passionis, & mortis pro nobis se posuit Filius DEI Christus. S. Bernardin. t. 2. l. 31.

Fff

Gladus

Gladius.

Elevavit aliquando celeberrima illa Judith acinacem in Holofernis dormientis caput. Judith 13. 9. Crucis exaltationem figurans; salutemque Israel peperit. S. Andreas Cret. or. 2. in Cruc. exalt.

Juniperus.

Jezebel, 3. Reg. 19. 2. &c. quæ mortem Eliæ intentat, mors æterna est, quæ per peccatum in hunc Mundum introierat. Hanc quicumque fugit, sedet subter Juniperum, id est, confugit ad sanctum, & vivificum Crucis Dominicæ lignum. Illic ambit mortem; illic festinat commori Christo, nè à Jezebel occidatur; complantari similitudini mortis Christi, nè in æterna morte detineatur. S. Rupert. in lib. Reg. l. 5. c. 10.

Lectus.

Ego dormivi &c. Pl. 3. 6. id est, sponte jacui in Cruce; ut in ea morerer: quomodo se in lectum componunt, qui dormire volunt. Bellarm. hic.

Lectulus floridus.

Lectulus noster floridus. Cant. 1. 15. Sept. lectulus noster umbriferus. Lectulus floridus præsepe, Crux: ille initium laborum; hic consummatio laborum, & impletio desiderij pro nobis patendi. Floridus ob JESUM Nazarenum. De Ponte hic.

Lectulus Sponsæ.

Suavissimum mihi cervical, bone JESU! spinea illa Capitis tui corona; Dulcis lectulus illud Crucis tuæ lignum. In hoc ego nascor, & nutrior; creor, & recreor; & super Passionis tuæ altaria memoriæ mihi nidum libenter recoloco. Gilb. f. 2. in Cant.

Lectulus Salomonis.

Rectè aptatur Cruci nomen lectuli Salomonis, Cant. 3. 7. quia nullibi Christus magis fuit Salomon, quam in ea: quia, ut dicit Apostolus Coloss. 1. 20. *pacifians per sanguinem Crucis omnia sive, quæ in terris sive quæ in cælis sunt.* De Ponte hic Exh. 27.

Lignum vitæ.

Per lignum vitæ, Apoc. 2. 7. Crucem Christi intelligit S. Ambr. lib. de iis, quæ incitantur c. 3. Hesichius in 14. Levit. Hieron. in c. 2. Joel.

Hæc Crux est vitæ æternæ lignum. S. Jo. Damasc. l. 3. c. 12.

Crux pretiosa est. Et crux amari potest; & crux habet exultationem. - Non est Sylvestris arbor; lignum vitæ est apprehendentibus eam. S. Bern. l. 1. in Festo S. Andreae.

S. Laur. Justin. vocat Crucem lignum vitæ. Sub umbra tua ab æstu diei protegimur, a tempestate, à turbine, à pluvia. Radios amoris, charitatisque sagittas, emittis de te, quæ amantium corda transigunt. Item in Exalt. S. Cruc.

In Cruce pendet omnis fructus vitæ; quia ipsa est arbor vitæ, quæ est in medio paradisi. Drogo Ost. de Sacr. D. Pass.

Ligna Isaac.

Dum lignorum congeriem cernis, crucem mihi animadvertite: dum ignem specularis; amorem, ac desiderium; cogitatione complectere. Dum Aram cogitas; Calvariam perpende. S. Ephrem in Abrah. & Isaac.

Ligna holocausti imposta super Isaac, est Crux Christi, primò ab ipso portata; sed postmodum super eam est positus, & confixus. Ignis verò & gladius in manibus Abrahæ, sunt ardor divinæ charitatis, ad dandum Filium pro nobis in mortem; & rigor justitiæ exigens ab ipso mortem pro solvendis reatibus nostris. S. Thom. in Gen. c. 22.

Lignum Moysi.

Quòd aqua amara lignò in se suscepto dulcescunt, Ex. 15. 25. indicio erat; amaritudinem Gentium per lignum Crucis Christi, in usum dulcedinis quandoque esse vertendum. S. Sid. Comment. in Ex. c. 21.

Quid tam amarum, quod in recordatione Dominicæ Passionis non possit dulcescere? Certe legimus, Hebræos, cum existent de Ægypto, venisse ad aquam amarissimam, quam nullus gustare poterat. Cui cum Moyses lignum injecisset, dulcorata est sic, ut eam delectabiliter biberent. Quid apertius per aquam amaram, quam cujuslibet adversitatis amaritudo signatur? cui cum lignum Crucis confideratur; necesse est, omnem passionem hominis levem videri, respectu Passionis Dominicæ, quam pro hominibus voluit sustinere DEUS, & homo, mediator Dei, & hominum, Dominus JESUS. S. Bern. tr. de Pass. Dom. c. 44.

Aqua Mara amara, lignò in eam immisso dulcis effecta, ostendit Christianum sumentem, statim ut amarum Passionis poculum biberit, ligni, & crucis, dulcedine, omni amaritudine liberandum. S. Prosper p. 1. de Promissionib. cap. 38.

Sicut lignum Moysi à Domino ostensum, aquis Marath immerium, omnem illarum amaritudinem in dulcedinem vertit; ita Sanctæ Crucis virtus animò recondita omnem tentationum falluginem suâ immersione, contactuque indulcat. Arnold. Carnot. tr. de Verb. Dom. Patet ignosce.

Lignum Cedrinum.

Lepa, Levit. 14. 6. 7. est peccatum, lignum Cedrinum Crux; coccus sanguis Christi; hyssopus herba humilis radicibus hæret in petra. Unde aptè fidem, quæ Deò, Deique veritate infallibili, nititur, significat. Cedrus altissime se erigit, spei Symbolum. Cedrus rubet instar ignis, charitatis Symbolum. Corn. hic.

Lignum Elizei.

Crux ejus amaras aquas vertit in dulcem saporum; & securum perditam, 4. Reg. 6. 6. inque profundum demersum, missa in fluentem Jordanis levavit. S. Hieron. in Matth. lib. 2. cap. 3.

Quid

Quid est, lignum mittere, & ferrum in lucem producere? nisi patibulum Crucis ascendere; & de profundo Inferni humanum genus erigere; ac de omnium peccatorum limo per Crucis mysterium liberare. S. Aug. Dom. 7. Trinit. de Elizæo, & securi &c.

Lignum benedictum.

Benedictum est lignum, per quod fit justitia. Sap. 14. 7. Aliqui apud Jansenium accipiunt furcam, seu patibulum, quod fit justitia. Mysticè: benedictum lignum, per quod facta est justitia, justaque satisfactio pro peccato Adæ, ac peccatis totius Mundi, est *CRUX CHRISTI*. Unde S. Chryl. or. de Festo Crucis legit: Benedicite lignum, per quod fit justitia. S. Germanus de Exalt. Cruc. benedicite lignum, per quod fit salus. Corn. hic.

Moytes orans.

Moytes, quid utique tantum tunc, cum JESUS adversus Amalech, Ex. 17. 11. proclibatur, extensis manibus orabat residens, quando in rebus tam attonitis, magis utique genibus positus, & manibus cadentibus pectus, & facie humi volutatâ, orationem commendare debuisse? nisi quia illic, ubi nomen JESU dicebatur, dimicatur quandoque adversus diabolum, Crucis habitus quoque erat necessarius, per quam JESUS victoriam esset relaturus. Tertull. lib. adv. Judæos.

Idcirco lignum adversus lignum; & manus adversus manum; illæ, inquam, fortiter extensæ adversus incontinentes extensam; illæ clavis confixæ, atque constrictæ, adversus remissam, solutamque; illæ orbis fines conjungentes, adversus eam, quæ Adamum paradiso exturbavit. Idcirco sublimitas adversus lapsum; & fel adversus gustum; & spinea corona adversus perniciosum imperium; & mors adversus mortem; & resurrectio propter resurrectionem. S. Greg. Naz. or. 21.

Navis Jona.

Jonas in navi dormiens, 1. 5. Sacramenti Dominici imaginem præferbat: Etenim significavit navis materia Crucem; somnus verò Passionem. S. Zeno Ver. Serp. de Jona.

Navis Christi.

Navis, Math. 8. 24. *Crux Christi* est: quam cum Dominus ascendit, in ea dormivit: requies enim Domino *Crux*; passio pulvinar. V. Beda l. 3. in Luc.

Palma.

Statura tua assimilata est palma. Cant. 7. 7. Potest per palmam *Crux Christi* intelligi: palma enim in sublime valde crescens dulcissimos fructus gignit: & *Crux Christi* celestem cibum nobis præparavit. S. Greg. hic.

Aperte victoriosissima *Crux palmæ* comparatur; in quam Christus ascendens apprehendit fructus ejus, id est, dona; quæ largitus est sanctæ Ecclesiæ. S. Isid. hic.

Polyant. Sacr. Tom. I.

Illi in palmam ascendunt, qui in *Crux* proficiunt. S. Justus Orgelic, in Cant. hic.

Quid est in palmam? in crucem, cujus una pars de arbore palmæ dicitur facta. S. Bern. l. de Pass. Dom. c. 46.

Piscina.

Quinque porticus. Jo. 5. 2. Queritur: unde tantam virtutem piscina probatica habebat; quod, quoties Angelus descendeat ad movendam aquam, haberet illam virtutem? ut ostendatur virtus Crucis, & Passionis: nam dicit Magister historiæ Scholasticæ: quod in illa piscina erat illud lignum, quod postea servit ligno Crucis. *Quinque porticus* significant quinque vulnera. S. Vinc. Ferr. fer. 6. post Invocavit.

Sanguis postium.

Hæc *Crux* sigillum, Ex. 12. ut nè exterminator Angelus nos tangat. S. Jo. Damasc. l. 4. c. 4.

Serpens æneus.

Imago Crucis, *Serpens æneus* est. Num. 21. 8. quoniam, etsi in carne sua suspensus est Christus, tamen & ipse crucifixus est Mundus; & ipsi Crucifixus est Mundus. S. Ambr. l. 3. de S. Spir. c. 9.

Signum.

Super montem caliginosum levate signum. II. 13. 2. Per Crucem Christi amorosè fuit levatum signum in nationes, II. 11. 12. ad congregandum profugos Israel. Nam Christus mortuus est; ut filios DEI, qui erant dispersi, congregaret in unum, sicut Jo. 11. 52. ait. S. Bernardinus p. 2. f. 55.

Apostolis præcipitur, & Apostolicis viris, ac Magistris Ecclesiarum; ut dimicaturi contra Babylonem, signum elevent *Dominicæ Crucis*; non in humili loco, & in demersis vallibus; Sed in monte caliginoso, seu campestri. S. Hier. hic.

Spiritus Ezechielis.

Hæc dicit Dominus Deus: à quatuor ventis veni Spiritus. Ezech. 37. 9. An non Deus unied ventò poterat cadavera illa vivificare? sanè ita. Cur ergo à quatuor ventis, vel à quatuor Mundi plagis venire jubet spiritum? Sacramentum Crucis latet. Duc ab Oriente in occasum lineam; ab aquilone ad austrum alteram; & crucem habes. Castillo Mat. 58.

Sycomorùs.

Vellicans Sycomorùs. Amos 7. 14. Dicta est arbor morus per antiphrasim, quasi minimè *moros* id est, fatua. Nam, ut ait Plinius l. 46. 25. morus arborum est prudentissima, quia lædi se à frigore non sinit: unde non nisi planè exactò frigore germen emittit. Symbolicè: *Sycomorùs* est *Crux Christi*; ejusque doctrinã; quæ Gentibus, & terrenis hominibus, videtur fatua. Corn. hic.

F ff 2

Tabu-

Tabula Legis.

Ipsa Tabula, quæ DEI digitò scriptæ sunt, Ex. 31. 18. Crucis Dominicæ præterierunt Sacramentum: denarius enim numerus per X. Literam, quæ Crucis exprimit speciem, designatur. B. Petr. Dam. in Invent. S. Cruc.

Terebinthus.

Jacob infodit eos, (deos Laban) subter terebinthum. Terebinthus arbor resinam generans, pretiosissimum lignum Crucis, quod virtutis est optimæ, significat: subter quam omnia peccata nostra sepeliuntur, ut eorum ultra nullum vestigium reperitur. S. Rupert. in Gen. 1. 8. cap. 12.

Idola, quæ Jacob sepelivit sub ligno, significant vitia, & peccata, quæ absconduntur sub ligno Crucis. V. Beda in c. 35. Gen.

Trecenti Abrahæ.

Trecentos, decem, & octo. Gen. 14. 12. S. Ambrosius ad mysterium Crucis refert. T. enim, quod Græcis 300. significat, signum est Crucis. I. & H. quæ significant 10. & 8. initium sunt, & abbreviatio Græci nominis JESU. Corn. hic.

Trecenti Gedeonis.

Trecentos elegit ad prælium Gedeon. Judic. 7. 7. ut ostenderet, non in numero multitudinis, sed in Sacramento Crucis, Mundum ab incurso graviorum hostium liberandum. S. Ambr. Prologo in lib. 1. de S. Spir.

Turris David.

Est Crux Christi tanquam turris David Cant. 4. 4. ædificata cum propugnaculis &c. S. Laur. Init. de Triumph. c. 17.

Vas Olei.

Vas medicinale Crux; unde hoc oleum redundavit in vase; & dilectio Christi in Cruce. S. Bonav. in Pl. 30.

Virga Moysis.

Crucis virtutem habuit virga Moysis in Serpentem conversa. S. Andreas Cret. or. in exalt. Cruc. Virga, per quam Ægyptus corripitur, & Pharaon superatur, Crux Christi est, per quam Mundus vincitur, & princeps hujus Mundi triumphatur. V. Beda in Ex. c. 7.

Umbra alarum.

In umbra alarum tuarum. Pl. 56. 2. id est, in protectione Crucis contra diabolum: alæ enim expansæ crucem faciunt, & umbram.

§. II.

Alia Symbola ex Patribus.

Principatus super humerum ejus. Il. 9. 6. Id significat virtutem Crucis, cui suspensus adhæsit humeris. Quoddam Crux sit præcipuum insignie principatus, ac roboris, ut oculis cer-

nitur. Considerate totum Mundum; an in eo quidquam geratur sine hac figura, aut constet illa societas. Mare non sulcatur; nisi hoc trophæum, quod vocatur velum, in navi maneat incolente. Fossores non operantur, sicut nec opifices, nisi instrumentis hanc formam habentibus. S. Justinus M. apol. 2. ad Antoninum Pium.

Cælum quoque ipsum hujus signi figurâ dispositum est: Nam cum quatuor partibus, id est, Oriente, & Occidente; Meridie, & Septentrione. distinguitur; quatuor quasi Crucis angulos continet. S. Ambros. Tom. 5. f. 6.

Etiã homo ad formam Crucis figuratam habet imaginem; ut qui sit ad imaginem CHRISTI crucifixi. Anastas. Sinaita lib. hexam.

Crux ipsa nos sumus, cui Christus memoratur infixus. Homo enim formam Crucis habet; quam si manus extenderit, exprimit manifestius. *Infixus sum in limo profundi.* Pl. 68. limum quidem nos esse, manifestum est. S. Bern. f. 4. in Vigil. Nat. D.

Fortiter certemus contra vitia in hac domo Domini: ubi est habitatio peregrinationis nostræ; in qua erectum vexillum S. Crucis, in signum spiritualis militiæ, pro lucrandis aureis coronis in cœlestibus regnis. Thom. Kemp. p. 2. f. 6. ad Novitios.

§. III.

*Crux, Christi Regnum, sceptrum, thronus.**Ex Veteri, & Novo.*

Sedisti super thronum. Pl. 9. 5. Crucem vocat thronum. Bellarm. hic.

Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit. Pl. 95. 10. S. Aug. legit: quia Dominus regnavit à ligno. Quam lectionem olim fuisse in Sept. interpretatione, & ab Hebræis sublatam, testatur S. Justinus in Dial. cum Tryphone. Bellarm. hic.

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Il. 6. 1. Id est, vidi in Spiritu Dominum omnium JESUM CHRISTUM, propter passionem mortis, gloriâ, & honore, coronatum. Illud verè excelsum est solium, & ab homilitate humana, quâ pati dignatus est, longè elevatum. S. Rupert. hic. In Cruce, tanquam Rex in solio, stabat Dominus JESUS; singulis ea, quæ habebat, dividens. S. Laur. Just. de triumph. c. 18.

Factus est principatus super humerum ejus. Il. 9. 6. Quis omnino regnum insignie potestatis suæ humerò præfert; & non, aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notam? sed solus novus Rex seculorum, Christus JESUS, novæ gloriæ, & potestatem, sublimitatem suam in humero extulit; Crucem scilicet: ut secundum priorem prophetiam Pl. 95. exinde Dominus regnaret à ligno. Tertull. lib. adv. Judæos.

Principatus ipsius est Crux, & mors ejus. S. Ignat. M. ep. ad Philadelph.

Memento

Memento mei, cum veneris in regnum tuum. Luc. 23. 42. Da mihi regnum, commemoras: quid enim regni vides? clavi, & crux est, quod inspicis. Sed ipse, crux, inquit, regnum est; & ideo eum regem nomino; quia Crucifixum inspicio. Imperatorum est, pro omnibus mori, & regis optimi pro communi utilitate nunquam recitare supplicium. S. Chryf. f. de Cruce & latr.

Ex Patribus.

Cruce regni sceptrum, diadema pukhritudinis, virga potentia. S. Andreas Cret. or. in exalt. S. Cruc.

Principatus Domini, & regnum, Crux est. Est bene animadverteris; invenies non aliter regnare in nobis Jesum, nisi per afflictionem. Theophylact in Luc. c. 23.

S. Laurentius Just. vocat Crucem Ducis nostri gloriosissimum vexillum. in Exalt. S. Cruc.

Non à Nazaræis precipitari, non à Jerosolymitis lapidari, non ab Herode perimi; non aliâ voluit morte consummari; sed Crucis expectare voluit triumphum. Ipsa enim est typus Monarchiæ singularis; ut in nomine Jesu omne genua stentur, Philipp. 2. 10. Et hoc est, quod cacumina Crucis caelos ostendunt, ima peccant inferos, cornua terram tegunt. S. Bonav. in Luc. 4.

Cruce Regnum Patris, Sceptrum Filij, sigillum Spiritus Sancti, totius est testimonium Trinitatis. S. Rupert. lib. 6. c. 21.

§. IV.

Cruce gloria Christi.

Moses, & Elias, cum eo loquentes.

Math. 17. 3. Præter tres causas transfigurationis Christi, & adfectorum Moyfis, & Eliæ, hanc quartam ponit: ut crucis gloriam ostendat; & tam Petrum, quam reliquos, qui passionem formidabant, consolaretur, & ad sublimius erigeret. Non enim tacebant; sed loquebantur de gloria, quam completurus erat in Jerusaleme: de Cruce videlicet, & Passione; Sic enim ipsam semper appellabant. S. Chryf. in Math. hom. 57. Loquebantur de excessu, Euthym. loquebantur de cruce, Alij. loquebantur de gloria. Crux enim, quæ aliis probrum, Christo gloria fuit. Quis enim non glorificet Christum, qui pro nobis voluit Crucifigi? Escob. t. 1. mir. Chr. l. 12. sect. 1. Obf. 1.

Ita exaltari oportet Filium hominis. Jo. 3. 14. Cur Christus D. Crucifixionem suam, non suspendium, sed exaltationem, vocat? S. Anastasius Sinaita l. 4. de rectis fid. dogm. *datus est mihi omnis potestas in caelo, & in terra.* Matth. 28. 18. Acti manifestè diceret: auctoritatem gloriæ istius Crucem esse. Sylv. hic q. 36.

Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus. Joan. 7. 39. Quoniam nondum fuerat crucifixus, non erat Spiritus S. hominibus datus. Illud quippe glorificatus, idem valet, - quod Crucifixus. Nam

est res est naturâ suâ ignominiosa: quia tamen eorum causâ fiebat, quos amabat; gloriam illam Christus appellat. Sanct. Chryf. tom. 6. or. de S. Pent.

Ex Patribus.

Cruce inter omnia maxima gloria Christi est. Theophyl. in Luc. 22.

Cruce trophæum contra demones erectum, gladius contra peccatum. Crux Patris voluntas, Unigeniti gloria, spiritus exultatio; angelorum decus. S. Chryf. tom. 6. or. in Crucem Domini.

O ineffabilis potentia Crucis! ô admirabilis gloria Passionis! in qua, & tribunal Domini, & iudicium Mundi, & potestas est Crucifixi. S. Leo l. 8. de Pass.

Cruce gloria tua est, crux imperium tuum est super humerum tuum. Portas portantem te: qui portat Crucem tuam, portat gloriam tuam; qui portat gloriam tuam, portat te: portantem autem te portas super humerum tuum. Drego Ost. de triumph.

§. V.

Ex Cruce nota Divinitas Christi.

Tu es Christus. Marci 8. 31. Ubi Petrus Christum Filium Dei confessus, coepit eos docere, quoniam oportet Filium hominis multa pati. Victor Antiochen: posteaquam Divinitatis suæ sensum illis impressit, doctrinam de Cruce, & passione, mox subjunxit. Ut scilicet facilius ejus Divinitas crederetur; nec absq; Cruce volebat Deus prædicari. de Castillo llat. 243.

Plenitudo fidei, Crux Domini. S. Ambr. in Luc. 6.

§. VI.

*Cruce victoriosa Christo, & nobis.**Ex Scriptura.*

Surge, Domine, & dissipentur inimici tui. &c. Num. 10. 35. dicebat Moyses, cum arca foederis elevaretur. Cum autem deponeretur, aiebat: *revertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* v. 36. Itâ etiam, cum Christus D. cujus imaginem arca illa ferebat, elevatus est in Crucem, ad pugnandum contra hostes suos, dictum est illi per Prophetas: *surgere Domine, & virtute tuâ cuncti tui hostes dissipentur.* Postquam autem corpus descendit in speluncam, & anima in limbum; clamabat sponsa: *revertere Domine ad multitudinem exercitus Israel,* de Ponte in Cant. 2. Exh. 39. §. 1.

Tuli Jabel clavum. Judic. 4. 21. Infra-cta, & invicta arma; in quibus Ecclesia Dei conterit, & aufert caput serpentis, Crux est Jesu. Anastas. Sinaita l. 12. hexam.

Tuli unum lapidem. 1. Reg. 17. 49. jecit, inimicum in fronte percussit; cæcidit eo loco corporis, ubi signum Christi non habuit. S. Aug. in Pl. 143.

Fecit potentiam in brachio suo. Luc. 1. 51. in cruce extento: quia diabolus superavit, captivos de Inferno liberavit, & Electos omnes ad superna levavit. Hugo Cardin. hic.

Ex Patribus, & aliis.

S. Polycarpus M. Smyrnenf. Ep. discipulus S. Jo. Ev. epistolâ ad Philippenfes: vincula MM. vocat deera, & coronas electas.

Cruce Domini armatura vestra invicta contra Sathanam; galea custodiens caput, lorica protegens pectus; clypeus tela maligni repellens &c. S. Martialis ad Burdegalenses ep. 1.

Scit exercitata mens, quos, ad prælium consummandum, sibi adhibeat; quibus armis instrueret; quibus ducat vexillis. Non aquilarum profert imagines, nec dracones; sed in Cruce Christi, & in Jesu nomine progreditur ad prælium: hoc signò fortis, hoc vexillò fidelis. S. Ambr. l. 2. de Abrah. c. 7.

Vicit Christus orbem terrarum, subiecit omnes potestates, subjugavit Reges; non superbo milite, sed irrita Cruce; non favens ferro, sed pendens lignò. S. August. l. 63. de divers.

Christus de Cruce sua vicit Reges; & subjugatis illis, ipsam Crucem in fronte fixit: & gloriantur de illa; quia ibi est salus eorum. S. Aug. in Pl. 95.

Tripartita ratio Dominicæ Passionis ostenditur. Prima causa est: ut Christus, pro reatu Mundi, redemptio daretur; & hostis antiquus velut hamò Crucis caperetur. Secunda est, ut sæcularis hominibus magisterium vitæ praberetur. Tertia, ut superbia Sæculi, & inflata sapientia, per Crucis stultam, ut putatur, prædicationem humiliata corrueret. Sanct. Ihd. de Matutinis l. 1. c. 29.

Cruce, Principum honor, Regum potentia, belli -- ducum victoria. Miraculorum nobis factorum coronis. S. Andreas Cret. or. in exalt. S. Cruc.

Hæc clypeus, atque armatura, & trophæum est, adversus diabolum. S. Jo. Damasc. l. 3. c. 12.

Rex cœli homini militavit; militavit dixit: Cruce enim pugnantem indicat. Euseb. Emis. hom. de S. Latrone.

Cruce signum Fidelium, & timor dæmonum. Triumphavit enim de illis in hoc signo. Ostenta illud audacter: quando enim viderint Crucem, recordantur Crucifixi. Metuunt eum, qui contrivit capita draconis. S. Cyrill. Jer. Catech. 13.

Non est aliqua armatura tam fortis; nec sagitta tam acuta, & terribilis, contra diaboli potentiam, & sævitiam; quam sic timet, sicut signum S. Crucis. Thom. Kemp. p. 3. f. 1.

Constantinus M. Byzantinos non felici præliò aggressus, fatigatus, ac mærens, ex acie redijt. Jamque dies in noctem ibat; cum dubius, quid ageret, obtutu assiduò cœlum suspexit. Et en auxiliare prodigium! in precibus scripturam è stellis observat in hæc verba signatam: *In voca*

me in die tribulationis; & eruam te, & honorificabis me. Pl. 49. 15. Ad omen tam sublime initiò nonnihil expavit Cæsar; sed mox lætior oculos eadem viâ remisit ad cœlos, ubi alterum vidit ostentum, expressam è stellis Crucem; & circum eam hæc omninò verba: *In hoc signo vinces.* Nicephor. l. 7. c. 59.

§. VII.

Cruce amata, & honorata à Christo.

Pone me, ut signaculum super cor tuum. Cant. 8.6. Signaculum idem est, quod stigma, & signum; quale servis suis herus imprimit &c. ut ex eis liqueat, sua esse. Sic Apoc. 7. 3. omnes Electi signantur signò Crucis. Christus ergo sic sponsæ imprimit suum stigma Crucis; ut ex eo liqueat, eos esse servos Christi Crucifixi. Aponius apud Corn. hic. Putant nonnulli, teste Salmerone in c. 24. Matth. 30. Cruce, quasi testifera, & trophæò, in frontibus insigniendos omnes Beatos in cœlo: ut significetur, eos meritò Crucis, tam Christi, quam suæ, cœlum possidere. Corn. in Ezech. 9. Christus velut sigillum obsignat, & custodit, Fideles suos contra omnes tentationes, & hostes. Porro Christi sigillum est Cruce, juxta Ezech. 9. 4. *Signa Thau super frontes virorum gementium.* Et Apoc. 7. 2. *Vidi alterum angelum habentem signum Dei vivi.* Cruce enim nos muniat contra omnes illecebras Carnis, Mundi, & diaboli; facitque nos esse assecclas, milites, & Martyres Crucifixi. Corn. in Aggæum.

Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis; cujus imperium super humerum ejus. l. 9. 6. Crucem, quam imperii nominæ significavit, nativitatè statim adjuvit: quia profecto à Nativitatè exordio Passio Crucis simul exorta est. S. Bernard. tr. de Pass. D. c. 36. O quanta charitas! ò quanta commendatio charitatis! Vix natus est, cœli gloria, cœli Divitiæ, cœli delicia; & ecce recentè ortuè Crucis ignominia, Crucis dolor, Crucis paupertas, copulatur. Sed redemit miseriam Crucis Imperij nomen verum. Cruce etenim totum Mundum simul, & inferos subjugavit, qui regnavit à ligno fortis Jesus. S. Bern. tr. de Pass. D. f. 30.

Signaculum regum Cruce est: quam si in cordis nostri memoria portaverimus; tanti regnum Regis, quæ finem non habet, securè poterimus transire. Habet hoc sigillum imaginem Crucifixi Jesu, in ipso sigillo Crucis multus sulfuris effossam, & expressam; sicut in sigillis imaginum exprimitur fodiendo. Habet & superscriptionem, titulum à Pilato conscriptum: J. N. R. J. Sanct. Bernard. tr. de Pass. D. cap. 44.

Magna res est signum Christi, & Cruce Christi: & ideo de isto tam pretioso signaculo res magna, & pretiosa, signari debet. Quid enim prodest, si de annulo aureo sigillum facias, & putridas paleas intus recondas? Quid prodest, si signum Christi in fronte, in ore, gestamus; & intus in animo crimina, & peccata, recondimus? S. Aug. l. 115. de temp.

Chariora illi (Christo) fuere brachia Crucis, quam ubera Matris. S. Bern.

Cur Christus Crucem suam permisit venire in captivitatem Persarum quatuordecim annis? Resp. quia illam amavit ut Matrem suam Reginam Martyrum. Sylv. addit. in Jo. 2.

§. VIII.

Crux honorabitur in Judicio.

Tunc parebit signum Filii hominis in caelo. Matth. 24. 30. Signum autem verum, & proprium Christi, est Crux. Lucidum Crucis signum præ cæteris præcedens Regem, atque demonstrans eum, qui prius fuerat Crucifixus. Tremor est inimicis signum Crucis, & gaudium amicis in illum credentibus; vel qui prædicarunt, vel qui passi pro illo. Sanct. Cyrill. Jer. Ca. tech. 15.

Hæc rursus in secundo adventu Domini primo in caelo apparebit, tanquam pretiosum, & venerabile magni Regis Christi sceptrum. S. Ephrem serm. in pretiol. Cruc. D.

Apparente Cruce Domini merito omnia Mundi lumina obtenebrantur; ut dicat S. Basil. Seleuc. serm. de transig. vidit sol, quæ prius non didicit; ut qui doctus sit abscondi alterius luminis illustratione. In novissimo die etiam sol obscurabitur, & luna. Matth. 24. 29. Baezal. 4. c. 5. §. 21.

Considera, quanta sit virtus Crucis: in die namque iudicij *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* Ut discas, quantum Crux lunæ lucidior, & sole splendidior sit, apparebit tunc Crux. Sanct. Laur. Just. de ligno vitæ c. 4.

Ad famulatum S. Crucis, ejusque manifestandam gloriam, omnes convocantur nubes; licet ad majestatem ostendendam ipsius Domini una suffecerit. Sylv. in Act. 1. q. 18.

Quæres: an ipsa Crux lignea sit in caelo conspicienda? an illius effigies ex splendido formata ære? S. Ambr. S. Antonin. Abulens. Janfen. & alii, ex ære putant effigandam. Contra ipsam Crucem ligneam, divinâ redintegrandam potentia, & in die iudicij in caelo ostendendam omnibus hominibus, docent Ephrem, Chrysost. & hæc sententia probabilior. Ex quo infero: quod post Universale iudicium Crux lignea sit rependa inter choros angelorum. Imò & reliqua instrumenta Passionis apparebunt, ut columna, flagella, corona spinea, clavi, lancea, spongia; ut docet S. Thom. Opusc. 2. c. 244. Salmeron. &c. Sylv. in Matth. 24.

Idcirco forsân tempore Passionis obscuratus fuit sol: quia soli Crucis radij digni erant, qui & orbem, & oculos hominum, illustrarent. Ideo & ad finem Mundi sol obscurabitur, quia tunc apparebit signum Filij hominis. Alvarez Ill. 322.

S. Thom. addit. q. 90. a. 2. apparebit signum Crucis, ut per hoc iustior eorum condemnatio appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt. II. ut dolores, mortem, & opprobria; quæ tantus Rex pro hominibus pertulit,

ante oculos eorum ponat, & increpet ingravitudinem.

§. IX.

Crux gloria Regum, & Christianitatis.

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Pl. 4. 7. Lumen vultus Dei, est Christus Iesus; qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, qui est vera lux; qui omnem hominem illuminat. Hoc tamen est super nos signatum, cum Christi nomen in fratibus nostris, per S. Crucis impressionem, est chrismate notatum. Sanct. Honor. term. in Invent. Sanct. Crucis.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos. Pl. 89. 17. Splendor Domini super nos est, quando Crucis ejus impressione decoramur, & vexillum triumphi ipsius in fronte portamus. Cassiod. hic.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum. Pl. 95. 12. Theodoret. hic: tunc laudabunt omnia ligna nemoris; illa potissimum Deo offerent hymnum: quandoquidem ex ipsis salutare lignum fuit; in quo Salvatoris corpus suffixum fuit; per quod hominibus germinarunt bona. Hæc est ergo summa arborum laus, quod ex illarum genere nata, excisa, & fabricata, sit Crux Christi; quam humeris portavit, in qua Crucifixus pependit; quam fecit imperij sui sceptrum, militiæ suæ vexillum; tantoque eam in honore habuit, ut eodem, quod Deus ipse adorationis gradu, ab angelis, & hominibus, colendam proposuerit. Ob hanc eandem sui generis prærogativam exultare gaudiò, & DEI bonitatem prædicare, videntur regio vati arbores ipsæ: *tunc exultabunt &c.* Fernandus in Gen. 1. sect. 5.

Exultabunt Sancti in gloria. Psalm. 149. 5. Sanct. Hieron. exultabunt Sancti in Cruce.

Mibi autem absit gloriari, nisi in Cruce D. N. J. C. Gal. 6. 14. Poterat dicere in Sapientia D. N. J. C. & verum diceret: in majestate; & verum diceret: in potestate; & verum diceret. Sed dixit in *Cruce*. Ubi mundi Philolophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit: non contemnendo vile involutum pervenit ad pretiosum involutum. S. August. ex fragmentis, fragm. 27.

Mibi absit gloriari &c. quia in ipsa inveniuntur omnia, de quibus homines gloriari solent. Nam gloriantur aliqui de magnorum amicitia; at hoc maxime Apostolus invenit in Cruce: quia ibi ostenditur evidens signum divinx amicitix. Rom. 5. 8. *commendat autem Deus charitatem suam in nobis.* Gloriantur aliqui de scientia; & hanc Apostolus excellentiorem invenit in Cruce. I. Cor. 2. 2. *non judicavi me aliqua scire &c.* Nam in Cruce est perfectio totius Legis, & tota ars bene vivendi. Item gloriantur aliqui de potentia. Et hanc Apostolus maximam habuit per Crucem. I. Cor. 1. 18. *Dei Virtus est.* Item aliqui gloriantur in assumptione ad aliquod magnum Collegium: sed

sed per Crucem Christi assumuntur ad Collegium caeleste. S. Thom. hic Lect. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Quæ gemma pretiosior in diademate, quam Crux Christi regnatum in fronte. S. Aug. in Nat. D. l. 63. de diversis.

Instituit lignum, quò mare transeamus. Nemo enim potest mare transire hujus sæculi, nisi Cruce Christi portatus. Id. tr. 2. in Joan.

Non sine causâ signum suum Christus in fronte nobis figi voluit, tanquam in sede pudoris; nè Christi opprobriò Christianus erubescat. S. Aug. in Ps. 30.

Vexilla militum Crucis insignia sunt. Regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas, patibuli salutaris pictura condecorat. Jam & Ægyptius Serapis Christianus factus est &c. S. Hier. ep. 7. ad Latam. de institut. filia.

Gloriatio Ecclesiæ Catholicæ est omnis Christi affectio: gloriatio verò gloriationum est Crux. Quod sciens Paulus: *mibi*, inquit, *absit gloriari, nisi in Cruce*. D. N. F. C. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Crux inestimabile signum, & admirabilis virtus est. Crux spes Christianorum, resurrectio mortuorum, cæcorum dux, claudorum baculus, destructio superbiorum &c. Regum magnificentia, Sacerdotum gloria. S. Rupert. de div. offic. l. 1. c. 26.

Crux Regum magnificentia, Imperatorum Philoſophia. S. Chryl. f. de Cruce Dom.

Reges, positis diadematis, Crucem suscipiunt, mortis symbolum. In purpulis Crux, in diadematis Crux, in precibus Crux, in armis Crux, & super solem fulget Crux. S. Chryl. Demonstr. adv. Gent. quòd Christus sit Deus.

Hugo de Sanct. Victore in quadam epistola pro titulo sic scripsit: Hugo servus Crucis Christi.

Cum recusarent Germaniæ Principes Rudolpho Habſburgico Imperatori Electo Sacramentum dicere; ad quòd ſceptrum Regale abſeſet longius; ille Crucis signum accipiens; en, inquit, ſceptrum meum; in eo nos omnes redempti ſumus. Quis huic ſigno vivifico aliud quicquam præferat? valuit ea pietas ad continendos in officio nutantes; qui mox Cruci oſcula figentes, in verba Rudolphi juravere. Doultremont l. 2. c. 2. lect. 7.

§. X.

In Cruce benedictio, & ſalus.

Imponerent manus super illos. Act. 8. 17. Cur, cum olim manus impositio eſſet ſignum condemnationis ad mortem, Apoſtoli imponentes manus dabant vitam? Sic Dan. 13. 34. *presbyteri poſuerunt manus ſuper caput* Sufanna. Et de blaſphemo Levit. 24. 14. *ponant manus ſuas ſuper caput ejus*. Reſp. alij ſimpliſiter manus imponebant; Apoſtoli verò ſignò Crucis factò: ſignum autem Crucis ſalu-

tem, vitam, & omne bonum ſecum importat. Sylv. hic.

Tollat Crucem ſuam. Luc. 9. 23. Crux Sanctum Domino meritò vocatur: quia per eam Mundus, qui adeò profanatus fuerat, benedicitur. B. Petr. Dam. ep. 22.

Inſitum eſt lignum vitæ in terra, ut maledicta terra deinceps frui poſſet benedictione; ut liberentur, vivificenturque mortui. Non pudeat igitur nos Crucifixum conſiteri; ſed in fronte confidenter ſignaculum Crucis digitis imprimatur, & in alijs omnibus Crux fiat: in panibus comedendis, & in poculis bibendis, in egreſſu, & ingreſſu; ante fomnum recumbendo, & ſurgendo; eundo, & quieſcendo &c. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Crux tæ omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum. S. Leo f. 8. de prædic. Dom.

§. XI.

Varia bona, quæ nobis Crux attulit.

Ex Patribus, & aliis.

Ad illum, qui ubique eſt, amando venit, non navigando. Sed quoniam etiam in tali itinere abundant fluctus, & tempeſtates, diverſarum tentationum: in Crucifixum crede; ut fides tua lignum poſſit aſcendere. Non mergeris, ſed ligno portaberis. Sic, ſic in hujus ſæculi fluctibus navigabaille, qui dixit: *mibi autem abſit gloriari, niſi in Cruce*. S. Aug. f. 2. de Verb. Apof.

Conſuge ad Crucis lignum: non metuas procellas, & turbines hujus diluvij: non mergeris, ſi lignò portaris. Id. Dom. 4. poſt Octav. Epiph. f. 1.

Per verba illa: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, Pf. 103. 28. myſterium crucis denotari ait S. Chryſoſt. Per manum apertionem, inquit, Chriſti in cruce extensionem intelligere convenit, per quam omnia impleta ſunt bonitate, hoc eſt, humanitate, & milericordiâ: ſiquidem omne peccati genus crucis beneficiò condonatum eſt.

Crux Chriſti clavis paradifi eſt; Crux Chriſti aperuit paradifum. Sanct. Chryl. de divite. Luc. 16.

Aliæ cruces nihil mihi proſunt; ſola Crux Chriſti mihi utilis eſt. Et verè utilis, per quam mihi Mundus crucifixus eſt, & ego Mundo. Si mihi crucifixus eſt Mundus, ſcio, quia mortuus eſt. Non diligo eum: ſcio, quia præterijt. Non concupiſco eum; ſcio, quia corruptela conſumet hunc Mundum; quaſi factitium vito; quaſi luem caveo; quaſi nociturum relinquo. Sanctus Ambroſius l. 6. in Luc.

Ille pependit in ligno, ut peccatum, quod commiferamus, in ligno ſcientiæ boni, & mali; ligno deleret appanſus. S. Hieron. l. 2. c. 3. in ep. ad Galat.

Crux ſpes Chriſtianorum, resurrectio mortuorum, cæcorum dux, claudorum baculus, destructio

structio superborum, consolatio pauperum, sustentatio inopum, spes desperatorum. S. Rupert. de div. off. l. 1. c. 26.

Christiani perfecti, qui meruerunt attingere gradum perfectionis, ac fieri Regi proximi; hi Cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Sancti Macarius hom. 17.

Nulla cœlestis janua clauditur, si vexillum Crucis ab eo feratur. S. Bonavent. l. 40. in Exalt. S. Crux.

Crux jacentium excitatio est, stantium fulcimentum, infirmorum baculus, ovium virga, respicientium adminiculum, proficientium perfectio; animæ, & corporis salus, malorum omnium depulsio, bonorum omnium causa, peccati extinctio, resurrectionis planta, vitæ æternæ lignum. Sancti Joan. Damasc. l. 14. cap. 12.

Crux Christianorum spes; lex charitatis, infantium magistra, scala in cœlum deducens, Clavis regni cœlorum, miraculorum nobis factorum coronis. S. Andreas Cret. or. in exalt. S. Crux.

Arbor in navi, est Crux in Ecclesia; quæ inter totius sæculi blanda, & perniciofa naufragia, incolumis semper servatur. In hac ergo navi quisquis arbori Crucis se religaverit, dulecem procellam luxuriæ non timebit. Sancti Maximus hom. 1. de Pass. Dom.

Crux est clavis, quæ aperit cœlum. S. Vine. Ferr. f. de S. Magd.

Statuit Deus Crucem, & mortem Christi in medio terræ: I. tanquam commune asylum. II. Tanquam commune meritum. III. Tanquam commune gaudium. IV. Tanquam commune exemplum. S. Bernardinus t. 2. f. 56.

Facta est arbor illa (in paradiso) scala descendens in barathrum; Crux facta est scala ascensionis in cœlum. Sim. Cass. l. 13.

Crux Christi fuit quasi statera, in quam Christus ascendens, in una lancea se posuit ad penam suam; in altera autem posuit genus humanum, & peccata ejus. Quod autem ponderosus fuit, minus ponderosum elevavit. Unde Christus descendit in mortem; & genus humanum elevatum est ad vitam, & ad cœlum. Hugo Card. in Jo. c. 12.

Ludovicus XII. Gall. rex inauguratus justitiam sibi afferri catalogum nobilium, qui aliqua præfecturâ in aula conspicui erant. Calamò sumptò Cruce notavit nomina duorum absentium aulicorum. Alij malè ominantes monuere illos duos. Hi fugâ sibi consuluere. Rex id intelligens, subridens, ait: Hallucinati sunt duo illi aulici, nescientes alphabetum Christi, qui à Cruce gratiam auspicatur. Ego Cruce eos signavi, quia præcipuam eis volo dignitatem conferre. Sic agit Christus: qui vult venire post me. S. Jo. Jonhen ex Sac. Professionibus Exh. 21. Pise tom. 2. hom. de S. Andrea.

Cur mortem Crucis elegerit Christus? S. Germanus Patr. Const. Or. de S. Cruce: ut externa hæc Christi Cruci suffixi effigies, quid ipse Passione suâ præstitit, ob oculos nobis ponere videatur: labentem nimirum Mundum firmare, ac pristinae, ac immotæ, soliditati restituere; quasi is, qui per irrationem, verisimè tamen, ab inimicis, & invidis, *fabri filius* dicebatur Math. 13. 55. egregium suæ artis specimen daret. Macharius Philadelphia Archiep. or. in exalt. vivificæ Crucis: Crux cœli firmamentum est, totumque Mundum sustentat.

Hæc S. Crux est nobis lampas lucis æternæ in hujus vitæ caligine; quæ suos sequaces ducit ad cœlestia; suis amatoribus gaudia confert Angelica. S. Honorius f. in Exalt. S. Crucis.

§. XII.

Crucis materia.

Durandus p. 6. rationalis div. officio. Rubrica de die Parasce. ex quatuor lignorum speciebus constare refert Christi Crucem; assertque illud:

Pes cedrus est, truncus cupressus, oliva supremum,

Palmaq; transversum Christi sunt in Cruce lignum.

Hæc eadem lignorum genera in Christi Cruce contemplatur S. Aug.; Albertus M. Bernard. tr. de panib. Ludolphus de vita Christi, Jacobus de Vorag. f. 3. in Dom. 3. post Epiph. In quatuor lignis, ait, denotari virtutes Crucis. I. quia fugat malas cogitationes, quæ per cedrum denotantur, cujus odor serpentes fugat. II. quia in tribulatione constantiam probat; & significatur per cupressum, quæ nullius venti turbine comam amittit. III. quia de hoste triumphat; significatur per palmam, quæ victores coronabantur. IV. quia poenitentia amaritudinem temperat; significatur per olivam, cujus liquor dolores vulnerum reddit tolerabiles. Nieremberg. l. de mir. nat. S. c. 103.

De quatuor generibus arborum Crux facta fuisse refertur: de cypresso, de cedro, de oliva, de palma. Cypressus in profundo, cedrus in longo, oliva in alto, palma in lato. S. Bern. tr. de Pass. c. 46.

Fusioem explicationem vide ibi.

Dicendum cum S. Francisco Salesio: Ideo nobis Dominica Crucis materiam esse incompertam, quia ex omni ligno ea paratur. Unde, unde veniant tribulationes; è cœlo, an à terra; à nobis, an ab hostibus; parum refert. Doultremon de amor. l. 2. c. 2.

Peccatum radix amarissima Crucis fuit, Sim. Cass. l. 13.

§. XIII.

Figura.

UT possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, &c. Ephes. 3. 18. Quando ista comprehendis? audi Apostolum dicentem tibi: *mibi autem absit &c.* ibi forte inveniemus & latitudinem, & longitudinem: his enim Apostoli verbis crux quodammodo nobis ante oculos constituta est, &c. S. August. de verb. Apoll. serm. 7.

His virtutum gemmis quatuor cornua Crucis ornantur, & est supereminens charitas, à dextris obedientia, patientia à sinistris; radix virtutum humilitas in profundo. S. Bern. l. 1. die S. Paschæ.

Protenso Crucis ad ima, protensionem animæ facit per aspectum mentis ad loca tartarea. Protenso superior contemplationem provehit in superna. Ibi iustitia, hic misericordia, plene fulget. Binæ protensiones in latera, quasi alæ gallinæ, omnes pullos filiorum hominum, ne à volitante diabolo rapiamur, provocant ad tutelam. Et sub umbra istarum alarum oportet nos fugere, donec à nobis transeat omnis iniquitas. Sim. Cassi. l. 13.

§. XIV.

Tituli Crucis explicatio.

J. N. R. J. In quo titulo tota spes nostræ salutis insinuat, secundum quod est triplex spes nostra. Prima veniæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima spes veniæ indicatur, cum dicitur *Rex Judæorum*, id est, confitentium. Secunda spes gratiæ ponitur, cum dicitur *Nazarenus*, qui floridus interpretatur; flos autem spem fructuum evidenter designat. Tertia verò spes gloriæ demonstratur in hoc Sanctissimo nomine *JESUS*, qui Salvator interpretatur. Sanctus Bernardinus l. 49.

Titulus Crucis in his tribus linguis ideo scriptus est; quia illæ erant principales linguæ: ut aperte insinuaretur, quod ipse erat Rex Theologiæ, quantum ad Hebræos, in quibus erat Dei scientia; Philosophiæ, quantum ad Græcos, in quibus erat Philosophica eloquentia. Et Præctiæ, quantum ad Romanos, & Latinos; in quibus erat bellandi, & regendi, potentia. Sanctus Bernardinus t. 1. p. 2. a. 1.

§. XV.

Crucis Bajulatio.

Tulit quoque ligna holocausti. Gen. 22. 6. Quod ipse ligna ad holocaustum portat Isaac, figura est, quod & Christus ipse sibi bajulat Crucem. Orig. hic hom. 8. Sicut Isaac ipse sibi ligna portaverat, quibus erat imponendus; ita & Christus gestavit in humeris lignum Crucis suæ, in quo erat cruci-gendus. S. Eligius hom. 5.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua. Matth. 21. 8. 9. Per quam urbis janua paulo ante a seculo indens, populorum vallatus agminibus, palmarum, olivarumque ramos in manibus gestantium, atque clamantium, *Osanna benedictus &c.* perrexit ad templum; per eandem hodie blasphemantibus turbis, tam ignominiosè rejectus ad Crucis supplicium trahebatur. Sanct. Laur. Just. de triumph. cap. 16.

Et imposuerunt ei Crucem portare post JESUM. Luc. 23. 26. Quod crudelissimi illi non fecerunt ex compassione, aut pro relevamine JESU; sed quia ex penis jam valde lassatus fuit, timebant, ne forte sub onere Crucis deficiens, moretur in via; sicque futurus penas supplicium evaderet: vel ut citius venirent ad locum Calvariæ, in quo desiderium suum de CHRISTI crucifixione explerent. Dion. Carthuf. hic.

Bajulans sibi Crucem. Joan. 19. 17. Cogita malignitatem Judæorum, quorum machinatione milites Præsidis posterunt lignum Crucis super collum Christi: quod non fecerunt latronibus secum eductis. Turpissimam enim; & acerbissimam, mortem ei intulerant; & quidquid confusionis, contemptus, & crudelitatis, excogitare poterunt, fecerunt in eum. Dion. Carthuf. hic.

Portavit adhuc multò charius me in humeris suis, quando *bajulans sibi Crucem exiit*, &c. Ubi & crucifixus est. Ego enim ibi portabar magis ab ipso, quam Crux ipsa. Thom. Kemp. Soliloq. animæ cap. 15.

§. XVI.

Crucis varia ostenta, & expressiones.

EX epistola Sancti Cyrilli, de signo Crucis in Cælo; ex lumine Jerolymis apparente: Imperatori DEO dilectissimo, & piensissimo Constantino Augusto. Primas hæc ex Jerolymis ad te, DEO dilecte Imperator, mitto literarum primitias; quas & te deceat accipere, & me dare. -- Revera imperium tuum amatur à DEO: quandoquidem hoc tempore tuò tanta prodigia monstrare non dubitat. Sanctus enim hæc diebus Sanctæ Pentecostes, circiter horam tertiam, omnium maxima Crux, ex lumine constituta in cælo super sanctissimum montem Golgotham, & usque ad sanctum montem olivarum extensa, apparuit. Neque, ut aliquis fortasse putaverit, celeriter secundum phantasiam percurrens; sed compluribus horis, supra terram aperte conspicua, coruscis splendoribus radios superans solares; ut illico universa civitatis multitudo ad Sanctam Ecclesiam concurreret, metu divini illius prodigij, non sine lætitiâ concitata. --

Et tempore quidem Deo dilectissimi, & b. m. Constantini Patris tui, salutare Crucis lignum Jerusalemis repertum est; Divinam gratiam concedente ei, qui recte querebat pietatem, etiam abstrusam locorum sanctorum inventionem. Tempore vero tuo, Domine omnium pietissime Imperator, qui tua erga Deum pietate majori parentes tuos superasti; non jam amplius de terra, sed de caelis sunt prodigia.

S. Alexander Acaemetus Abb. postquam gentilem aliquem rabulam baptizavit, illius vestis undique crucibus divinitus signata fuit: quod in fide roboratus. Bolland. 15. Januar.

De Sanct. Agnete V. Ord. Sanct. Dom. scribit Bollandus: saepissime mantellum, quod tegebatur, totum manna replebat, dum oraret. Manna illud erat instar nivis, quod dividebatur per multa grana: in singulis erat figura Crucis. 20. April.

Ante persecutionem in Arimensi agro prodigiosa Crux intra truncum arboris apparuit.

Alia item Crux reperta est in suburbanis nostrae Societatis aedibus in trunco candido atra Crux.

Trigautius de Christianis apud Japon. triumph. l. 1. cap. 3.

Sanct. Joannes Silentarius, cum certam sibi salutis viam a DEO demonstrari supplicaret, stellam lucidissimam vidit, depictam in medio Cruce, cum hac voce: *Si vis esse salvus, sequere hanc lucem.* Incerto Auctore.

In omnibus aedificiis: quae jussu, & sumptibus, celeberrimi viri D. Petri Gonzalez de Mendoza. Cardin. tit. Sanct. Crucis, constructa in Hispania sunt; sponte enascitur herbula, quae Crucem perfecte format in medio atriorum. Erat hic Cardinalis sanctissimae Crucis cultor; ubicunque transibat, supplex adorabat. Nieremb. de mir. nat. in Europa l. 1. §. 34.

§. XVII.

Crux amanda, & ferenda.

Tollat Crucem suam. Math. 16. 24. Nam meam non poterit: gravissima est enim, & quam nullius puri hominis humerus portare sustineat. Non meam injungo; sed tollat suam, levem, facilem portabilem. Non peto sanguinem à te Christiane miles; non vulnera, non tormenta, non spinas, & verbera; quae pro te ipse passus sum. Age penitentiam pro peccatis tuis, & sufficit mihi. Sanct. Thom. Vill. conc. 3. de uno M.

Exuerunt eum chlamyde. Math. 27. 31. Ut Christus D. deferat crucem, exuit vestimenta, quae Herodes dedit, & Pilatus; & propriis vestibus induitur, quae totius puritatis, & sanctitatis, praeferebant typum.

Ut ergo quis Crucem Christi ferat, exuat mores mundanos, & virtutes Christi assumat, patientiam, puritatem, humilitatem. Sylveir. hic q. 1.

Descendat de Cruce. Math. 27. 42. Non cessemus tollere Crucem nostram, perseverantes in eas; sicut ipse perseveravit donec dicat spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Neminem audiamus, fratres; non carnem, & sanguinem; non spiritum quemlibet; descensum è Cruce suadentem. S. Bern. l. 1. in die Paschae.

Quid in hac Cruce (Religionis) nobis faciendum? utique quod Christus fecit in sua. Moriendum est in ea: quia Christus mortuus est in sua. Si periret Mundus; si demones; si caro propria, & dicat: descende de Cruce; dic ei: nihil certius morte, nihil incertius hora mortis: vigilabo, & stabo in Cruce; donec inclinato capite tradam spiritum. Blesens. l. 9. in Purif. B. V.

Qui suadent Crucis descensum propter aspectum sensum, similes sunt diabolo; quia similia diabolo faciunt. Hoc enim diabolus Christo dixerat in deserto: *si filius DEI es, mitte te deorsum.* Math. 4. Sim. Cass. l. 13.

Abstine mihi gloriari, nisi in Cruce - per quem mihi Mundus Crucifixus est; ut, quae Mundus appetit, Crucem reputes; & tu Crucifixus Mundo; illis, quae Mundus Crucem reputat, toto inhareas amore. Sanct. Bernard. l. 4. in Asc. Dom.

Si eorum, quorum amore flagramus, & domus nobis chara est, & lectus, & vestis; quanto magis ea, quae Dei, ac Salvatoris, sunt; per quae nobis salus parata est. S. Jo. Damasc. l. 4. c. 12.

Divitiae illi erant, nihil habere; & Crux, quam solam tota vita familiarem habebat, multisque pecuniis excellentiorem sibi esse existimabat. S. Gregor. Naz. or. 30. in laudem Sanct. Basilij.

Si, ut latro, Cruci simul affixus fueris, probò animò Deum agnosce: cumque ille propter te, tuumque peccatum, cum iniquis reputatus sit; tu propter illum justus fias. Adora tuam causam suspensum, pendens etiam ipse. Lucri aliquid ex ipsa quoque improbitate tollige. S. Greg. Naz. or. 42.

Grata ignominia Crucis ei, qui Crucifixus ingratus non est. Sanct. Bern. l. 25. in Cant.

Agnosce hereditatem tuam in Cruce Christi, in laboribus plurimis. S. Bern. l. 2. de confid. c. 6.

Latrones, qui cum Christo crucifixi fuerant, significant eos, qui sub fide, & confessione Christi, vel agonem martyrij, vel quaelibet arctioris Disciplinae instituta, subeunt. Sed qui hac pro aeterna vita gerunt, dextri latronis fide designantur; qui vero humanae laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur. V. Beda in c. 15. Marci.

Ille non amat Christum, qui non amat Crucem Christi. B. Petr. Dam. in Invent. S. Cruc.

Idem s. 1. de Exalt. S. Cruc. vocat Crucem victorum coronam: nisi pretium Crucis intelligas, nescies, quid dicat: quia Deus non reperit lauream, quâ coronet eos, qui in hac vita passi sunt adversa; quàm ut eis novam Crucem veteri submittat.

Non dedignetur iustus intrare cœlum per portam Crucis, per quam ingressus est Dominus. Sanctus Thom. Vill. conc. 2. de uno M.

Via Crucis vita nostra; via electorum, via paucorum, via amara, via vite salutis, via brevis, via laboris, via perfectionis. Joan. Gerson ep. de custodia sensuum.

Quamdiu sum filius veteris Adam, grave jugum porto. Si essem filius novi Adam, leve jugum portarem. Quid est jugum grave? *salentum plumbi* Zach. 5. 7. Et quod est onus leve? Crux Christi. Illud, sicut scriptum est, submergitur in aquis vehementibus; istud enatat super aquas. Mira res! nihil formidolosius homini, quàm Crucem pati. Sed quare timent homines Crucem? quia latrones sunt. Si latrones non essent, Crucem non timerent. Quod enim majus homicidium, quàm ur seipsum interficiat homo? quoties voluntarie & ex studio peccatum perpetrat, quid aliud, quàm seipsum jugulat. Drogo Ost. de Sacr. D. Pass.

Arboris Sanct. Crucis nec foliolum permittere debemus in terram cadere: erat Balthaf. Alvarez ad afflictos familiaris exhortatio. de Ponte c. 28.

Henrico Sufoni, quoties graviore aliqua Crux impendebant, visus est D. Iesus in ejus caput rubentes rosas depluerè. S. Joannes Columbanus Jesuatorum fundator in tribulationibus exultans clamabat: laudetur Iesus Christus Crucifixus. Lyraus de imit. C. P.

S. Jo. Damasc. l. 4. c. 12. vocat Crucem: argumentum multæ benedictionis.

§. XVIII.

De Consignatione Crucis.

AD omnem, progressum, atque promotum; ad omnem aditum, & exitum; ad vestitum, ad calceatum; ad lavacra, ad mensas, ad lumina, cubilia, ad sedilia; quæcunque nos conversatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus. Tertull. l. de cor. mil.

Ad omnem actum, ad omnem incessum, manus pingat Crucem. S. Hier. ep. 22. ad Eustoch. de cust. Virg.

Non pudeat nos Crucis Christi. Tu manifeste signata Cruce in fronte; ut demones signum Regis videntes, trementes procul fugiant. Fac autem hoc signum & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans; in summa in omnino negotio. S. Cyrill. Jerof. Catech. 4.

Signum Christi est Crux; signum diaboli est circulus, vel rota. S. Vinc. Ferr. l. 2. de SSS. Trinit.

§. XIX.

Crux amuletum contra peccata, & tentationes.

Est tanta vis Crucis Christi; ut, si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur; ita ut in ipsam mortem Christi intentis oculis mentis aspiciatur; nulla concupiscentia, nulla libido, nulla possit superare invidia; sed continuo ad ejus presentiam totus ille peccati, & carnis, fugatur exercitus. Orig. l. 6. in ep. ad Rom.

Semper Crucem habe ante oculos tuos radiantem, & proorsus à peccatis per id temporis abibi. Nam sicut columna nubis, Ex 13. 21. figura nostræ Crucis, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptijs paterentur; ita Crux ante oculos visa statim abigit malam voluptatem. Hæc enim salus est animæ, fœdarumque concupiscentiarum salubre antidotum. Sanct. Chryl. serm. de Joseph.

Crucis meminisse, insignis gaudij materia, inærorisque immunitio est. S. Andr. Cret. or. in Exalt. S. Cruc.

§. XX.

De Iconibus Crucum.

CRucem, quæ Constantinopoli S. Sophiae aservabatur, tribus illis diebus ante Pascha, quibus in altari colenda exponebatur; non modo mirificum odorem exhalasse, sed & nodos ejus liquorem omni morborum generi salutarem fundere consuevisse, certum est. V. Beda c. 22. de locis sanctis.

Primi Christiani, quò pravum antiquum morem extirparent, Crucem pro Mercurio substituere ceperunt; & lapides cum magna reverentia mittere, in memoriam Calvarij montis. Corn. in Prov. 26.

Anno 1625. In Singapu civitate dum sub fundamentis foderent, inventa est Crux; cuius corna liliorum in modum, cum tabula lapidea, in qua leges Christianorum insculptæ. Kircherus China illustr. p.

1. cap. 2.



TITULUS XLIV. CURA MINIMORUM.

§. I.

*Cura Minimorum in bono.**Ex Veteri.*

DE ligno scientia boni, & mali, ne comedas. Gen. 2. 17. Basilius, & Nyssenius: sciendum, mandatum, quod obedientiam hominis probaret, datum fuisse. Verum, si DEUS Adami obedientiam experiri vult, cur non rem majoris momenti præcipit? Parum in pomi contemptu obedientia laborat, quando paradisi delicias exundat. Si vetuisset reliquas omnes, unâ tantum contempsit, alacris obsequi agnosceretur devotio; at, tot pomiferis concessis arboribus, unâ abstinere, nec cultus obsequium, nec obedientia videtur studium. Minima præcipit, ut obedientia virtutem examinet: nam vel indevoti est magnis obtemperare præceptis; est perfecti, parere vel minimis. Naxera in Jos. 8. §. 4.

Digitus DEI est hic. Ex. 8. 19. Manui adversantur, & succumbunt digito. Sciniphes educere incantamentis non possunt, qui virgas dracones fecerant apparere. Theodoret. Digitum DEI dixit, non manum; huic tamen digito succubuerunt. Lethali non infici, justorum est; at nec apicem Legis prætereire, perfectorum. Id. ib.

Tolle tecum omnem multitudinem pugnantium, & consurgens ascende in oppidum Hai. Jos. 8. 1. Cur omnem suam multitudinem tollat invasurus non muratam, nec copiosam urbem, sed oppidum? fors quia oppidum: sæpe enim exiliora, & minora, majorem virtutem, & fortitudinem, exigunt. Id. ib.

Cur durante comâ Samsonis duravit & fortitudo? Judic. 16. 14. Ut DEUS moneret, capillum, id est, rerum minimarum nobis curam esse habendam. Corn. hic.

Revertere & dormi. 1. Reg. 3. 6. Suspicatus Heli Samuelem vocari à Domino, jubet illum ad lectulum redire, & dormire. Quale hoc præceptum ad puerum, qui expectabat se à Domino vocandum? cur non potius monet, ut oret; vel aliud virtutis insigne opus faciat? S. Greg. lib. 2. in Reg. cap. 3. redire ad somni quietem Samuel finitur, ut profecto nec ea, quæ sunt minima, contemnamus. Baeza l. 14. cap. 12.

Abigail ex humili fortuna à Davide in regni, thronique consortem assumpta, ob tenue humanitatis obsequium, & pauca edulia, quibus David, & servos, recreavit. 1. Reg. 25. 27. Rebecca in Isaac Sponsam, & promissi Messæ abaviam, propter oblatum ejus paranympho æquæ haustum, adlecta est. Gen. 24. 18. &c. Segneri l. 21. die Ven. 3.

Capillos DEUS numerat, & eorum curam habet; gressus observat. In templo Salomonis usque ad ipsa emunctoria providere voluit. *Quatuor sunt minima terra, & ipsa sunt sapientiora sapientibus.* Prov. 30. 24. *Minimum pro magno placeat tibi.* Eccli 29. 30.

Judith, non post prostratos leones, aut urfos, ut David ad gigantem; sed post fufum ad gladium accedit. Judith. 13. 8. Sic Prov. 31. 19. mulier illa *manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fufum.* Hæcine fortia illa facinora, ad quæ misit manum; quod apprehendit fufum? quid fufum cum fortibus facinoribus? sane forissimè etiam viri in spiritali stadio per levium rerum exercitium sese ad ardua accingunt. Baeza l. 10. c. 7. §. 4. S. Petr. Dam. opusc. 14. c. 1. quia videlicet hujus vitæ idoneus executor sic se per majora opera ex devotionis fervore dilatat, ut etiam cautus, quæ sunt minima, non relinquat.

Rugitus leonis, & vox leana, & dentes catulorum leonum coarctati sunt, inquit Eliphaz. Job. 4. 10. Sed quid mirum, catulorum fractos dentes, quando discerptos leones, & leanas, præmisit? stylum invertat, & à catulorum dentibus inchoet; ut exaggeratio debitis gradibus ad summum ascendat. Leones vincere, virtutis elogium est; sed nonnunquam qui leonem, & leanam in frustra læceravit, catulorum sustinuit morsus. Naxera in Jos. 8. §. 4.

Vulnerasti eor mecum in una oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Cant. 4. 9. In ugo oculorum, & in uno crine, faucium se clamat: ut ostenderet, non tam sibi gratâ esse opera magna justorum, sed etiam minima. S. Franc. Salesius prax. Spir. p. 3. cap. 35.

Ex Novo.

Si resigero tantum vestimentum ejus, salva ero. Matth. 9. 21. De levi simbrice tactu morbo salutem parat. Sic per levissima virtutum exercitia ad illustres sæpe victorias aptamur. Baeza l. 10. c. 7. §. 4.

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Matth. 10. 30. Discipulorum Domini etiam capilli dicuntur esse numerati; hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum servantur apud DEUM; quia justæ, quia sanctæ sunt. Orig. hom. 8. in Levit.

Quis putas, major est in regno caelorum? Matth. 18. 1. In salutis negotio etiam minima servanda, & implenda. Parvuli fieri jubemur, qui in regnum caelorum contendimus. Sed cur parvuli fiamus? alibi monebat Matth. 5. 48. *estote perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est;* modò ut sicut

Ggg 3

parvuli

parvuli efficiamur. Quid parvulus commune habet cum Patre; & Creatore omnium? Parvulus æstimat parva. Nec aliter magis claræ perfectio Creatoris, quam in eo: quod etiam rationem, & curam habet parvorum animalium. Fiat ergo parvulus æstimando etiam virtutum parva, quisquis Conditoris induere vult imaginem. S. Hieron. in Epitaphio Nepotiani: ut enim Creatorem non in cœlo tantum miramur, & in terra, & sole, oceano, elephantis, camelis, equis, bobus, pardiis, ursis, leonibus; sed in minutis quoque animalculis, formicâ, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere; quorum magis scimus corpora, quam nomina, eandemque in cunctis veneramur solertiam; ita mens CHRISTO dedita, æquè in minoribus, ac maioribus intenta est: sciens etiam pro otioso verbo reddendam rationem. Bazza lib. 14. cap. 12. §. 3.

Christus Luc. 7. 44. Phariseum arguit, quod pedibus aquam non dederit, neque terferit capillis, nullam faciens mentionem alabastris, & unguenti pretiosi. Quia aqua, & capillis, hoc est, rebus minutis designantur ea, quibus gratiam DEI possimus mereri. Tu quidem gressus meos dinumerasti. Job. 14. 16. Pellegrinus cap. 7. Matth. par. 12.

Admone illos ad omne opus bonum paratos esse. Tit. 3. 1.

Signum magnum apparuit in cœlo. Apoc. 12. 1. Sed cur magnum, quod minimis coronatur luminibus, luminari verò maximo vestiatur? Itane majus lumen vilius in Origine est? princepsque siderum non coronat, sed vestit? Nimirum quæ in cœlo coronant Reges, non tantum facta præclara sunt, sed sæpe quæ minima putantur opera, principibus cœli diademata fabricant. Ritus compressus, verbum duriusculum non repositum, non emissus lepôr, bolus neglectus in patina; stellæ, non soles sunt; spectatore carent, nec in luce humanæ æstimationis coruscant. At in cœlo præ sole nobiliora æstimata regnantes coronant. Disce minima non spernere; qui non sole, sed stellis, Virginem vides insignitam. Oliva lib. 12. Strom. hic.

Ex Patribus.

Nihil earum rerum, quæ DEO offeruntur, tam parvum est, quamvis etiam minimi momenti sit, quamvis longè illis dignitate inferius, quod non omnino accipiat, atque comprobet. S. Greg. Naz. or. 23.

Præceptores non solum elementorum Scholasticis ostendunt figuras; sed & minima quoque puncta, distinctionesque, proponunt. Atque sic oportet nihil, quantumvis minimum, quod ad salutem pertineat, negligere. S. Ephrem. de vita spirit.

Nec in maximis tantum, sed & in minimis, maximus erat. S. Bern. l. 26. in Cant. de Gerardo fratre suo.

Vide plura tit. Parva. Liberalitas Dei.

§. II.

Cura minimorum in malo.

ET nè rangeremus illud. Gen. 3. 3. Menadacii ab Interpretibus solet argui Eva; quod non solum esum, sed etiam tactum ligni, sibi dicat prohibitum: quod tamen c. 2. 17. non exprimitur. Ego tamen non video, cur, qui in negotio minus periculoso, montis tactum prohibuit, hic etiam tactum ligni non vetaret, licet id Scriptura non referat. Quod si, ut est, probabile putas; merito DEUS vetuit tactum, nè à tactu veniret ad esum. Oleast. hic: pius Pater præcepit non tangere; licet scriptum non sit; nè contingeret edere. Solet Dominus vias ad peccandum, seu initia, præcludere; nè contingat peccare. Ramirez in ep. Chr. Apoc. 2.

Cavete, nè ascendatis in montem, nè tangatis fines illius. Ex. 19. 12. Oleast. hic: pulchram habent admonitionem Prelati, ut, cum velint præcepta sua à subditis servari, prohibeant initia transgressionum &c. Quare & hic Dominus non solum prohibet montis ascensum, sed contactum. Ideo enim prohibet tangi, ne contingeret ascendere. Ubi simul disce, quam sit cavendum, peccati terminos accedere, si vis non peccare. Id. ib.

Nazarei, Num. 6. 3. etiam acinis abstinere debebant: nè videlicet ab acinis ad uvas, ab uvis ad vinum, transirent. Ita religiosi omnem etiam minimam, & remotam occasionem gula, & peccati, præcindere debent. S. Antoninus 2. part. hist. tit. 15. §. 2. Præfata Religiones, quæ non magnò fervore, & vitæ sanctimoniam, initium habuerunt, minima negligentes traditionum paternarum, processu temporis paulatim defluerunt, & exinanite sunt usque ad fundamentum in eis, vota scilicet substantialia. S. Greg. Naz. orat. de fūco: illud velim nè ignores: rogam unam tibi turpiorem esse, quam maxima vulnera iis, qui in Mundo vivunt: neque enim tam notabilem, ac conspicuum in sordidis; quam in puris unius coloris vestibus, labes aliqua foeditatem habet. Corn. hic.

Capite nobis vulpes parvulas. Cant. 2. 15. Ecclæ 10. 1. Musca morientes perdunt suavitatem unguenti. Id est, ex te parva, si contemnatur, oritur magnum damnum; maxime cum res parva sinitur multiplicari. De Ponte hic Exh. 35. §. 2. Parvæ vulpes, sunt relaxationes regulæ, & disciplinæ, in rebus parvis. Cum in monasterio dissimulatur ruptura silentii; usurpatio rerum parvarum non petitâ licentiâ &c. Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Si de virtute in virtutem, de profectu ad profectum, vultis ascendere; temper time in singulis minimis DEUM offendere. S. Anselmus ep. 6. Monachis in Cythere. Cœ nobis.

Quid.

Quidquid nunc parvipendendo transimus, palpando tegimus, dissimulando negligimus; quanto illic cruciata vindex flamma consumet! S. Bern. serm. de eo, quod legitur Job. 5. 19.

Anno 1584. Bolsani missi in montes metallici fossore cum suis quisque lampadibus, ut solent. Eorum incautior unus lampadis mucum projecit in sulphuris venam; & ita incendit montem; ut socios omnes repentinum hoc incendium suffocaverit; mons ipse biennium

fermè arserit. Parva saepe scintilla. Drexelius aurifod. c. 2.

Ferunt urbem nobilem obsessam ab hostibus non prius captam, quam emissus dolò ab hostibus lepusculus, cum ad urbis portas accurreret, à portæ custodibus apertò tantisper portæ minoris aditu, admissus est. Quà occasione usi hostes, alii ex aliis in portam illam irruerunt, urbe deinde totà potiti. Nadasi in sexto mensis amor, div.

TITULUS XLV. CURIOSITAS.

Motiva eam vitandi.

Totus propter aspectum captivus factus est. Gen. 34. 2. S. Chryl. hom. 59. de Emor filio Sychem. Oculus sit animæ fenestra, speculum sit mentis, sit lumen corporis, membrorum dux sit; non introitus vitiorum. S. Chrysol. f. 139.

Gravis, ac vehemens est proditor, oculus vagus, aequè distractus. S. Ephrem. Pagan. 37.

Mens oculis tanquam fenestris utitur. Laetantius lib. de opificio Dei.

Non humiliter; neque constanter, ut debuit, ingressus est; & fortasse ideo corruit; quoniam, non ut pugnaret, sed ut finem videret, accessit. S. Laur. Just. de triumph. c. 8. de Petro.

Si porta oculorum bene munita fuerit, tota illa interior civitas cordis nostri ab assultu vitiorum quieta erit. Hugo à S. Victore in Plal. 13.

Vide plura tit. Oculus.

D.

TITULUS I. DEBITA.

§. I.

DEO reddenda.

Dimitte nobis debita. Matth. 6. 12. Quid debemus DEO, nisi imaginem, & similitudinem ejus servare illæsam? S. Chryl. hom. 9. c. 6. in Matth.

Cum non haberet, unde redderet. Matth. 8. 25. Si non habebat, unde redderet, cur respondet tanta cum fiducia: *Omnia reddam tibi?* utrumque verissimum est: non habet peccator, unde reddat; & potest cum fiducia maxima dicere, *omnia reddam tibi.* Non habet, unde reddat à se; habet, unde reddat à DEO. Non potest peccati debitum solvere pecuniâ propriâ, potest solvere pecuniâ, & mentis D. N. J. C. In seipsum si oculos conjiciat, nihil reperiet, quod pro peccato remittendo sit satis: si Christum Crucifixum intueatur, fidenter elamabit: Domine, omnia reddam tibi. Non reddam ex opibus meis; sed ex opulentissimis thesauris vulnerum Domini mei. Barradius t. 2. l. 10. c. 37. hic. D. 21. Pent.

Redde, quod debes. Matth. 18. 28. Nulla est omnino creatura, quæ, quod debet, non faciat; exceptò homine solò, & diabolò. Pro-

bat id deinde I. ab Angelis, & reliquis creaturis. S. Bonavent. f. 123. D. 22. Pent.

Duo debitores erant cuidam sceneratori. Luc. 7. 41. Non materiallem sceneratori huic debemus pecuniam, sed meritum examina, æra virtutum; quarum meritum gravitatis pondere justitiæ specie, sonò confessionis, expeditur. Væ mihi! si non habuero, quod accepi. Aut quia difficile quisquam est, qui sceneratori huic integrum debitum possit exolvere. Nihil est, quod dignè DEO referre possimus. Quid enim referamus pro suscepta carnis injuria? Quid pro verberibus? quid pro Cruce? ubitu? sepultura? Væ mihi! si non dilexero. Reddamus ergò amorem pro debito, charitatem pro munere, gratiam pro sanguinis pretio. Plus enim diligit, cui donatur amplius. S. Ambr. lib. 6. hic.

Plura solvendi habet subsidia, qui DEO; quam is, qui homini debet. Homo pecuniam pro pecuniâ reposcit, quæ non semper debitori præstò est, DEUS affectum exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est, qui DEO debet; nisi qui seipsum pauperem fecerit. Etsi non habet, quæ vendat; habet, quæ solvat. Oratione,